



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per  
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum  
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat  
scelerum Ultor Deus**

**Selhamer, Christoph**

**Norinbergæ, Anno Gratiaë M.DC.XCIX.**

Tuba Tragica seu Historiæ, Horroris Plenæ, Festis Per Annum  
Concionatorio Ritu Aptatæ, Quibus ad oculum ostenditur, quàm acribus  
pœnis flagitia proscindat scelerum Ultor Deus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52721)

# TUBA TRAGICA

*seu*

HISTORIÆ, HORRORIS  
PLENÆ,  
FESTIS PER ANNUM  
CONCIONATORIO RITU  
APTATÆ,

*Quibus ad oculum ostenditur,  
quàm acribus pœnis flagitia profcindat  
scelerum Ultor DEUS.*

## OPUS RECENS

*Ad saluberrimos timores Peccatorum animis  
incutiendos, luci datum,*

AUCTORE


CHRISTOPH. SELHAMER,  
SS. Theol. Doct.

Cels<sup>mi</sup> ac Rev<sup>mi</sup> Principis & Archiep. Salis-  
burg. Cap. Civ. Animarum Curione ibidem.

*Anno Gratiæ M. DC. XCIX.*

NORINBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS LEONHARDI BUGGEL, Bibliopolæ.





INDEX THEMATVM.

quæ

in hoc Opere per Anni Festa  
tractantur.

*S. Andreas.*

Piscatio diabolica.

*S. Nicolaus.*

Virga Nicolaitica.

*Immaculata Conceptio B. V.*

Liber Vitæ.

*S. Thomas.*

Increduli Thomæ.

*Nativitas D. N. J. C.*

Crassi Bethlehemitæ.

) (

*S. Ste-*

INDEX THEMATUM.

---

*S. Stephanus.*

Numinis desertores.

*S. Joannes Evang.*

Scelerum mensura.

*Circumcisio D. N. J. C.*

Stygis Invocatio.

*Epiphania.*

Herodiana Politia.

*S. Sebastianus.*

Blasphemix Spiritus.

*Purificatio B. V.*

Revelatio spuria.

*S. Matthias.*

Lusus Orcinus.

*S. Josephus.*

Ilias liberorum.

INDEX THEMATUM.

*Annuntiatio B. V.*

Salutatio Angelica, Execratio diabolica.

*Pascha.*

Damnosa Relapsio.

*Feria II. Paschæ.*

Caro Asinodæa.

*S. Georgius.*

Equus Sejanus.

*SS. Philipp. & Jacob.*

Mendax Orcus.

*Inventio S. Crucis.*

Crux Dominica.

*Ascensio D. N. J. C.*

Descensus Ascensus, & Ascensus  
Descensus.

) ( 2

Pente-

INDEX THEMATUM.

---

*Pentecoste.*

Primitiæ Jerofolimitanæ.

*Feria II. Pentecostes.*

Spiritus Charitativus.

*S. Joannes Baptista.*

Mirabilis & miserabilis Ternio.

*SS. Petrus & Paulus.*

Clavium Jura.

*Visitatio B. V.*

Benedictio Mariana.

*S. Maria Magdalena.*

Color optimus.

*S. Jacobus.*

Ebrietatis probra.

*S. Anna.*

Lætitiæ Partus.

*S. Lath.*

INDEX THEMATUM.

---

*S. Laurentius.*

Novus Phœnix.

*Assumptio B. V.*

Castellum Marianum.

*S. Bartholomæus.*

Horrida excoriatio.

*Nativitas B. V.*

Nomen Vivificum.

*S. Matthæus.*

Opes Stygiæ.

*S. Michaël.*

Væ scandalosum.

*SS. Simon & Judas.*

Lex Charitatis.

*OO. SS.*

Filiationis Divinæ Characteristica.

*S. Mar-*



INDEX THEMATUM

---

*S. Martinus.*

Cœcitas, miseriarum Ilias.

*Præsentatio B. V.*

Templi Encænia.

*S. Catharina.*

Vigiliæ perennes.

*Dedicatio Ecclesie.*

Divitum Idæa.



CON.

CONCIO I.  
FESTUM S. ANDREÆ,  
Apost. & Mart.

*Faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4.*

Piscatio diabolica.

**D**EI Simium esse dæmonem, alibi demonstravimus AA. Audit hodie piscatores hominum prædicatores Apostolos constitui, *faciam vos fieri piscatores hominum*, mox ergo & ipse retibus & hamis Orci lucrum ampliari contendit. *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Ambrosius S. Maximi discipulus vidit tartareum Alastorem è summa etiam quercu hamo suo humanos pisces capientem, cui cum proterviam exprobrasset, Orci genius abiit, excessit Nadasi (1) teste. Quantis (1) Nadasi ardoribus suam pariter piscationem urgeat, & in horas per totum mundi 2. Jan. hujus tractum prosequatur, paucis explicuit Hussæus (2) Vates his ver- (2) Job, 40. bis: *Ecce absorbebit fluvium, & habet fiduciam, quod insuat Jordanes in os ejus.* Loci hujus Interpretes per vocem *fluvium* intelligi volunt omnium totius mundi maximum fluvium, antonomastice seu cum præmi- A. Dei Simius dæmon agit piscato- mentia sumptum fluvium, in septem alveos seu totidem ostia, quibus se- rem. tandem in mare exonerat, divisum Nilum, Ægypti fluvium. Numerat (3) Plin. quidem Plinius (3) quindecim ostia Nili, annumeratis etiam minoris l. 5. c. 9. notæ alveis, quos alii passim nolunt memorari; at veri nominis Ostia & à Poëtis & ab Historicis duntaxat septem prædicantur, quorum hæc sunt nomina: Ostium Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendeficum, Taniticum, Pelusiacum. De his Poëta cecinit (4) (4) Virg. 6: Æneid. binis in locis:

*Et septem-gemini turbant trepida ostia Nili*

A

Item

(5) Idem Item (5)  
4. Georg.

*Ægyptum viridem nigrâ fecundat arenâ,  
Et diversa ruens septem discurret in ora.*

Sicut ergò omnes reliquos orbis totius fluvios fertilitate Nilus transe-  
dit, sic etiam piscium ubertate & copia ceteras omnes magnis possi-  
passibus relinquit Nilus. De hoc Nilo Jobus loquitur: *Ecce absorbetur  
fluvium omnium maximum, omnium fertilissimum Nilum; ex quo ha-*  
*ridam ingluviem piscantis Diaboli colligas, qui ut omnes pisces sum-*  
*sumptos possit captare, ipsum fluvium gessit haurire, ut nullus pui-*  
*valeat dilabi. Septem alveos Nilus repræsentat, ut ostendat, per septem*  
*Vitia, quæ passim capitalia dicuntur, Nilum cum piscibus in Averna-*  
*rathrum exonerari. Ut ergò Nilus ille septem ostia numerat, jam ma-*

B.

Per 7. Ostia  
Nili seu to-  
tidem pec-  
cata capi-  
talia.

tata, sic pariter septem aliis utitur diabolus, ut pisces evangelicorum  
phlegetontæos lacus devolvat. Ostiorum nomina æquè septena Ca-  
techismus designat, *Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidia, Gula, In-*  
*Acedia. Lustremus singula & ejuremus.*

Deum immortalem! quis ad numerum vocet pisces rationales  
hæc flagitiorum ostia diabolico reti conclusos, non ut vitam vivant,  
ut in stagno picis & sulphuris pleno morte pereant nunquam mor-  
ra. Pili surgant vel legenti vel audienti, quæ palam ei palpito igne-  
clesiastes Vincentius (6) asseruit. Erat Lugduni Archidiaconus, qui  
resignatis omnibus beneficiis, toti mundo validos calces illisit, & in  
in eremo annis quadraginta perenni pœnitentia corpus emaciavit. Cui  
tandem non sine magna raræ sanctimonie fama, & post mortem Lug-  
nensi Episcopo familiaris noto apparuit, à quo cum rogatus esset,  
sibi aliquid altero de mundo recenseret, signatè retulit, quæ sequuntur.

(6) S. Vin-  
cent. Dom.  
Sept. Ser. 6.

Illo die, quò ipse mortem appetii, mecum toto in mundo mortui  
hominum triginta millia: ex his tantum quinque salvati sunt, ego  
pe, mellifluus Pater Bernardus, qui mecum rectè cœlos sine purgato-  
conscendit, tres verò ad purgantem focum defluxère, ubi hanc in-  
ram ad ultimum dodrantem expiantur: reliqui omnes rectè in tartarus  
præcipitati sunt. Horribilius est, quod Platus (7) recitat de Berchtoldo  
Franciscanorum zelota, sub cujus ardentissima concione femina re-  
humi corruit & exspiravit: prodigiosè in vitam revocata, palam re-  
suis, quid tragœdiæ ad Divinum Tribunal abrepta vidisset; alia  
etiam hæc scrutanti facta est Berchtoldo, obiisse illo die, quò ipse  
blico in templo fati concessit, totum per orbem sexaginta hominum  
millia, & ex tanto numero tres tantum ad fumantes purgatorii lacus  
datis.

C.

His animas  
piscatur in-  
numeras.

(7) Hier.  
Plac. de  
Rel. Sæc.  
l. 1. c. 5.

præcipitati sunt. Horribilius est, quod Platus (7) recitat de Berchtoldo  
Franciscanorum zelota, sub cujus ardentissima concione femina re-  
humi corruit & exspiravit: prodigiosè in vitam revocata, palam re-  
suis, quid tragœdiæ ad Divinum Tribunal abrepta vidisset; alia  
etiam hæc scrutanti facta est Berchtoldo, obiisse illo die, quò ipse  
blico in templo fati concessit, totum per orbem sexaginta hominum  
millia, & ex tanto numero tres tantum ad fumantes purgatorii lacus  
datis.

defluxisse, reliquos omnes pœnis multatos esse sempiternis. Hem diabolica piscationis enormem successum? En ut fluvium cum numerosissimis piscibus absorbet Orcus! en quot piscium millia uno die acheronico reti concludit, mactandos ocuis & flagrantibus focis affandos.

At, inquiet nonnemo, alia nunc tempora vivimus, quàm avo Vincentii, avo Berchtoldi vixerint mortales. Ita sanè aliam hodie ducimus atatem, alios hodie mores exhibemus, quam avo sint exhibiti memoratò, sed vereor, ne ætas posthuma longè sit flagitiosior antiquâ, metuo sanè ne hodierni mores sint veteribus multoties deteriores. In vitam Archidiaconus revertatur, femina de tumulo resurgat, ex tot millibus vix unum aut alterum piscem reti diabolico subtraçtum & Apostolico conclusum audiamus; quæ enim, per Deum immortalem, vita hodie etiam inter Christianos, inter Catholicos vivitur? Mentis oculos latè per orbem circumferamus, vix tot de millibus unum reperias, qui cum salomonibus contra torrentem fortibus ausibus sursum contendat ad astra.

Quocunque aspicias, per omne nefas gens ruit in barathrum profundi; quæ enim in juvenibus malitia? quæ protervia in ætate cerea? quæ auidacia in senescente vita? quæ & quanta in omni sexu lascivia? quæ & quanta in feminis superbia? quæ & quanta in viris perfidia? quæ & quanta inter ipsos, ardens perfectionis studium professos avaritia, ingluvies, superbia & jactantia, acedia & negligentia? quæ & quanta ubi-vis locorum scandala, quæ & quanta inexplebilis gulæ vesania summos infimos, sacros rapit & profanos? quàm levis divinarum legum reverentia? quàm modica conscientiæ cura? quàm nullus justitiæ cultus? quàm exiguus Dei ac Divinorum respectus? quàm levidensus gehennæ metus? nunquid omnes avaritiæ student à minimo usque ad maximum teste (8) Isaiâ? nunquid omnes quæ sua sunt querunt, non quæ sunt JE SV (8) Isa. 56. Christi, Paulo (9) teste? nunquid omnes facto agmine rete involant (9) Phil. 2. oreinum, experientia teste panè quotidiana, & per septem ostia Nili se ultrò in abyssum præcipitari patiuntur?

Primum Ostium, quò pisces in mare mortuum stygius Piscator exonerat, diximus Superbiam, qua currentem in horam, suam in nassam trahit innumeros. Stylus iste passim hodie totum hunc spectabilem mundum pererrat, Deò insuper habitò, seu fas fuerit seu nefas, suam in crumenam ludere, & licet Cœlum ruat, vel Ecclesia pereat, eminere velle. Multi ut cum epulone fulgeant, ruricularum sanguine inundant, multæ ut in orci retia viros proluciant, auri alieni coloribus se in-umbrant. Multi alii tantâ insolentiâ tumescunt, ut credant se ab omni-

D.

Miser status mundi hujus.

E.

Primum ostium Nili, quò animas numerò innumero prædatur, est Superbia.

bus coli debere, & velut Jovem aut Dianam adorari; hi primas ubique partes exambunt, & si laudum suarum nullos habeant præcones, ipsi factorum suorum strenui buccinatores esse fatagunt clamantes & habebantes: *nos poma natamus*; quid ille respectu nostri? quid illa? fungus iners, pepo, stipes, cucurbita, & edentula Xantippe &c. sic ex proximo contemptu in majorem despicionem labuntur, & tandem ipsius etiam Dei spretores & spretrices evadunt; Cum verò hanc superbiam semper fortius præ viris feminae premantur, fumosi generis caminevæ, fruges consumere natæ Junones, gloriæ animalia, stercore involuta, (quò titulus S. Bernardi frater suam sororem superbè comtam decoravit) statui nocius, antequam hinc moveam, Virginem Spoletanam exhibere, si nomen virgo fuit & non pellex, corporis sui superbo cultui nimium quàm addicta. Accidit fortè, prout Robertus de Licio memorat (10) lethifera febri pulsata extremum decumberet, fastu & cultu corporis turgida domicella; hinc cum tandem de vita penitus actum esse medicis enunciassent, monita est ægra, & identidem rogata, ut animæ suæ hoc in articulo maturè consuleret; at preces surdæ cantatas esse docent quæ sequuntur. Cum actum agi cerneret & ipsa conclamata saltem haberet, jussit sibi pretiosam vestium suppellectilem afferri, quibus jam jam moritura se palam induit, quasi Paridi cuidam nuptura, inde in sacrilegas voces linguam & spiritum resolvit: sicine ego verna matris meæ rosula, (ambubeiam intellige) ad tumulum abitura, has delictorum & juventutis cupedias, has gloriæ auxeses relinquam? age Achæron, age Phlegeton, sponte veni Diabole, ac me tuam modò amasiam tartareas paludes abrepta! hæc hæc erant suprema Proserpinæ hujus spiria, quæ vestium luxu abstracta, nunquam inferis excipietur. Tandem duce diabolo aguntur, qui verbis & factis superbiam præloquantur. Ostium est nempe, quod in Ægyptiacum mare Superbiae mortuos pisces devolvat.

## F.

Secundum  
Ostium est  
Avaritia.

Ostium secundum *Avaritia* est, vi cujus homo avarus opes ambiguas seu fas fuerit seu nefas; vel eas retineat, seu propriæ sint & probis artibus obtentæ, seu alterius, & mille fraudibus ac imposturis corrasæ. sciant mortales, quantum lucri orco accrescat ex inordinata lucra voluntate, centies opibus tritum illud Philosophi occinerent, *mergo vos ne mergar à vobis* nullum vitium ita piceum, ita fascinosum quàm auri argentiq; malitiosa cupido. Non sine causa Baruch (11) quæ fuit, *ubi sunt qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt benedicti nes? exterminati sunt & ad inferos descenderunt*; horum plerique

(10) Rob.  
de Lic. in  
Quadrage-  
simal.

Hist.

(11) Bar. 3.

diabolico implicantur & damnantur. Hæc si credere renuat, æquis  
 saltem auribus excipias, quæ in rei hujus firmamentum S. P. Bernar-  
 dinus Senis oriundus producit (12) his verbis: erat quidem dives mam-  
 monista, qui plurimum hæreditates sibi uni vel alteri lucri causâ per  
 suum nefas adscripsit, & multos pauperes vel bonis suis turpiter spo-  
 liavit, vel sub prætextu nescio quo impiè mutilavit. Jacebat hic fortè  
 sua cum uxore in connubiali lecto, ex quo tamen subito expergefactus,  
 facto impetu profiluit; rogatus à conjugè, quid rerum ageret, concubia  
 nocte, tremens, ejulans reposuit; raptus sum modò ad judicium Dei,  
 ubi tot & tanta mihi sunt exprobrata, ut ad tot accusationis capita nul-  
 lum mihi responsum occurreret. Alia inter & hanc crisin excepi: expe-  
 ctatum me diu fuisse ad pœnitentiam, hæctenus tamen nec monitis nec  
 præceptis & inspirationibus divinis ullum dedisse locum; audivi adèd  
 judicem contra me actu sententiam protulisse, meque datum esse damo-  
 num potestati, adhuc hodie ad æterna orei supplicia devolvendum. His  
 diebus, è pertica vili veste assumpta, rabido cursu nocte intempesta abiit,  
 excessit; quæsitus undique tandem in cœnobio repertus est totis artibus  
 tremiscens; re cognita totis viribus ad pœnitentiam urgebatur, at cum  
 nihil profuerant hortando, ad sextam usque seriò custoditus est. Primo  
 manè aderant confanguinei, ut domum reducerent errabundum; at cum  
 fluvio impositum pontem transirent, navem eminus spectabant, rapido  
 cursu propriis viribus adverso flumine ascendentem; nemo navim dirige-  
 bat, spectatorum oculis claro die conclusis, ne veri nauta nominis exci-  
 perent, ipse verò dives euclio eminus vidit totam navem dæmonibus ob-  
 sessam, huc tantò numero adventare, ut ipsum ad æterna supplicia ex pon-  
 tes asportent. Vix hæc palàm edixit, ocyus confanguineorum ex manibus  
 per dæmones violenter abreptus, & in navem projectus est, inde in ictu  
 oculi cursu rapido retracta navi, suo cum Euclione à Dæmonibus raptò  
 disparuit. Ita Plutoni cessit præda, qui dum viveret, Pluto tanquam Deo  
 suo servit servitutem, reti diabolico per avaritiæ ostium implicatus. Idem  
 avaritiæ mancipia olim sentient, nisi quæ Cæsaris sunt Cæsari dederint,  
 quæ Dei Deo, facta plenariæ corrahi Mammonæ in vivis restitutione.  
 Oraculum Numinis est (13) qui volunt divites fieri incidunt in laqueos, &  
 in retia diaboli, unde nullò unquam ævò extricentur.

(12) S. Bernar-  
 d. Ser-  
 43. a. 3.  
 c. 3.

(13) I. Ti-  
 moth. 6.

G.

Tertium  
 Ostium Luc-  
 xuria est.

Tertium Ostium *Luxuria* est; ostium sanè amplissimum, piscatio-  
 tionis diabolicæ undique apertum. Nullum scelus est, ubi citiùs, ubi  
 graviùs peccetur, quàm libido. Nullum scelus prodigalius est quàm li-  
 bido: opes devorat Salomonæas, & divites Cræsos facit Iros libido.  
 Si cor tuum meretri occupat, etiam loculos expilat; hinc ille dixit:

A 3

tanti

tanti pœnitere non emo. Lupæ corpus traditur, dæmoni anima transmittitur. Quotid numerò per hoc ostium stygius Piscator animas prædetur, palàm ex pulpito Monacensi p. m. Drexelius explicuit, dixitque, factum juvenes æterni orci retibus involvi & damnari, ex centenis centonaginta novem propter vitium carnis peribunt, ultimus alio ex latere &c. pro Deum immortalem, nunquid hoc est, fluvium cum piscibus absorbere? maledictum Ostium, quò tot animæ in abyssum præcipitantur, deperunt & pereunt eâ copiâ, ut panè numerum transcendat. Olim lupanaria privatæ erant domus, nunc urbes integræ; eriguntur in gulis foribus, ubi venalis prostat pudor, majalis arbor, nec sylva Hercynia, nec sylva Bohemica truncis sufficet. Pro enormem piscium turam, quam sibi hoc unum per ostium Stix vendicat! procul ab ostio pisces aufugiant, ne vel per nutus & alloquia, per oculorum humanum munera tanquam reti diabolica capiantur & perdantur. Non sine causa per Medicos tunica retina oculos circumdat; nōrunt oculos ut plures veluti retibus mortales capi & mactari. Omnium auribus nania ostium

(14) Virg. pat (14) Poëtæ :

Eclog. 8.

(15) Prop.

l. 1. El. 1.

*Vt vidi! ut perii! Vt me malus abstulit error!*

Et (15) alterius:

*Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.*

Sic capti sunt ab orco & hanc in horum capiuntur non tantum Holofernes, sed etiam Davides, non improbi tantum & fruges commere nati lurcones, sed & aris proximi Herones & Pambones &c.

H.  
Quantum  
ostium In-  
vidiæ est.

Sed quartum Ostium lustremus, quod *Invidia* nuncupatur, ostium tectum est & quasi subaqueum, subterraneum, hoc ipso tamen ex natura summè damnosum. Ruunt hoc ex alvo in acheronticum non plebei tantum sed ipsi etiam sublimem vivendi artem professi ciestrales. Juxta commune diverbiū figulus odit figulum, faber fabrum, tor sutorem, sartor sartorem, magister cujuscunq; artis corrivalem magistrum oculis obit minus æquis, quia ipsis decedere creditur gloria pecuniæ lucellum, quod alteri accedere notatur; fortuna vicino favore promptu est æmulatio. Superbiæ laqueos pia humilitas dirumpit, Invidiæ retia avitæ paupertatis fervens cultus dilacerat; luxuriæ tentaculas grandis murus asceteriis obductus amputat, averruncat, quò commercium cum altero sexu tollitur, profligatur. At quis ostium ponit quis remoram objicit serpentis Invidiæ malo, quò minus omnibus transcensit, fractis omnibus repagulis in imos sacrorum mœnibus fibras grassetur. *Fratrum quoq; gratia rara est*, occidit Poëta, & experientia docet, etiam per hoc ostium ipso è Sacrario magnò numerò

rete diabolicum pisces ruere focis æternantibus affandos. Quærat  
 ex Marcantio, unde à fide Catholica, lapsò seculò Germania nostra cum  
 pluribus aliis regnis ac regionibus defecerit? Causam principalem ab In-  
 vidia cœnobitarum desumet. Non tulit invidia, per alios Indulgentias  
 contra Turcam promulgari ex cathedris; hinc ipsis tandem Indulgentiis  
 totique fidei dicta est dies. Lustretur ipse Marcantius (16) & patebit (16) Mar-  
 veritas. Sic alterum Jobi assertum verificatur: *¶ Habet fiduciam, quòd*  
*Jordanes insuat in os ejus.* Religionè insignis fluvius est Jordanes, à lavacro  
 Christi nobilitatus, quem tanquam toti SS. Trinitati acceptum flu-  
 vium multis prædicat (17) Bern. Hinc iterum ingluvies tartarei pesca- (17) S. Ber-  
 noris. Non contentus est Nilum & Nilicolas absorpsisse, laicos pisces ca-  
 ptasse, nisi etiam per hunc invidiæ alveum reti suo Clerum immolet &  
 avitam Religionem. *Cibus ejus electus est,* inquit (18) Habac. nam & (18) Hab. 1.  
 Jordanis pisces prædari satagit Lavernio, quibus lavacri & baptismi vi-  
 cem subit professio quo jure? ipsi viderint.

Quintum Ostium Gula constituit; Hoc si germanum dixeris Ostium, Quintum  
 vitium haud dari poterit nomenclaturæ. Nulla natio sub cœlo est, quæ us-  
 que aded sit gulæ dedita & ebrietati, quàm Natio germana; hic vivere ac  
 vivere pene sunt synonyma; unde trivialis paræmia profluxit, plures il-  
 lorum vitrò perire quàm mari Lucrosa est piscatio, quæ aquâ turbidâ ten-  
 tatur. Novit id apprimè Stygifax, qui hoc ex capite palpitanti piscium  
 gregi, ratione vinò sepulta, totum rete stygium oppandit, ut in bonis du-  
 cant dies suos, & in ebrietatis puncto vel equis vel scalis delapsi ad inferna  
 descendant Propheta teste. Aliquis ad numerum revocet in crapula  
 formali sine lux & crux profundò haustos syphones! antè dies, imò anni  
 me deficiant, quàm eorum numerum ac speciem definiam; & verò soli  
 si perirent, nulli alteri perniciës accresceret; at trahunt ut plurimum  
 grandem secum in barathrum appendicem bibosi gulones, socios fratres,  
 mensa affeclas, gulæ ac ebrietatis protervos sodales, imò conjuges & libe-  
 ros. Factum lugubre Jo. Bened. (19) recitat ex priore seculo, quod (19) Jo. Be-  
 fide quâ accepi, hic refero. Vir erat immanis helluo, perpetim popi-  
 na affixus & luxui. Indulset fortè ardentius poculis & fritillis in ta-  
 berna festo die: en uxor ejus popinam involat, orat, obsecrat, saltem  
 liberis parcat, qui græcante patre domi cum fame luctentur. Accen-  
 sus helluo conjugem suam ita fustibus & palmis excepit, ut se humò at-  
 tollere vix posset; satur aded tot pugnis, domum esuriens, quam ocyus  
 exangues liberi adoriuntur panem panem in clamitantes. Vidit mater  
 emaciata corpuscula, & tot malis finem factura, facinus tenet impium  
 execrandum; rapit cultrum & ad liberos conversa, adeste, inquit, filioli  
 mei,

Quintum  
 ostium Gu-  
 la est.

(19) Jo. Be-  
 ned. l. 3.  
 Sum. c. 7.  
 Hist.



mei, faciam ego, ut nulla porrò vos fames excruciet, simulque ferrum utriusque guttur demergens, utramque macet prolem, inde tanta de ferocior facta ebrium è popina maritum intrepida operitur; vix pœdem ædibus intulit, paratâ ocius sicâ, adesdum, inquit, lurco peribis filiorum latro, infamis bibo! locius esto funerum natorum quos tu necasti; simul adacto in ebrii siphonis collum rubente ferro, ei guttur abscidit, & funus fecit lurconem. Non laudo fœminâ huius tenoris facinus, abst! id unum moneo, quod sæpè fato tragico non unum plures reti suo per ostium gulæ, per alveum ebrietatis stygius piscis concludat; hic certe virum in ebrietate macatum, inde uxorem quam sui factam carnificem perdidit, & in acheronticas orci paludes demersit. Discant inde gulam franare, & hunc ebrietatis alveum fugere & excipere quibus cordi est salus corporis temporanea, & salus animæ sempiterna.

**K.** Sextum Ostium pisces fovet in tauri felle natantes, sepia cruore taliter immerfos, omine sanè pessimo, damnosissimo; quisquis enim ferveret & rancore in alterum, hoc ipso credi debet reti stygio concludendum, & in mephiticam paludem Averni. Pleni sunt omnes libri veterum tibus exemplis illorum, qui cum inveterato rancore, odio, & ira in cinum, rectâ hinc prolapsi sunt in Phlegetontem. Tu cave, ne Salomon quam occidat super iracundiam tuam, ut laqueos & retia declines tartarum, & in mephiticam paludem Averni.

**L.** Ultimum actum *Acediam* comprehendit & noxium torporem, quod frigidus Christianus eò tandem devolvitur, ut Deo insuper habitò abstrusa scelerum volutabra se projiciat. Capiuntur eò ut plurimum nostri pseudopolitici, mangones & alii passim gelido tepiditatis spiritibus fessi mortales, qui in utramque aurem otiosi dormiunt, procrastinant identidem virtutis ac pœnitentiæ studio. Nollent quidem beatitudinem suam, ad quam se conditos sciunt, penitus excidere, unâ tamen fatigantur, quæ ad beatitudinem assequendam necessariò sunt requisita. Non vident, regnum cœlorum vim pati, & violentos rapere illud, sibi tantum & genio suo per omnia indulgent, omnem vim ac violentiam delicti corporis trunco irrogandam totis viribus averfantur; ita molli cœlestis suffulti, vel effedo conclusi, certò sibi sidera spondent; donec frigiditate delusi, se antè videant tartarò mersos, quàm ritè sciant, se vitâ æternâ turbatos. Vetus Germanorum adagium est, laborandum est nobis non solum, quam æternum v. æturis, & ita probè vivendum nobis est, quasi ad præteritam die morituris. Id nisi fiat, & probè observetur, rete diabolicum accedens refertum, etiam ex nobis implebitur, quod omnium à cervicibus clemens Deus avertat, Amen!

CONCIO II.  
FESTUM S. NICOLAI, Ep.

*Post multum verò temporis venit Dominus servo-  
rum illorum. Matth. 15.*

Virga Nicolaitica.

**X** omnibus bonis ac donis, quæ magnus ille ac divinissimus  
misericordiarum Pater Nicolaus variis mortalibus imponit,  
mihi hodie præ omnibus aliis Virga placet & probatas AA.  
quam suis donis inserit, ut eâ veluti frænô pravi reprimantur,  
ne cœlestibus donis in propriam perniciem pessimè abutantur.  
Hâc Virgâ in officio continet probos, hâc virgâ discolos ab  
exilio revocat sempiterno juxta tritum illud: *Oderunt peccare mali formidine pœne.*  
Sic, Deo solenni more misericordiam justitiæ innectit, justitiâ  
misericordiæ committit Deus. Sic bona omnia & dona cœli  
hominis clementissimè dispensando, unâ justitiæ suæ rigorem in Virga  
exhibet spectandum, cujus formidine homines in malum proni, à  
malo & à peccandi consuetudine abstineant, caveant discrimina, prava  
fugiant commercia, & bonis sine ulla Dei largitoris offensa pacificè perfruantur.  
Novit Deus apprimè hominum genium & naturam; pauci sunt,  
& vix numerò tot, quot *Thebarum porte*, qui se nudo Dei ac Virgæ  
amoris amore sursum trahi patiantur. Animæ dantur ut plurimum serviles,  
quæ scuticâ tremefactæ Deo serviant Conditori, non servituræ, si  
virgâ qui oculis remotâ Deum suum ita bonum esse scirent, ut nullum  
unquam puniret, sed ad omnia conniveret. Dixerit olim Poëta:

*Non benè convenient, nec in una sede morantur  
Majestas & amor &c.*

Nunc certè bellissimè conveniunt Justitia & Clementia, timor & amor:  
ille pro frænô est, iste pro stimulo servit & calcari. Amabilis & desiderabilis  
est bonorum omnium largitor Deus, qui manu sua virgam rotat, ut  
immorigeros, ingratos & rebelles pueros plectat, puniat, ac simul  
alios saluberrimo timore, qui omne peccatum animò propulset, fortiter  
constringat. Nempe, amari vult tanquam in omnes beneficus Pater, timeri

**A.**  
Virgam donis suis ad nos dirigendis Deus immiscet, ut ne donis cœlestibus abutamur.

**B**

meri

meri vult tanquam vivorum ac mortuorum æquissimus Judex. Virga paterna manu concutit, non ut puniat, sed ut ab omni pœna suos protegat. Corroboravit misericordiam suam super timentes se, Psaltes inquit

(1) Pl. 102. (1) regius; imò eodem ex oraculo bona omnia pariter timori componit

(2) Pl. 24. mittit. *Nihil deest timentibus eum.* Sic item (2) Psalmista. Vates

(3) Pl. 100. gius utrumque in Deo expertus iterum iterumq; (3) exclamat: *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine.* Judicium, inquit, laudabo

quia semper est æquissimum, semper optimum, & omni encomio dignissimum, priùs tamen, ut signatè meminit, suas Misericordiæ proprias laudes concinam, quia hæc non tantùm potiori apud Deum loco habentur, sed etiam à Deo libentius & frequentius exeritur; quod ipsum etiam

(4) Exod. in Cantico (4) directè Moyses expressit, his verbis ad Deum directè

15. *Dux fuisti in misericordia populo tuo, quem redemisti:* Ubi tamen per

B. Interpretes in græco textu expressè sic legitur: *Dux fuisti in justitia*

Justiciam

stipat Mi-

sericordia,

& vicissim.

probatur

ex Script.

Eluxit quidem hoc in Ducatu Dei Summi Justitia, quia ibi plures leguntur

ptiorum plagas spectamus, quarum undecima omnium maxima erat

vi cujus altò haustus esse novimus cruentos hostes, & eorum, qui

litici populi sanguinem sitiebant, impia cadavera, Mari legimus

innatasse; in hoc ipso tamen perquam tragico & funesto actu plus Misericordia

eluxit quàm Justitia, quia ter clemens Deus ne illos quibusdam

miseros nisi multò antè sapius ac seriò præmonitos, virgâ oculis coram

aliquoties obrusâ, visus est punire; præmisit adeò minora mala, minora

ra damna majoribus, & à sanguinolentis aquis per ranas & cymiphas

per muscas & pustulas, per grandinem & locustas, per animalium

etiam & tenebras, ad omnium primogenitorum horridam cadentem

tandem ad totius gentis resluente freto absorpti exitium & excidium

justus & misericors Deus gradatim ascendit; patet adeò, quàm

tus efferos peccatores Deus puniat, qui hunc in finem potenti deo

virgam vibrat & eminus gladium intentat, ut, qui reprobus est, manibus

definat malignari, propere secundam post naufragium tabulam appropinquat

hendat, & celeri poenitentia fatalem virgæ ictum avertat. Ita factum est

(5) S. Aug. terminis (5) S. P. Aug. perorat: *Propterea se Judicem venturum mittitur, ut cum venerit, non inventiat quem puniat.* Hoc autem aliud

Serm. 109. de temp. est, quàm virgam eminus intentari, gladium vindictæ à longè ostendit

ut maturè possit pœna sceleri decreta evitari. Quidquid ergò nobis de

virgâ

virga & gladio spiritus procul Deus exhibeat; quidquid nobis Sacer Evangeliorum Codex de comminationibus referat; quidquid de inferorum pœnis commemorat scriptura, quidquid de severitate Supremi Judicis Oracula prædicent divina, id totum eò spectat, ut homo cum prospicit virgam, serid sibi procuret gratiam, & cum timet, ne sententiã damnationis fulminetur, omnem conatum adhibeat, ut Deo suo per veri nominis pœnitentiam reconcilietur; imò quod amplius, tam bonus, tam clemens & misericors Deus est, ut, quos virgã proscindi centies meritos propter pœnitentiam longanimis exspectat, ante virgarum illapsum letales ictus prænuntiet, & venturas calamitates signatè prophetizet. Si ergò nec virgam intentanti, nec ictus gravissimos vaticinanti fides habetur, rectè tandem pertinacibus occinetur: *Perditio tuaq; ex te Israel* (6) Sistamus nonnihil hac in thesi AA. & dispiciamus, quàm paternè (6) Ose. 13. impudis & rebellibus filiis suis virgam eminus ostendat Servator, eamque etiam auribus intonet, quorum tandem exitio decreta est virga, ut totum hominem proscindat, & in Orco plagis accumularet.

Alia judicia, alia consilia cudunt homines, alia Deus format. Qui avem caprat aut feram, omnia signa removet, ex quibus possit periculum aut fatalem ictum augurari; voci silentium, pedibus imperat quietem auceps & venator, ut nec minimo strepitu aut murmure territa præda ictum eludat. Ah non ita Deus, centies imò millies nostris flagitiis provocatus, ad pœnam reos quæritat, ad vindictam peccatores explorat. Non struit insidias reprobis, ut fraudibus & cuniculis aditum præparet; sed optat potius virgã eminus ostensã, & clade ventura paternè prænuntiata, ut omnem ictum tandem in refractarios fulminandum maturè declinemus. Sicut ergò Ægyptios & Pharaonem, prout antè diximus, multis plagis, multis virgis per Moysen intentatis Deus præmonuit, antequam omnes simul mari rubro haurirentur, ita pariter virgam furoris sui in Sodomæos antè non exoneravit, quàm multoties delagantis virgæ tetro illapsu admonerentur. Aderant Angeli monitores, aderat Loth & generi ejus, quin ipsi cives vim foribus intentantes modicè virgã contacti, & ocus cæcitate percussi, tam serios hortatores suspicere debebant & revereri; id cum factum non sit, jure in eos Ira divina tetros ignes evomuit. Felicius Jonas vindicem Dei virgam Ninivitis exhibuit & prænuntiavit, cum eorum urbem obiret, & alta voce intonaret (7) *ad huc 40. dies, & Ninive subvertetur.* Audiebant vaticinantem Ninivæ, & ocus, ut ait (8) *Aug. sacck vestiti & cinere conspersi pœnitentiam captabant, fugientes à facie irati ad faciem placati Dei.* Sic post 40. dies juxta Jonæ vaticinium verissimè fuit eversa Ninive, li-

C.  
Virgam  
reis emi-  
nus inten-  
tat, non ut  
feriat, sed  
Orco sub-  
trahat pec-  
cantes.

D.  
Probatum

(7) Jon. 3.  
(8) S. Aug.  
in Pl. 138.

cet nec lapis tota sit in urbe locò suò dimotus. Vera fuisse Jonæ ver-  
 bellè probat (9) Aug. *Eversa fuit in malo, edificata fuit in bono* pronu-  
 cit Jeremias (10) *ecce dabo tibi eradicare, suffodere, evertere, & rui-*  
 (10) Jer. I. *edificare &c. Non murorum sed morum munimenta ceciderunt.* Sic Aug.  
 E. Antequam Jerosolima per Tit. Vespas. solo æquaretur, iteratis vicibus  
 Hunc in virgam vidit toti urbi quidem minitantem Jerosolima; sed fructu suo  
 finem po- per irrito. Ostendit è cælo Deus perfidis civibus virgatum cometan-  
 nas nun- vates insuper misit quamplurimos, qui venturam cladem obstinatis pro-  
 riat culpis dicerent, sed nullo iterum effectu, lucro penitus nullo; hoc inter vana  
 decretas. ultimus erat ex infima ruricularum fece agrestis homo, qui multo ante  
 obsidionem, cladis nuncium egit publicum, voce per urbem altissime  
 insonans & exclamans: *Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor  
 tibus, ve ve Jerosolimis!* Glamoris præfagium truculenta fuit mors. Dicitur  
 esset vaticinio fides & locus clamori, pœnitentiæ beneficiò tota porta  
 Jerosolima servari; idè enim tot vicibus monstrata fuit omnium temp-  
 imminens virga, ut maturè pectora sua percuterent, & iratum Deum  
 cordiali pœnitentia placarent Jerosolimitæ. Sed quid nimia ventura  
 obsoleta exempla producimus, ubi nova suppetunt in cõpia.

F. Prandeat lapsò seculò, annò nempe 1526. omnis periculi securus  
 Budensi arce Ludovicus Hungariæ Rex; clausis ex more foribus, veniens  
 Probatur ad Regiæ portam humanæ quidem formæ sed foedum distortæ in-  
 etiam re- gnitus homo: erat claudus & instar mendicabuli vix honestè amibus  
 centibus qui acri & elata voce ad alloquium Regis properè cuperet admitti. Re-  
 historiis. plosit hominem ex trivio Aula, at instantò acrius Regis alloquium cup-  
 bat, quò fortiùs à Regia repelleretur; re per jocum Regi patefacto  
 ocium Aulæ Primas & Regiæ Palatinus suo cum famulatio ad portam de-  
 scendit, qui se Regem fingeret, & arcani summam ex præsentis men-  
 Hist. dicabulo exploraret. At hic virò satrapâ, licet de arcano iteratis vicibus  
 rogatus, mox palàm edixit, hunc Regem non esse, se Regem  
 alloquium urgere, sed quia Rex vester Irum vaticinantem proprio  
 ribus audire non dignatur, abi denuò & Regi tuo nuntia, eum tuum  
 Buda sua (Ofen) brevi periturum. His dictis disparuit. Hæc  
 quid hoc est virgam Hungaris & Hungariæ Capiti cominus edice-  
 dere? auditus esset hic è cælo missus tabellio, ab Hungariis  
 nibus procul virga, omnis calamitas & turcarum illuvio ex-  
 fet. Veram fuisse comminationem docuit miserabilis eventus. Anno  
 eòdem adhuc annò Hungariam Turca cum centum millibus ad Nicopolim  
 præliò utrimque dimicatum est cruentò; tandem Rex ipse præliò victus  
 à Solimanno, proximas in paludes aufugit, ubi ab equo super equum  
 corru-  
 sui ju-  
 torib;  
 Clem-  
 are a  
 matu-  
 te  
 scind-  
 fligar-  
 I  
 culo  
 bè cu-  
 ut ni-  
 sulæ  
 refrig-  
 bat,  
 sonu-  
 men-  
 vina  
 Sed  
 dom-  
 vitium  
 rupt-  
 liber-  
 mnu-  
 trò r-  
 virga  
 tatus  
 mali  
 lix, &  
 posu-  
 diser-  
 terti  
 dispe-  
 sus e-  
 xima-  
 mis  
 in vi-  
 antè

corruente proritus est. Sic Budam & potiore Hungariam jam tunc sui juris fecit Turcarum Imperator Solimannus, strage horrida peccatoribus Christianis illata. Ostendit similes virgas cominus eminus ter Clemens Deus etiam privatis hominibus, avaris Euclionibus, & multo ære alieno gravatis pauperum Sanguisugis, eum maximè in finem, ut maturè sapiant, & peculium, ex obliquo per fas & nefas corraſum, ante ultimum vitæ articulum heris suis restituant, nisi malint virgâ proſcindi, & fumantem in orcum ſuo cum iniquitatis mamnone proſtigari.

Refert ſimile quid de nobili Alſata Maſenius (10) quod etiam ſpe- (10) Ma-  
culo ſuo inſervit. Dabo breviter ea fide quâ accepi. Solebat ille pro- ſen in Spe-  
bè cuticulam curare, alterâ poſt prandium horâ ſomnos captare, & cul, Veris  
ut nihil ad voluptatem deeſſet, unâ ſcyphum rubrò vinò plenum men-  
ſæ imponere, ea maximè de cauſa, ut excuſò ſomnò ſe ociùs hauſtu  
refrigeraret. Accidit fortè, ut ipſâ horâ, quâ ſe ad ſomnum compone-  
bat, merò plenus calix vitreus, nemine impellente, velut ab altero ictus  
ſonum ederet, ſponte ſua in fruſta diſrumperetur, vinò in patentem  
menſam effuſò; quis ictu tam forti calicem evertit? manus calica, di-  
vina, virgam evibrans in proſtantem ſcyphum, ut medius diſſiliret;  
Sed more, huic hominum generi recepto, totum id, quod genium ab-  
domini natum turbare poterat, eliſit & exploſit, cauſatus, in ſcypho  
vitium fuiſſe, caſu proin inopinato crepuiſſe. Subſtitutus alius fuit diſ-  
rupto, Bacchi ſanguine oppletus, ac menſæ impoſitus, herus interim ſe  
liberè in thorum recepit, Morpheo litaturus. Nec dum in dulcem ſo-  
mnium oculos reſolvit, en alter etiam calix velut occulta manu pulſatus ul-  
trò rumpitur, totumq; vinum in menſam effunditur. Horruit ad alterum  
virgæ ictum dormienti fortiter intentatum; ſed cum uxoriſtiores cogi-  
tatus conſtanter proſcriberet, & marito ſuo facilè perſuaderet, nihil  
mali ominis obvio caſu portendi, mox tertius in menſam reſoſitus eſt ca-  
lix, & herus tanquam cæcus & ſurdus Euclio, ſe denuò ad ſomnum com-  
poſuit. At non ita Deus, in cujus manu ſe virgam ſpectâſſe vigilantem,  
diſertè fatetur (11) Jeremias. Vigilabat hæc Nobili dormitante, & mox (11) Jer. 1.  
tertio ictu calici aliſo tertium frangit ſcyphum, & vinum per menſam  
diſpergitur; hîc quidem viſus eſt oculos referare, quos tamen brevi juſ-  
ſus eſt in æternam claudere mortem. Deum Bonum! quàm ægrè pro-  
xima etiam pericula credunt opulenti! mittebatur quidem equò ſubli-  
mis famulus ad hunc tertium eumque fatalem ictum, qui Bruntruto  
in vicinam arcem Confeſſarium acciret, at ſicut judicia Dei ſunt occulta  
antè mors irruit, & ſunus fecit herum, quàm famulus Bruntrutum  
attin-

attingeret. Ita ferò nimis adductus Confessarius mortuum invenit, quem vivum optasset, satis in eo distentus, ut mœstissimam conjugem & liberos solaretur, quorum operâ tamdiu fuit Sacrorum usus vel elatus vel impiè protelatus; abiit aded herus iste inexpectatus; sursum an deorsum, Deus novit. De salute illius non ausim penitus desperare, quia virum est confessionem inclamare; sed quid juvat animos expiare sacra homologesi, nisi unâ nuntius remittatur iniquitatis Mammonæ. Hoc opus, hic labor est, qui plurimos mergit abyssò, quia nolunt suo quicquam aut suorum genio in annos sequentes detractum, etsi sciant Gellam & Superbiam per iniquitatis Mammonam expleri. O verè cœcæ Andabatas, qui virgam minitantem toties oculis videant obtulisse, neque tamen solliciti sunt, quibus modis à se ac suis scelerum ultrices

(12) Pl. 5. virgam avertant. Hanc Virgam sanctius agnovit & extimuit, qui (12) dixit: *dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcum, &*

G. *liberentur dilecti tui.* Non cessat clemens Deus etiam nobis

Virga eminus ostensa urget poenitentiam; hæc posita, salva res; hæc detrectata, multiplex vae!

scelerum castigatricem virgam exhibere, at furdis fabulam. Hæc abhinc annis grandem Orbi virgam è cœlo Deus produxit & omnium oculis spectandam dedit; at quis hodie virgæ vel flectitur, vel terretur, vel animò ad poenitentiam maturandam commovetur? vidimus ex alto calamitatum prænuntium Cometam, virgæ tum sidus. Præmonuit criminum causâ grandibus suppliciis delinquentium in procinctu esse poenam, nisi fatales ictus per poenitentiam declinarentur at verò ex oculis, ex animo. Ardeat proximus Ucalegon, modo nostra nullus irruat Vulcanus, salva res; pergimus exceptis, Dei salutis nostræ immemores, flagitia flagitis accumulamus, donec & hinc duplex virga opprimat incautos, & per cristatos hostes multiplex scelus profcindat; ita bonum Deum providè mōnentem perpetuè ludimus, & manum paternam virgas rotantem explodimus, ridemus donec tanta pravitatis contumacia irritatus, in furore suo mundum agitat; tot minis & monitis recalcitrantem. Dedit sanè justissimi temporis hujus evidens specimen scelerum vindex Deus hōc etiam seculò, nempe millesimò sexcentesimo decimò octavo, prout fusius ex hist. Ind. nostri memorat (13) Gelosus. Thama urbs erat Orientalis Indiae, quam justus Judex Deus post elusas virgæ intentatæ minas totam suam exoneravit. Sicut hæc Urbs frequentissimò erat emporio nobilitate ita etiam omni vitiorum genere, luxuriæ imprimis & vindictæ delictis ac vivendi licentiâ infamis fuit, quibus tamen cum nullum finem, summo cum nominis Christiani opprobrio, fidei nostræ domestici, sapienter cet moniti ponere vellent, ecce ultimum ad eos monitorium pleno

(13) Joseph. Geiosus Domin. Pass. ex An. Ind. Hist.

clemens Deus direxit. Sub meridiem coram omnium oculis proximo  
 in aëre grandi statura Crucifixi species apparuit, trucibus oculis, & di-  
 gitò minas intentante; hoc quid aliud erat, quàm virgam valida manu  
 rotare, & fata ultima discolis civibus comminari? horrebant cuncti ad  
 tam asperos Crucifixi vultus & atroces minas saluberrimo timore cor-  
 cepti, modò ex metu saltem pœnitentiam captâssent. Vix Dei Sum-  
 mi misericordiam inclamabant, Deoque aureos montes promiserant,  
 en irati Numinis effigies ex astantium se conspectu paulatim proripuit,  
 omnibus ad rei tam insolitæ prodigium trepidantibus; sed quousque tre-  
 mor iste duravit? vix unum & alterum diem. Lapsò biduò itum est in  
 antiquam scelerum silvam: Crucifixò nuspian visò, resumtæ sunt libidi-  
 nes, vindictæ veteres è tumulis enatæ, gulæ iterum diu noctuque li-  
 tatam, quasi extra omnem teli jactum essent cives. Adoretur hic  
 loci Dei Summi Clementia verè infinita, quæ tantis pravitatibus di-  
 vinitissimi Judicis decumano contemptu, se necdum ad ferendum pas-  
 sus est irritari. Tertium diem, imò tertiam hebdomadem patiens &  
 longaminis perditos homunciones sustinuit. Post tantum tempus im-  
 manibus flagitiis indultum, necdum in eos virgam detonuit; misit no-  
 vum mali appropèrantis vatem, qui erat avis magna & mira, Indis cer-  
 tè nunquam visa; hæc avis suo ex rostro à summis ædium tectis in sub-  
 jectos cives hæc verba jactavit: *ergò Dei vindicis iram sentietis*; quasi di-  
 ceret, toties moniti nec respiscitis, nec pravos mores seridò corrigitis,  
 virgam toties intentatam risu tantum excipitis, monita toties data so-  
 nante cachinno allatratis, mali imminentis prænuntios vates nasò su-  
 spenditis aduncò, & quotquot vobis flagitiorum vindices virgas Superi  
 ostentant, illis invicem medium digitum reostenditis, sed numerosæ  
 proterviæ pœnas dabitis vindicis Deo easque acerrimas. Ferrea sint  
 pectora, quæ ad tam horribiles pœnas nec flecti velint nec mo-  
 veri, ære fusa sint præcordia quæ ad tam enormes assultus, nullos  
 expriment singultus, nec in uberes lacrimas animi ac corporis oculos  
 resolvant. Avis hæc jocis tantum excepta & mordacibus sarcasmis,  
 imò etiam præstigiis adscripta totum cœlum, terram & pontum effe-  
 ravit, & ad celerem vindictam excivit; licet enim adhuc solidum diem  
 pœnitentiam exspectaret mitis Deus, callum tamen visa est civium pra-  
 vitas obfirmâsse, unde salus omnium acta est & conclamata. Lapsò ita-  
 que hoc etiam die reos in flagranti deprehensos hunc in morem vin-  
 dicta corripuit divina. Aures arrigite protervi peccatores, quibus lu-  
 do sunt oracula divina simul & humana: Primo mane tetra caligine  
 passim cœlum inhorruit, inde mugiebant tonitrua, micabant fulmina  
 venti



venti carcere suo soluti omni ex parte fremebant turbulenti; hi tam impetu in ædes & ædium tecta, in obvios cives grassabantur, ut adiacentium ac turrium summitates tectis ac tegulis orbarent, homines ex patentibus plateis in sublime abriperent, & vel lapidum acervo alliderent, vel in proximum mare præcipitent. Ventis hisce foris grassantibus enormes terræmotus succedebant, quibus jam terra findi, jam vastis hiatus tectis cum incolis visa sunt absorberi. Neque tamen hic finis erat horribilitatis poenarum. Tot malis saxea grando accessit, quæ calamitatem enormiter augebat; hac enim plurima pars hominum & animalium ob terræmotum, sub dio excubantium, percussa est, & peremta, cum fugæ loci patefceret. His omnibus malis se novum ex mari junxit, quod in orbem alluit; surgebat in altum ferociens pontus & late omnia ad 4. miliaria inundabat; stabant in portu 70. naves orientalibus mercibus onustæ; hæ inter se mutuo collisæ ad unam absorptæ sunt omnes. Deus manum est, quod sequitur: visibantur autem variis in locis Crucifixus & Crucis Dominicæ imagines passim Catholicis receptæ; at cum ex tantisque flagitiorum portentis multum fuliginis contraxissent, debent etiam cultu passim essent destitutæ, omnes in ictu oculi hominum oculis ereptæ evanuerunt, earumque in vicem totidem patibula subito visibilia sunt vel ex undis vel è terris protrusa, quibus tristissima mortis imago adhuc residuis ex urbe civibus intentabatur. Sic sic reliqui peccatores irato Deo ad misericordiæ Patrem, per seriam poenitentiam reducti, suas proprias & alienas lacrimantibus oculis expiantes, Deoq; genitrici affusi vitam porro vivere ceperunt Deo dignam & homine Christiano.

O! ut tantam tempestatem nostris à cervicibus pius ac misericors Deus avertat, hodie tam mitem simul & clementem Deum; tam infensum scelerum ultorem Deum, amore simul ac filiali timore amplectimur. Hodie cum infantibus, pueris ac puellis suo Nicolao affusis, vagam paternam eminens ostensam demississimè exosculamur; illud idem cum magno Patre Augustino inclamantes: Domine, hic ure, hic seca, hic castiga, hic flagella, modò in æternum parcas; sed unam quæ ex oculis, ex animo dirum scelus, Dei que tam boni offensam in viribus dimovemus, unà culpam omnem maturâ poenitentia in expiare satagimus, ut abolitâ culpâ, etiam virga, culpæ intentata felicissimè post fata vanescat.

Amen!



CONCIO III.

Festum Immac. Concept. B. V. M.

Liber Generationis &c. Matth. i.

Liber Vitæ.

**D**ari Librum vitæ seu Catalogum, in quo iustorum omnium, qui in gratia Dei diem obeunt, nomina conscripsit Deus, coronam illis largiturus æternam, certum est ex Script. AA. Primus, qui Libri hujus meminit, Moyses (1) fuit, aut in-quiens, *dimitte illis hanc noxam, (vituli sc. sacrilegè adorati) aut, si non facis, dele me de Libro tuo, quem scripsisti.* Alter erat regius (1) Exod. 32. Propheta (2) David: *Deleantur de libro viventium.* In nova lege Christi ipse omnium primus mentionem fecit Libri (3) hujus, cum discipulis suis veri nominis gaudium explicaret: *in hoc nolite gaudere, (quod sc. vobis dæmonia subjiçiantur) gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.* Christi Ducis & Magistri sui sententiam mordicus tenuit & defendit Doctor gentium (4) Paulus, qui signatè commendat Evodiam, Syntichen, Clementem & alios Evangelii Coadjutores hac cum appendice, *quorum nomina (scripta) sunt in libro vitæ.* Idem dilectus Deo Joannes sua in Apoc. (5) visus est propugnare. Verba sic sonant: *Qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Explico nonnihil præsentem materiam, in quo tantum, ad erigendos in spem vitæ homines momentum reperitur, dicoque, duplici modo ac ratione homines hoc in vitæ libro describi, *absolutè* nimirum seu *completè* ac *perfectè*, atque iterum *inchoativè* tantùm, seu, quòd idem fuerit, *conditionatè*. Omnes illi & quidem soli *absolutè* libro vitæ inscripti sunt, qui in gratia moriuntur, electi proin sunt ad vitam æternam. *Inchoativè* tantùm & *incompletè* omnes iusti libro vitæ inscripti sunt, qui tamen adhuc in vivis cum mundo, carne ac dæmone perpetim luctantur; hi etiam *completè* & *absolutè* libro vitæ inseruntur, si sua in iustitia ad ultimum vitæ præsentis articulum perdurent; Itaque aded vitæ nullum reddit *absolutè* certum de nomine suo in vitæ librum translato (seclusa revelatione, quam habuit D. Franc. Seraph. & alii) sed tantùm *incompletè* & *conditionatè*

A.  
Dari Li-  
brum vitæ,  
probatum  
ex Scriptu-  
ra.  
(1) Exod.  
32.  
(2) Ps. 68.  
(3) Luc. 10.  
(4) Phil. 4.  
(5) Apoc.  
20.

C

CON

- natè seu inchoativè, multi enim, plurimos annos iusti, probi, & prodigiosa sanctitate conspicui, tandem ultimis vitæ annis, diebus, aut horis à Justitia excidunt, malè adèdè moriuntur, à Deo reprobantur & damnantur. Cùm ergò Paulus ad Ephesios (6) dixit, eos esse à Deo electos etiam ad gloriam, intelligi debet cùm memorata conditione, si scilicet in Christi fide & gratia Dei ad ultimum usque spiritum perseverent. Cùm porrò ad Ephes. ait, *vos estis cives SS. & domestici Dei*, intelligi debet per gratiam Dei, si quidem hac in gratia etiam decedant, futuri aliquando cives prænominati per gloriam. Sic ipsa quoque Ecclesia, Mater nostra, *fra* orat in secreta Collecta Missæ per Quadragesimam, *ut omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber adscripta retineat*. Possunt hi tamen deles à sua prædestinatione iterum excidere, proin absolutè prædestinati non sunt sed tantùm conditionatè, si nempe in fide & vitæ sanctitate usque ad finem vitæ perdurent. Noluit ipse etiam Christus 70. Discipulos suos, de quibus paulò ante ex Luca meminimus absolutè certos reddere de sua undique efficaci electione ad gloriam, hinc etiam illis tantum damnationis injecit, citatò hunc in finem Lucifero: *Videbam quoniam nam sicut fulgur è cælo cadentem*, quasi diceret, videte unà & caveate, ne vos similiter cælo seu gratiâ simul & gloriâ excidatis. Ita sanè Cornelius (7) teste, omnes Apostoli ad Apostolatam sunt à Christo electi, ex in Luc. 10. *lis tamen unus erat reprobus & damnatus juxta illud* (8) Christi: *Ne* (8) Ioan. *ne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus est*. Pari modo etiam 6. 70. Discipulis Christi septem primi erant Diaconi, ex quibus unus (9) S. Hier. Nicolaus, qui, ut S. Hier. (9) meminit, omnium immunditiarum, & ep. 48. Nicolaitarum hæreseos author dicitur extitisse. Quod ergò 12. Apostolis & eorum sequacibus spondit Christus (10) *vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes 12. judicantes 12. tribus Israel* &c. iterum non absolutè sumi debet, sed conditionatè, si nempe in mei sequela usque ad mortem perfliteritis. Hoc sensu sumi debent alia passim Oracula nonnullis religione conspicuis decantata, nullum scilicet ex Sociorum numerum sacra veste amictum æternis Erebi tenebris damnandum. Sensus est sicut toga monachum non facit sed vita sacris legibus conformis, multò minus toga solitariè sumpta, reddere poterit beatum togatum, sed vita Regulis cælo lapsis ad literam correspondens, ad literam velut amissim punctualiter composita. Effatum est Spiritus (11) Sancti: *Pax super illos, qui hanc regulam secuti fuerint*, non qui eam tantum vocibus jactant, prædicant, secumque gestant, aut quocunque amictu forinsecus repræsentant. Quid gratiæ vestis conferet? Venient, inquit, Deus

Toga nullum libro vitæ infert.

(11) Gal. 6.

Deus (12) *ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* (12) Matt. 7.  
 Nimis aperte delirant, qui dicunt, eum, qui semel hanc vel illam sacram vestem induerit, tulerit scapulare &c. ne quidem in hæresin labi posse: fuci! quisquiliæ! unde ergo tot Buceri, Palæologi, Agarni, Lampetii, Golterii, Borbonii, Permilii, Præpositi, Ochini, Knoxii, Rabelesii, Balæi, Martinengi, Wigandi &c. unde tot Musculi & Minsteri? In apertam hæresin prolapsi, eique miserè immortui? unde porrò Provincialis ille, qui Raynaudo (13) teste, sub ultimum vitæ articulum vocato ad se fratrum cœtus, iussit vasi undis oppleto silicem immergi, & eductum forinsecus madentem malleo fortiter impactio findi, facta ad suos lecto affusos fratres hac allocutione: Silex iste exterius undâ perfusus, intus tamen siccus est & aridus, ita pariter ego visus vobis fui aquâ baptismatis perfundi, intus tamen, tanquam natus Hebræus mansi siccus, & nullo humore imbutus, & in tali statu nunc ad patres meos Hebræos apponor, valete &c. His rusticibus fœtentem spiritum exspuit, sub toga sua non tantum hæreticus sed etiam recutitus verpa. Sed apage fucos & inanes gerras! ad Librum vitæ regredimur, cui singuli nomina sua inscribi optant, & nunquam inde deleri.

Per se loquendo, omnes ac singulos suæ vitæ Libro inferi vult Servator; omnes enim vult salvos fieri, omnes vult ad gloriam elevari; at non omnes capiunt verbum hoc; non omnes legibus divinis vitam accommodant humanam, non omnes conditionem explent *sine qua non*, non omnes in Christi sequela ad mortem usque perseverant, & idè vel inscripti iterum delentur, vel, ob grandes scelerum acervos ne quidem inscribi merentur. Finalis in bono perseverantia, gratia Dei in articulum mortis exporrecta, nos pariter certos redderet de nomine nostro Libro vitæ commisso; at quis vel signum exhibeat, ex quo spes aliqua formari valeat, nomen nostrum huic Libro insertum esse? *Nescit homo, virum amore an odio dignus sit*, Oraculum est (14) divinum; unde ergo reciam me in gratia moriturum, ad gloriam electum, civem post fata piè obita futurum cœlestis Jerosolimæ? hoc opus hic labor est Opt. AA. Ego neutrum horreo, quia confido, me ex *Signo Magno* (quod Deiparæ ascribit Bernardus) hujus occultæ veritatis in apricum extrahendæ plus quam probabile signum hodie inventurum.

Nolim multis ambagibus uti, verbò rem expediat Deo plenus Patet Anselmus (15) *si portum salutis apprehendere velimus, Dei Genitricis Conceptionem* (puram intellige & immaculatam) *dignis obsequiis celebrare.* Ille de libro vitæ moraliter certus est, qui Deiparam suis obsequiis

(13) Rayn. in Apo. pomp.

C. Deus omnes vult salvos fieri, ira tamen ut in Dei gratia perseverent.

(14) Eccle. 9.

D. Nescimus actu, an nomina nostra sint inscripta.

(15) S. Anselm. l. de Conc. Virg.

(16) Villegas in favor. Virg. c. 4.

E.  
Signum tamen affectus inscriptionis Calceus est Marianus.

F.  
Probat ex SS. PP. Anselm. Ignat. Bernard. Bonavent.

(17) Apud Celad. de fig. Judith.

(18) S. Bernard. sup. Miss.

(19) S. Bonav. in Pfalt.

colere studuerit, & peculiari quodam affectu eam fuerit in tuum usque profecutus. Haussit hoc ipsum ex Virgine Mariana Senensis Ca-  
tharina, Villega (16) teste, nullum nempe, quantacumque scelerum mors  
oppressum, si sub Virginis Matris patrocinio delituerit, peffum in  
posse. Quæ causa fuit, cur plures Patres Deiparam cum Arca Noë  
compararent, sicut enim illi soli, qui Arcam sunt Noëtica inclusi, ab  
versali cataclismo liberi & immunes extiterunt, ita qui sub Mariano patro-  
cinio victitant, reliquis pereuntibus salvantur, hoc tamen cum dile-  
mine, quod animalia ex Arca prodierint sua in specie, in qua erant  
gressa; taurus Arcam subiit & inde prodiit taurus, leo inclusus ab  
leo revertit, & sic de aliis; quotquot autem hanc Virginalem  
cam subeunt, ferinos mores suos ut plurimum exuunt, & qui hab-  
nus animantium naturam referebant, abjecta ferocitate, vel humani  
vel prorsus Angelicam naturam representant. Rei hujus fidei iustitiam  
unum vel alterum Patrem si adduxero, totam thesin factò etiam horro-  
simul & placidò, more nobis hunc per Annum recepto, fidenter obli-  
bo, ex quo sole clariùs patefcatur, Libro vitæ cultores Deiparæ inferi  
cultu destitutos ex eo deleri, & in patentem Orcum justò Dei iudicio  
destrudi.

Primus Pater fit Anselmus paulò antè citatus, cujus hæc sunt verba  
Sicut impossibile est, ut illi, à quibus oculos misericordie Mater avertit,  
ventur, ita necessarium est, quòd hi, ad quos illa oculos pro eis avertit,  
convertit, justificentur & glorificentur. Huc certè respicit Deiparæ  
quicumque se ipsi obsequiosum præbet filium, illius nomen Libro vitæ  
feri procuret, & inscriptum tueatur, ne iterum deleatur, aut delecto  
loco suo reponatur. Hanc pereundi impossibilitatem Deiparæ cultores  
bus tres alii Patres in terminis terminantibus adscribunt, quos pariter  
audivisse. S. Ignatius apud Celadam (17) sic loquitur: Impossibile est  
aliquem salvari nisi per tuum, o Virgo patrocinium & favorem, quia quocumque  
salvat Dei iustitia, sua intercessione salvat Mariæ Misericordia. S. Ber-  
nardus (18) super Missus est, hæc habet: Sicut à te despectus & aversus non  
est quòd pereat, sic ad te reversus, & à te respectus, impossibile est  
pereat. Rationem moralis hujus impossibilitatis veram promittit &  
nuinam Bonav. (19) his verbis: Qui gratiam Mariæ acquiris, agnoscit  
à civibus paradisi, & qui habuerit characterem ejus, annotabitur in  
vita. Hæc Characterem vocat devotionem Marianam, eum à Cælestibus  
vibus tanquam concivem coli, ac nomen ejus in libro vitæ annotari  
Gaudeant ergò Virginis intemeratæ famuli, ac Deiparæ constantè ob-

voti clientes, quia nomina eorum scripta sunt in libro vitæ. Nunc promissis stemus, & hætenus asserta Exemplo fide suâ dignissimò obfirmemus.

Inter 26. Urbes, quæ Brabantiam coronant, antiquissima est Lovanium (Löven) ubi toto terrarum orbe celeberrimam Academiam (sic Beierl. 20. loqui solet) An. 1425. Brabantia Dux Joan. IV. cogno-  
mento *Bonus* erexit, Justo Lipsio, Johanne Molano, Cornelio Janse-  
nio, Thoma Stapletono, Leonardo Lessio, Joanne Lindano, Joanne  
Esthio &c. Viris undique maximis tanquam Professoribus illustratam.  
Est hic loci tanto in cultu ac veneratione Rector Magnificus Acade-  
miæ, ut ex Cæsareo jure nullus etiam Principum eidem ausit primas dis-  
putare. Cùm ibi subsisteret Carolus V. gloriosissimæ memoriæ Imperator,  
ipse Cæsar loco cessit Magnifico Rectori, eique primas dedit in  
publico. Scio, testis oculatus, alicubi hodiè jura Rectorum & præemi-  
nentias, etiam per mucidos Nobiles & illiteratos thraones disputari,  
everti. O tempora! ô mores! ad hanc ergò tot nominibus celebrem  
Academiam duo certi & avito stemmate præclari juvenes magnis itineri-  
bus contendebant; nomen utriusque supprimit (21) Liræus, ut illu-  
stri familiæ parcat; nos tamen, ut hic ab illo certius possit distin-  
gui, utrumque baptizemus, dicamusque *Phlegantium*, quem orcus ra-  
puit, *Servatium*, quem Dei Matris misericordia Erebo subtraxit. Ali-  
bi locorum humanioribus literis & Philosophiæ studiis laudabiliter emen-  
sis, Jurisprudentiæ tot inter Doctorum lumina vacaturi, hanc unam  
sibi sedem ex consilio parentum delegerant. Quamdiu domi vel mi-  
nioribus Musis vel Aristotelicis physicae similitudinibus sub parentum  
& didascalorum cura strenuam operam navabant, neuter illorum vel in  
potu vel in lusu vel in quocunque pravo commercio exorbitabat; erat po-  
tius uterque summis, infimis illustri speculo, & quidem Archimedeo, quò  
plures alios ad omnem pietatem, eam maximè quæ dicitur Mariana,  
visi sunt fortiter accendere, potenter inflammare. Tenuit hæc devo-  
tio domi hausta etiam Lovanii alterum in mensem; hòc dilapsò alea  
utriusque ita versa est, ut hic etiam illud Christi vaticinium (22) exple-  
retur: *erunt duo in lecto uno: unus illorum assumetur, alter relinquetur,*  
seu quod idem, unus illorum Orco cedet victima, alterum orco subtra-  
het Deipara. Nulla pestis tam horridas edit strages, quantas clades,  
etiam probis parit Societas flygia, & pravorum sodalium confors amor;  
halitu suo justos inficiunt scelerati, si justorum consortio approximent.  
Porro certum est, nullibi dari plures ripaldos in omnem proterviam  
dissolu-

(20) Beierl.  
in Theat.  
l. a.

G.  
Et horribili  
simul ex-  
emplo.

(21) Ly-  
raeus in  
Trifag.  
mar.

Hist.

(22) Matt.  
24.

dissolutos, in omnem audaciam abjectos, in omne scelus ac flagitium effusos lurcones, quàm in majoribus Stoïis. Dicuntur artium Univerſitates, quas rectius subinde mille pravitate & horribilium flagitiorum dixeris Officinas. Huc trahit nimis privilegiata vivendi libertas, hoc cerceos juvenes, & extra omnem teli jactum positos adolescentes multi ex patria & inferioribus pulpitis in Academicas Univerſitates moribus Angelum asportant, sed domum regressi vivacem Diabolum representant. Unde tam misera morum mutatio, & vitæ in pejus acta turpissima metamorphosis? noxia libertas & avernalis societas hos simul atque abſtulit, & propè in abyſſum præcipitem dedit utrumque. Aderant mox socii ad speciem probi, reverà grandibus flagitiis cooperti, quæ quavis probra novos hospites impellerent. Invitabantur modò ad locos suburbanos, modò ad frequentiores haustus, inde chartarum studio implicati etiam ad luxuriantes choreas sensim sine sensu trahuntur; sic factum, ut eis paulatim Sacra desiperent & scholæ; inde prius lectionibus abesse, sæpè morbos prætexere, sæpè mille alias occupationes causari, res divinas penitus negligere, solis ludicris & negotioso se totos impendere, cultius incedere, & in nympharum didos cultus & cyprias affabilitates pecunias prodigere, nec quidem pensi Academica scripta habere; verbò, totis viribus in pejus ruere, ad Orcum magnis passibus properare. Non latuit hæc mutatio tantum vigilantiam, qui mirari satis non poterant, sumtus prioribus pensis duplò auctiores necdum sufficere, domum rarius à filiis expediri, peti identidem subsidiariam pecuniarum opem, unà undique monitiones, suspiciones, querelas in horas prognosci; rati plus ultra non dormiendum, alias in Athenas lapsò annò dirigere cogitabant dissolutos fratres; at multiplex scelus ad usque finem annata passa est protelari Justitia divina. Aderant omnibus convivis & palibus mensis, omnibus aleis & fritillis, omnibus conventiculis & ebrietatibus. Nihil illos jactura temporis, nihil pecuniarum misera profusio, nihil tantis destructio, nihil malum nomen aut infamia movebat; perinde illis & malos esse, & malos palàm prædicari. Improba Venus, verticordia pro summo numine utrique colebatur. Annus agebatur sæculi quartus supra millesimum sexcentiesimum, qui sicut Phlegontio exitit, ita Servatio vitalis fuit. Laxabant more suo cupidini suæ franos, lautè & opiparè in condicta popina socii fratre, græcabant. Aderant omne genus cupediæ, aderant risus & jocus, aderant nasci & choraulæ; nullus nec poculis nec epulis erat modus.

tā mensā ibi lusibus & aleis, alibi choreis & tripudiis affatim certatum  
 est. Tot cupediis cūm dies non sufficeret, in seram noctem extracta  
 est ludendi & helluandi, saltandi & procandi insana libido. Hæc  
 inter tripudia & probra se nullus mortalem credidit, multò minùs ad-  
 huc nocte illa moriturum. Sed ò mentes verè cæcas, futuri impro-  
 vidas, mali jam appropierantis incauta! subtraxit se tam enormibus spur-  
 citiis malorum satur Servatius, & foràs digressus, sudores, non Deo sed  
 Diabolo sudatos absterfit, postliminio ad suos rediturus, ut primùm au-  
 ra frigidore calentes animos refocillârit. Hoc inter cūm solus pro-  
 cul à sociorum contubernio remotus foris ageret & respiraret, en morsu-  
 cans conscientia tot nequitias solitario exprobrare, pœnas tantæ impie-  
 tati admensas intentare, sedentem tristitia & terrore, metu & intem-  
 perie velut ace ò perfundere, quibus tandem ita compunctus est, ut  
 nuntium contubernio remittere statueret quæsito prætextu, se stoma-  
 chò male affectum, domi solitam quietem captaturum. Sic abiit, exces-  
 sit, & saluti fuit abitum maturâsse, quàm Orcus irrueret, & prædam  
 unguibus prensaret. Pergebant reliqui ceptam interdium telam ad usque  
 noctis medium pertexere ludicris intenti & amoribus fescenninis; quos  
 inter cūm aliis omnibus palmam præriperet Phlegontius, primus omni-  
 um etiam pœnas dedit tot scelerum Nemese divina. Ibat & ipse domum  
 suam concubia nocte, grandi scelerum contractorum acervò depressus;  
 sed domum ne quidem attigit, fatò præventus amarò, Angiportum cum  
 transfret & Cynthiam caneret, hem bini dæmones ex insidiis præsen-  
 tem adorti, unguibus orcinis animam è corpore harpagabant, secumq;  
 per auram nobilem prædam raptabant, corpore vacuo humi relicto.  
 In qualem exitum gulæ ac Veneris studium sortiatur. *Tevent tympanum  
 Scytharum, & in puncto ad infernum (23) descendunt.* Phlegontius in fla-  
 granti comprehensus, ab orco in orcum raptus est, ut malò illius sem-  
 piternò posteri saperent, & maturè desisterent malignari. At quid Ser-  
 vatius actum? hic ut flagitiorum satur, somno & crapulâ plenus do-  
 mum revertit, se ocius ad quietem composuit; cūm autem vitiis & scy-  
 phis crapulato occurreret, se illo die Rosarii mariani pensum non exsol-  
 visse, pia consuetudine domi contracta, & nunquam hæctenus medius  
 inter pravitates neglecta, in manus sumpsit corollam, eamque Deiparæ  
 semisopitus cespitante lingua evolvit; qualis hæc oratio fuerit, crapula,  
 somno, & prævia libidine contaminata, pronum est conjicere; utut  
 verò lurida & pluribus spurcitiis oblita fuerit oratio, visâ tamen fuit  
 fructu suo non caruisse. Audiisti illam Misericordiæ Mater, neque eam  
 passa



passa est irritari. Jam aures arrigite Mariani Clientes & obstupescite,  
 quàm uberes gratias etiam scelerato peccatori gratiarum Mater contu-  
 rit; inde argumentum ducatur à minori, ut ajunt, ad majus: cantu  
 fructus vitiiis ebría oratio si parit, quantos pariet in Dei summi grati-  
 pientissimè profusa? Necdum Rosarii sui pensum exsolvit, circa  
 etis duodecimam musæi sui januam audit foriter pulsari; quærit contu-  
 tè ebríus orator, quis fores intempesta nocte laceffat? cui mox for-  
 Phlegontius reponit, ego sum; risit ad notam vocem Servatius, & joco  
 pulsus elusit, fores tamen non aperuit, sed socio referendas commisit  
 nec mora: stridenti se pandit cardine porta, & ante oculos stat orator  
 etima Phlegontius, quem cum adhuc vivum esse crederet, inscius, quæ  
 actum esset in plateis, joco ulteriore reducem socium Servatium excepit  
 & cur tu præter morem tam maturè ex popina? ubi reliqui comilitones  
 Sic nempe etiam tu malorum satur quietem captas, ut ceptam hodie re-  
 pertexas craftinâ; his dictis, inexpectato nuntiò Servatium percussit Phle-  
 gontius hunc in morem sermocinari auditus: ita est ut ais Servatius: hunc  
 sum malorum sed audi porro: tuum postabitum se alia scena aperuit: nos  
 inter contentione, sublata est omnis compositio, & luxuriandi per-  
 lantia: quilibet suas in ædes se recepit, ipsis tamen quid actum sit in via  
 scio mihi quid acciderit, jam refero, recens ad te ex plateis translatus. Cum  
 solus per illum angiportum titubantem transitum tentarem, & Cyrotus  
 lupam meam popinariam voce canerem venerea, en oculus duo in meo  
 boli flammeis unguibus irruere, qui corpore terris alliso, animam meam  
 in orci barathrum raptabant; tecum adeò funus loquor & quidem de-  
 mnatum. Non aliter stupuit, quàm si Jovis ignibus idus esset Serva-  
 tius; gelidus per ossa excurrit tremor, qui tantus fuit, ut vix suo  
 corpore foetentem animam retineret; sibi nonnihil redditum, his ubi  
 ríus verbis præfens spectrum compellavit: ne timeas, Servatius; nihil  
 ex me patieris, repeto quod dixi: in reditu à popina binis à diabolo  
 oppugnatus, vitam posui, & animam in avernum transmisi, truncò  
 poris animâ vacuò, adhuc in angiportu jacente, quod tibi fimo huma-  
 dum committitur; tecum adeò damnatus loquor; at scias velim, altero  
 codæmon tuum in exitium destinatus, tibi pariter gulam fregisset, nihil  
 maturè pravo confortio subtraxisses, & domi Virginis gratiam Romæ  
 captâsses; vitam tuam ab exitio servatam esse, uni debes Deiparæ, par-  
 ebrioso in strepitu salutatæ; hoc ni fecisses, de tua pariter salute actum  
 esset sicut modo actum est de mea; ut verò dictis meis fidem adhibeas  
 dubiam, en nunc tuum aspice Phlegontium; hic unà rejectis vestibus re-

tum execrabile corpus Servatio exhibuit: ardebat caput ferrei instar globi, undiq; igniti: flammæ grandes ex oculis profultabant: pectus & ventrem angues rodebant & serpentes: lumbos viperæ dilacerabant & bufones. Exhibita hæc etiam tragædiâ, his ultimum affatus est Servatium præfens Spiritus: disce nunc damnò meò sapere, & te seriò emendare Servati; hæc ego ad te, Altissimi ex imperio, & tuæ Virginis potenti patrocínio coactus. Sic primùm ex oculis Spectrum evanuit, relicto grandi equuleò in Servatii mente. Dedit locum monitis Servatius ex orco profectis; & nec ad Solis reditum moras protraxit. Nocte adhuc media ad RR. PP. Capucinos Matutinò dissentos excurrit, totamque rei transactæ seriem supremo asceseos Capiti recensuit, à quo etiam antè non abscessit, quàm binis Patribus comitatus, in plateis ab Orco peremptum corpus inquireret, & proxima palude cœnobio cõtermina tumularet; regressus inde ad Asceterium, Guardiani pedibus affusus per sacra omnia sacro Cœtui accenseri petiit. Voti damnatus cellam obtinuit, ex qua semper, proxima in palude Socii sui depositum funus ob oculos haberet, frano futurum, si quo casu ab Orco tentaretur. Ita Deo pluribus annis vitam vixit pœnitentem quam etiam sancto fine, hinc, ut sperare licet, ad Superos digressus coronavit.

Videbis hinc Opt. AA. quod maximè Signum sit illud, unde colligi valeat nomina nostra esse Vita ~~no~~ inserta. Signum hoc actu exhibet Virginis Matris constans Cultus. Evolvisset domum ex popina rediit Phlegontius rosarium, utut ebriosus esset, ac pro Cynthia Deiparam madida voce cantasset, nullus dubito, violentos Orci ungues Phlegontius evasisset. Felices ego dixerim ac fortunatos, qui culci Mariano etiam modico sed continuo & quotidiano addicti, sub tantæ Matris patrocínio commorantur; hi enim sicut à se procul omnem dæmonis assultum profligant, ita fidenter se illa spe refocillant, futurum tandem, ut ope ac patrocínio Matris Dei ante obitum tantam desuper gratiam recipiant, quâ Deò suo reconciliati, in gratia Dei moriantur. Id ergò totis viribus agatur hodie, ut juxta D. Bernardi monitum, non recedat ab ore, non recedat à corde Cultus Deiparæ.

Amen.



D

CON.

CONCIO IV.  
FESTUM S. THOMÆ,  
Apost. & Mart.

*Noli esse incredulus sed fidelis. Joan. 20.*

Increduli Thomæ.

A.  
Ubique mirabilis fuit Thomas, tam ob incredulitatem quam fidem.



Erè dixerim, admirabilem Apostolum præsentem, seu ea factemus, quæ in vivis gessit, seu ea pensamus, quæ post mortem ta multiplici martyrio coronata expedit AA. Admirandum se fecit, cum à fide tot testibus firmata recederet; mirandum se denuò exhibuit, cum palinodiam cantans regrederetur; Nempe, sicut insignis fuit Thomæ incredulitas, ita potenter insignis extitit Thomæ fides & fidelitas. Incredulitas eousque exivit, ut Christi Domini miraculosam Resurrectionem, Apostolis nuntiantibus se Dominum vidisse, omnem fidem abnegaret, palam professus, se nunquam Magistri sui prodigiosam anastasin crediturum, nec coram præsens oculis suis spectaret fixuram clavorum, & digitum suum mitteret in locum clavorum manumque suam in apertum latas inferens. At verò quæ & quanta hæc audacia? quæ temeritas? divinæ Sapientiam modum præscribere Deumque ad hunc unum se manifestandi modum obligare, ut tangi patiatur cicatrices suas, sine quibus nec credere vellet Christum verè à morte ad vitam remeasse. Nõsse debuit ex Apostolorum relatione, corpus ejus cicatrices retinuisse; scire debuit Oraculum Divinum de Resurrectione datum nec falli posse nec everti; ut ergò tactui tot modis fallaci plus tribuit quam Verbo Dei solidissimum & fallere nescio? ut quid in dubium traxit Apostolorum asserta? ut quæ ea, quæ sunt supra naturam, per argumenta prorsus naturalia, quæ tactus est, investigare præsumpsit, cum tamen oculi nostri multo tunc accipiantur. Oculos falli, experientiã probatur quotidianã. Quæ ex plebejo, quantæ magnitudinis sol existat, dices, eam vix orbem majorem. Remum aquis immerge translucidis, fractum dices testis oculatus, naturæ ludentis ignarus. Tactu Jacob, pellibus hædinis hirsutis oculis caligantem Isaacum decepit ut benedictionem fratri Esau sumptis

ret. Quæ porrò & quanta hæc superbia fuit, tot se testibus opponere, & dicere: *nisi videro* &c. in ore duorum vel trium testium stat omne verbum, ut probè expendit (1) Cyrillus, hic autem plùs quàm decem erant ejusdem rei contestes, ut mulieres conticescam, & testes quidem oculati; hos omnes falsi redarguere, admirabilem genium importat, quò sibi uni plus arrogat, quàm denis aliis. Rectè eum de hac incredulitate Christus redarguit, in qua non unum tantummodò vel alterum diem sed octo continuos dies perduravit, nunquam fortè locum daturus assertæ veritati, nisi Dominus octavo post Resurrectionem suam die rursus Apostolos suos resalutasset, ubi tum actu præfens erat Thomas; tum primùm firmiter credidit, & palàm professus aliud, quàm oculis fuerit conspicatus, cum digito plagas atrectaret & manum in latus mitteret. *Tangebatur hominem*, ait Aug. (2) *& Deum confitebatur*; aptè Theophyl. (3) *qui prius erat infidelis, post lateris tactum optimum se theologum ostendit, duplicem naturam & unam hypostasin Christi edisserens; dicens enim Dominum, Naturam humanam, dicens Deum, Divinam confessus est in uno & eodem*. In hac fidei professione retinenda & prædicanda tam firmus tam confans postea fuit Thomas, ut præ aliis omnibus creduli Thomæ exemplum nobis proponatur. Fidei zelus ita Thomam corripuit, ut, quod de nullo legitur, solus Thomas fidei zelò factitasse legatur, quo ex capite jure dici possit Apostolus verè admirandus & prodigiosus. Ex lapsu fortior surrexit, post lapsum vehementius cucurrit Thomas; ex culpa prævia insigniter profecit Thomas, ex vulnere novam hausit virtutem, eum in modum, quò fractum & sanatum membrum ut plurimum majus robur colligit, quàm nullò unquam vitiò luxatum, gratia nempe divina reduci Apostolo cooperante juxta Pauli (4) effatum: *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia*. Thomas Stapletonus Patroni sui assiduus encomiastes (5) fusè ostendit, eum in Evangelio disseminando, & fide Christi in terris amplianda plùs omnibus aliis laborasse, prædicando totum pænè terrarum orbem excurrisse, & usque ad extremos Garamantas atque Indos penetrasse, nec tantum Parthis, Medis, Persis, Carmanis, Hyrcanis, Bactris; sed & Abyssinis ipsisque Sinis evangelizasse, in novum orbem, in Americam usque progressum, ut ubique gentium Christi fide cæcos infidelium animos illustraret, tandem pro fide orthodoxa gloriosa morte confectum, lancea confossum, martyrii palmâ conspicuum ad superos migrasse. Reddunt hæc simul sumpta admirabilem Apostolum, sed multò magis admirandum exhibent fidei prodigia post gloriosissimam mortem è cælo dispensata. Refert Naucerus

D 2

(6) Joan-

(1) B. Cyrill. l. 12. in Joan. c. 17.

(2) S. Aug. in oct. Pasch. (3) Theophyl. in Joan.

B. Zelotes pro fide.

(4) Rom. 5.

(5) Thom. Staplet. l. de 3. Thom.

(6) Nauch.  
vol. 2. gen.  
38. an.  
1121.

(6) Joannem Indorum Patriarcham Romam venisse, & Callisto Summo Pontifici ac purpuratis Patribus palam in Consistorio summa cum haec enarrasse, suo tempore S. Thomam Apostolum caelo lapsum quotannis populum in Indiis propria manu communicasse, & dignis quidem promptè Sacramentum porrexisse, ab indignis verò manum retraxisse. Damus huic prodigio totum sermonem praesentis festi in Anagram. Tu unde satis fuerit digito signasse, mirabilem fidei zelum, quò adhaec caelis in terras D. Thomas exardescit. Qui de admirandis Palestinae locis bunt, affirmant, aedes S. Thomae adhuc persistere, sed eò esse ingenio, nullos ferat habitatores nisi fideles Catholicos; si verò alieni ritus homines quicumque non probè Catholici degere ibidem praesumant, caecum experiuntur, atroci fato facinus puniri. Hem ardentissimum fidei zelum perditam & dilapidatam zelotem Thomam, post fata multiplici martirio coronata, ut superius monuimus! toties enim martyrem colimus, quoties mortem debuit naturam cursum spectando, grandibus ex tormentis obire, nisi ea divinissima virtute ab Apostoli corpore repulsa esset, nec tandem lanceis confossus proprio sanguine suo fidem Eucharistiae obsignaret. O utinam nostros quoque fidei spiritus usque adeo formidinis vigoribus è caelo transmissis zelotes Thomas reaccendere & suscitaret? *Laudamus veteres, & nostris utimur annis.* Fidei Thomae ca perennem zelum etiam post fata, tepenti mundo exhibitum praedicamus, nos interim ore fidem crepamus, factò ipsò negamus, & ejuramus. Credulum Thomam colimus & veneramus, nos terim toti sumus increduli, & ne Deo quidem affirmanti fidem praedicam deferimus. Verbo: pauci hòc aevò dantur, qui cum increduli Thomam sectantur, adeo pariter ad frugem revertant, fidemque illi datam in tumultum usque tueantur. Quocumque oculos evolvas, nisi incredulos & infideles Thomam etiam inter Thomae cultores Christianos oberrare videas, qui Deum ac divinissimam ejus fidem ostentulo depradicent, factò negent. Ait Speculi Exempl. solers collectus fuisse duos tanto familiaritatis nexu sibi mutuò illigatos, ut unus pro altero etiam mori exoptaret. Rapuit unum propter Libitina, sed paulò antè, hanc utrimque legem firmassent, ut ille, qui prior in tumulum cecidisset, post fata Deo dante ad vivum regrederetur, eique alterius statum fidenter explanaret. Indulsi Deus, ut pacto contractò, staret extinctus. Aflitit Oresti suo adhuc vivo vegeto, lethipatus Pylades, eique paucis aevi simul alterius statum & modernam conditionem his verbis detexit: *Nemo credit, nemo credit,*

C.

Nos Thomam colimus credulum, & unum incredulum manemus.

Hist.

credit, quàm districtè Deus judicet, & quàm acerbè puniat scelestos. Paucis hisce palàm innuit, totum orbem Christianum & Catholicum hanc in horam infidelibus Thomis inundare, qui nec Deo credant, palàm vociferanti, nec in Deum ac Dominum suum viva & integra fide ferantur.

Dixit palàm Deus-Homo beatos, qui cum pauperie (7) luctantur, (7) Luc. 63  
 qui esuriunt & corpus inediâ enervant, qui lacrimarum flumina mit-  
 tunt, & oculos in uberes fletus resolvunt &c. at quotus hodie credit,  
 hæc vera esse Oracula à Deo-Homine prolata? si enim hæc verè crede-  
 rent, dicite, cur passim tanto est horrore mucida paupertas? cur tantis  
 sudoribus *corraduntur opes irritamenta malorum!* nunquid omnes ad  
 beatitudinem aspirant naturæ instinctu? hanc prima Veritas paupertati  
 adscripsit, in opulentos contrà multiplex *ve* detonuit: *Ve vobis diviti-  
 bus, qui habetis hic consolationem vestram! ve vobis, qui saturati estis!  
 ve vobis, qui ridetis* &c. his tamen omnibus insuper habitis passim  
 hodie paupertas ejuratur & vitatur, quia nullus esse vult miser; con-  
 tra, vix ullus est qui non dives fieri exambiat, non sanè alia ex cau-  
 sa, quàm quòd ubivis credatur, divites verè beatos esse, miseros esse  
 pauperes, at nunquid hoc est manifestè fidem Christo abrogare contra-  
 rium proclamanti?

Dixit palàm Deus-Homo: *Diligite inimicos vestros, benefacite his,  
 qui oderunt vos, ut sitis sicut patris vestri, qui in cælis (8) est.* Per has vo- (8) Matt. 5.  
 ces etiam præceptum nobis imposuit, ut communis habet Patrum Chryf.  
 Hier. Aug. Paichasii, Concil. Carthag. quarti (9) & Interpretum sen- (9) Conc.  
 tentia. Maldonatus & Sylveira explicatiùs tradunt, ex vi præcepti hu- Carthag. 4.  
 jus teneri nos signa generalia Christiani amoris erga inimicos exhibere, c. 9.  
 ajuntque grande peccatum peccari, si à communibus beneficiis, preci-  
 bus & benevolentia signis inimicus excludatur; talis enim exclusio si-  
 gnium esset odii latentis, quod omnia bona opera intoxicaret, ut irrito  
 labore preces funderentur & eleemosynæ in pauperes sine lucro ad elee-  
 mosynarium redundante erogarentur; occluderet adedò odium & ran-  
 cor, quò proximis insectamur, ipsos etiam cælos; & sicut amor pro-  
 ximi & benevolentia hostibus exhibita nos filios reddit Patris, qui in  
 cælis est, sic aversio & bilis in vicinum concepta, nos filios reddit dia-  
 boli, eique immortuos recto tramite in Orcum præcipitat. Damus rei  
 hujus exempla plura hòc annò Dom. . post Epiph. Dom. Sexages. Pa-  
 schat. & Pentecost. unde ad oculum patescat, non credi hæc oracula et-  
 iam Deo, Orci æternales poenas fatali alterius odio insectis palàm inten-

Beaticudi-  
nem præ-  
dicanti  
Deo non  
credimus

(8) Matt. 5.  
(9) Conc.  
Carthag. 4.  
c. 9.

D.  
Per ranco-  
res cælum  
occludi,  
non credi-  
tur, donec  
& rancor in  
Orcum  
profige-  
tur.

tanti, donec in Orcum detrufi, ferius infidelitatis fuæ pertinax fecerunt ejurent. Hæc & alia centies occinant Ecclefiæ, actum esse de faludum rancor corda pererrat, non defunt tamen, qui vel umbraticè hinc mox lapides, cultros, pugnos & enfes circumfpiciunt, totique ex cretice crepant, donec uberem vindictam ex hofte referant. Alii ob unquam fufpicionis notam totam ocius charitatem ex choro & foro prolegant. Alii cum ævi hujus pseudopoliticis Machiavelli affectis, omniamicitiam fuos erga inimicos mendaciffimè fimulant, ut fic tutius incautos profcindant. Poëta teſte,

*Trita, frequensq; via eſt per amici fallere nomen;*

at verò ſicut nullæ ſunt gravioreſ inſidiæ, quàm quæ ſub officii ſimulatione tanquam ſub cinere deliteſcunt, ita nullæ creduntur eſſe nocentioſiores; hæc interim odia palliò amicitia obvelata, in dieſ & menſes, annos & annorum luſtra prorogantur, unà mille occaſiones vindictæ inſtigantur, unà cœlorum oſtia in odio & rancore morituris oblectantur; quòd ipſum tamen nemo credit, licet ipſi ex Orco lemureſ ſuæ damnationis cauſam in odium conjiciant decumanum.

(10) Sen. *Equiſſima vox eſt, inquit (10) Seneca, & juſ gentium præ ſe ferre redde quod debes.* Jure Divino idem coelitus urgetur, *redde quod debes* ablata ſuis dominis reſtitue. Hæc reſtitutio ita neceſſaria eſt ad libertatem, ut contrariuſ error, poſſe aliquem non facta reſtitutione ſalvum

(11) Molin. *manifestam hæreſin importet, ut fuſè probat (11) Molina.* Nimiſ evidens eſt Auguſtini aſſertum (12) *non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; porro ſi reſ aliena propter quam peccatum eſt, reddi poſſet.*

(12) S. Auguſt. ep. ad *non redditur, pœnitentiã non agitur ſed ſimulatur.* Fruſtra ergo quæſtidie Sacro aſſiſtis, fruſtra corpus pane & aqua emacias, fruſtra car-

E. Carthuſianis perenne cilicium circumgeſtas, fruſtra ſingulis Domini S. Synaxin frequentas, fruſtra in pauperes uberem eleemoſinam diſpenſas, fruſtra Romam uſq; nudis pedibus proreptas, fruſtra illuc ponderoſe Cæcis truncum bajulas; fruſtra ſummo à Pontifice abſolutionem reportas, fruſtra malè ablata reſtituas. Hæc omnia ſimul ſumpta nihil proderunt, niſi ablata Dominis ſuis reddantur. Martyreſ ſunt diaboli, qui aliis in diis ac pœnitentiæ operibus eradere geſtiunt pravitatem are alieno contractam. *Lucrum in arca, damnum grande in conſcientia: tenent & tenentur*

(13) Idem *iterum inquit (13) Aug. tenent opes alienas, & quamdiu haſ tenent, quoque laqueis tenentur orcinis, & ſuffocantur.* Horum exempli pleni ſunt omneſ libri & Ordinum Annales. Damuſ & noſ in hoc tragico Tract. plura hujus veritatis evidentia ſpecimina Dom. 1. Adverſus Doc. 4.

(10) Sen. l. 3. de beneficiis. c. 14.

(11) Molin. de Juſt. tr. de reſtit.

(12) S. Auguſt. ep. ad Maced.

E. Reſtitutionis neceſſitas non creditur.

(13) Idem in Pl. 61.

Dom. 4. Quadrag. Dom. 4. post Pasch. Dom. 1. post Pent. Dom. 3. post Pent. Dom. 6. post Pent. Dom. 8. post Pent. Dom. 9. post Pent. Dom. 12. post Pent. Dom. 13. post Pent. Dom. 14. post Pent. Festo S. Andrea. Festo Assumpt. B. V. Festo S. Matthæi. Festo Dedicat. Eccles. &c.

Querat nonnemo, cur toties una eademque Materia tot fuerit Tragædiis suffulta? dico, quia nudis Assertis & Patrum sententiis utut è cælo deciduis *nemo credit*, nisi signa & prodigia videant, quibus simile scelus justus scelerum vindex eradicare constituit. At si hominum modernorum studia per totum hunc spectabilem mundum observes, etiam signa & prodigia ævi nostri mammonistas nec hilum terrefaciunt, multi ad aniles fabulas & poparum figmenta, historias horroris plenas ablegant, ut se omni restitutionis onere promptius expediant, donec tandem tribem nariam illam patulis auribus excipiant: *pecunia tua tecum sit in (14) perditionem!* verbò: *nemo credit*, restitutionem de necessitate facta (14) Act. 8. luti esse; si enim crederent, non tot fraudibus & dolis, non tot usuris & iniquis contractibus, non tot mendaciis & periuriis opes corradarent cæci eucliones, de restitutione nunquam anxii, nunquam solliciti, ut malè ablata suos ad legitimos possessores revertant.

Norunt porrò grandibus flagitiis obsessi, se certam fore Orci victimam, nisi in vivis integra Confessione multiplex scelus eluant. Sciunt, huc tendere Oracula divina, quibus auricularis confessio urgetur: *ite, ostendite vos Sacerdotibus (15) omnium auribus intonat Servator. O-* (15) Luc. 17. *stendite vos non in umbris verborum, sed in aprico. Ostendite vos non dimidios sed totos, nec tantum mentis peccaminosa superficiem, sed ipsum etiam fundum, circumstantias aggravantes & numerum, si grave sit delictum. Norunt quanta sit necessitas peragenda Confessionis, ut inde salus pendeat æviterna. Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, Paulo (16) teste. Idem Deus ex Veteri lege (17) inculcat: non confundaris confiteri peccata tua. Et mox iterum: pro anima tua ne confundaris dicere verum; cuius mox ratio subnectitur; est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Fac linguam stringat pudor & ruralis confusio, ut grande peccatum resorbeas & conticeas; certa tibi mors est; fac te coram homine confundas & nihil reticeas, certa tibi est vita, quam integræ confessioni tanquam conditioni sine qua non, Deus appendit. At verò quis hodiè his oraculis fidem habet? centies hæc sacro ex pulpito repetantur, semper erit verum dicere, *nemo credit, nemo credit, nemo credit*. Ita sanè plerosque (18) Tertull. i. de hujus infidelitatis redarguit (18) Tertull. i. de & publicè pœnit.*



& publicationem sui aut diffugere, aut de die in diem differre video, plerisque magis memores, quam salutis. Item terminò utitur perquam plerosq; video, ait Tertul. qui peccata sua sacro in tribunali perpetuo occultent, & salubriter confiteri erubescant; hoc ipse omyem adim sibi ad gratiam & gloriam Dei stolidissimè occludant. Censet aut Tertul. plerosque hoc ex damnosæ taciturnitatis vitio damnari, quia perdet plerosque coram homine palàm dicere, quod non erubuerunt coram Deo perpetrare, imò qua subinde per avernalem jactantiam in ciis in ebrietate propalantur, unde graviter difamentur. Si juxta Tertul. plerique hominum ex hoc summè lethifero pudore cœlo exciderunt, & in orcum præcipitentur, operæ pretium fuerit in praxi ostendat

(19) S. Augustin. in omiſſa confessione, ut magnus inquit (19) Aug. locum non dari misericordie divine. Qui ergò hæctenus verbis & oraculis divinis fidem abserunt, fidem factis exhibeant, quibus ad oculum clarescat, orco plectentur max silentium, poenis æternantibus stygium pudorem proſcindi.

Ut plurimum quidem feminis à natura pudoratis contra hanc innocentiam pugnandum est in S. tribunali, ne ab Orco sibi linguam stringi patiantur, ut muta & mutila reddatur confessio prout ex Cartharina patet Peruana, de qua fusè actum, est Dom. 3. Quadrag. post Pent. Tubæ & Dom. 18. post Pent. item Festò S. Magdal. & S. Annæ. Sed at verò scimus hóc malò æquè viros ac feminas premi, opprimi. Scimus hóc uncò etiam in æternæ damnationis barathrum tractos esse religiosos famâ sanctimonix, dum viverent, illustres. Horum è numero

(20) Christoph. Vega de Confess. auricul. Pelagius fuit, Vega (20) teste, qui totum, quod sequitur ex Annis vitæ religionis. Cujus Ordinis fuerit Pelagius, non edissero; caminus ætatem hodie quâ nihil trivialius est, quàm ut totum corpus unius membri vitium condemnatur. Magnorum virorum calus novi sunt in Ecclesia, nec quemquam concutere debent, sed damnò sapiat alienò. In omni cœtu, in omni congregatione, Petrus

(21) Petr. Dorland. in Chron. Carthuf. (21) Dorlandus, semper bonos cum malis, triticum cum paleis reperit vel ut inquit (22) Blesensis: ad extremum usq; seculi diem cum Jherosolimitis habitabunt Jebusei, eodem in horto myrtus proſillet & urtica, liliæ ter spinas excrescent; neque tamen urbem proſcindes, que simul concludit Jebuseos, neque idè hortum despicias, ubi simul

G. subinde videas media inter lilia lolia & urticas, spinas & ambrosiam. Ruri nactus est optimos parentes Pelagius, qui eum præviò extimulabant. Adultior factus pascendo cori pios per parentes admotus, nihil foris omisit, quæ docti

nat.

addidit. Voluit opilio rosarium Dei sui æquè sub dio, ac sub tecto obsequiosus verna. Coluit viciniam pientissimus Asceta; hic cum Sacerdos esset, nullum diem sine sacro domi lecto passus est abire. Adstitit Sacro quotidie Pelagius, & familiaritate cum hoc eremi cultore contracta, tantos inde pietatis stimulos collegit, ut vitam duceret, quam alii passim à raro virtutum omnium cultu suspicerent & honorarent. Mortuis parentibus tantos in virtutum stadio progressus fecit, ut toti mundo calces illideret, eum in finem domum paternam, agros & pecus dividendit, & opes hinc lectas in pauperes distribuit, factus pariter eremicola tam famosa sanctitatis, ut à summis & infimis sua in solitudine pro solatio, morumq; documento salutaretur. Invidit dæmon virtutem ita celebrem juveni Pelagio, à stiva in Sacrarium illato; hinc totis eum viribus adortus, oninem movit lapidem, ut rudem & illiteratum Pelagium everteret, & è cælo in cœnum, imò etiam in Orcum præcipitaret. Primus aries, quoque pugnatum ivit Pelagium Cacodæmon, Veneris fuit probrosa voluptas, quâ phantassiam solitarii usque adedò corripit, ut solitas preces multoties turbaret. Restitit quidem strenuè assultibus orcinis Pelagius; ad preces confugit tentatus Orco victor inclutus; sæpius fortem repulsam passus Acheron, sæpius ad cellam revertit, & ut ait Evangelista, secum alios septem ipsò nequiores spiritus assumpsit, qui ut olim Hieronymo, prostituti pudoris lenas objicerent, & lascivis motibus Pelagium titillarent; fractus tandem, seu tot insolentis Orco accessibus defatigatus, nullum actu stuprum commisit, neque ulla se foeditate contaminavit, sed nudo Venerum aspectu delectatus locum duntaxat Veneris cogitatibus indulgit, iisque moroso cum beneplacito, & in scelus committendum, siquidem occasio foret, pleno assensu aliquantum inhæsit; mox tamen inde gravi mœrore correptus ad se revertit, his seipsum affatus: e hodie Pelagi, quid egisti? quid perperam cogitasti? Siccine Orco victor jam victus es, ab Orco? siccine potuit tibi cogitatio placere, quæ focum accendit æternantem! Paulò antè eras Dei filius per gratiam, tot precibus ac jejuniis coëmtam, nunc verò dæmonis victima, Orco præda factus es per luxuriantem cogitatum animò receptum, assensu firmatum! hoc scelus ut expungas, opus erit propterea confessione ac pœnitentia omnibus numeris absoluta; at verò cui scelus animò commissum confiteberis? pateat, te locum dedisse carneæ pravitati, te motus venereos animò tenus captasse, unà probi nominis fama corruet. Hem artem & industriam diabolicam! sic mille respectibus ora nititur peccantium tetra Styx obserare. His fluctibus cum

E

Pelagius

Pelagius volveretur, commodum cellam Deo dante peregrinus eremicola transgressus, foris vidit Pelagium mœrorè absorptum obambulantem, qui mox ad eum amico vultu conversus, his eum vocibus complabat; & quid tibi triste accidit Pelagi, ut tantus mœror vultum occupet? frontem explica, animos serena; neque enim decet, ut serena Dei tam immodicis mœroribus mentem obruat; Deum si gravi peccato læsisti, pœnitentiam ocius capesse, candida exhomologati animo pia, & Deum habebis causæ tuæ nunc perditæ patronum. Stupuit novam eamque vaticinam salutem Pelagius, & mox in vicem respondit amice, unde Pelagium nôsti peregrinus? cui iterum novus hospes novi te apprimè Pelagi, quem tota latè vicinia tanquam vitæ sanctitatis clarum colit Ascetam; vis tetricis mœroribus liberari, integram confessionem matura; hæc expeditâ, pax, animi quies, & tam oris quæ cordis serenitas extemplo revertent. His dictis disparuit. Agnovit dum è cœlis Monitorem pœnitens, & ocius constituit Deo reddere agnos pœnitentiæ fructus; hos ut tantò certius exhiberet, in mœrorum a fervido disciplinæ studio passim celebratum recipi exaruit. Illicò in suffragia, & nemo fuit toto è cœtu, qui non sibi de tanta mœrosæ sanctitatis eremicola cœtui aggregando applauderet, persuasit monastico Corpori suo cœlò lapsum fratrem coaptasse, unde tota religio nova frugum & virtutum caperet incrementa. Explevit partes religiosi mundo mortui Pelagius, omnibus omnia, regulam etiam levidensium ad literam & literæ apicem continuus cultor, induis quoque promptè ac hilariter obedire doctus, humilitatis constantis assertor, corporis sui plagiarius, omnis voluptatis, omnis gulæ ac corporalis solatii juratus hostis. Tenuit hanc vitæ austeritatem annos octonos; his dilapsis, lue obrutus animadvertit, hanc primam & ultimam fore luem, quâ confectus Deo Judici sisteretur. Vidit presentaneam mortem, conscientiam lascivæ cogitationis ream afflictis motibus clemens Deus irritabat; inquietum scelus perpetim acrimè pungebat, & sui urgebat expiationem, ne confessionis defectu homo pravo excogitatu periret. At timor & pudor ac vanus hominis respectus ita morientis pectus obsedit, ut nil inde de lascivo cogitationis aures Confessarii difflueret. Debuit nunc saltem tot annis pressentibus Medico detegere, ut plenam salutem reciperet, debuit hoc in arcanis Oraculis fidem habere divinis, & per integram confessionem animam suis transcribere. Credere debuit moriturus, se inexpiatum iusto à Jure æternis ignibus fulminandum; sed prævaluit pudor; timor itygius, quæ

homines dicent &c. tot oraculis divinis prævaluit. Abiit quidem, sed non in cœlum è cella sua contendit, ut loqui placet Bernardo; abiit quidem pro forma expiatus & Eucharisticò Viaticò refectus, sed lascivo cogitatu nullis unquam Sacramenti clavibus per Confessionem subiecto, miserimè immortuus, in eam persuasionem pessimè per Stygem abreptus, elui posse clanculò per pœnitentiæ opera sine confessione. Gaudebant Cœnobitæ, se tam sancti corporis exuvias nactos, aris dignas, & cultu fortè publico post aliquot Olympiades honorandas. Omnium vota sursum ibant: O utinam cum Pelagio mihi quoque datum esset hinc migrare! agebantur exequiæ summa cum pompa & populi affluxu; Pelagio tanquam Cœliti se ac sua singuli commendabant, palàm in preces effusi, ut è cœlo terricolis benediceret. Antequam hic loci edisseram, quid porrò post hæc fata piè ad speciem obita contigerit, probè velim sententiam librari, quam protulit (23) Isaias: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* (23) Isa. 3. Verbis his illi propriè Sacerdotes tanguntur, qui vulgò *laxi fratres* audiunt, & viam in cœlos obvius peccatoribus adpromittunt, non ut animas cœlo lucrentur, sed ut commodis suis studeant, ut bursas expleant, ut gulæ ac genio suo largius indulgeant, ut mensas præparent adipales, & vina coronent &c. Non omni spiritui credi potest; probari debent, num ex Deo sint divini. Divini si fuerint, arctam potiùs viam in cœlum prædicabunt, non laxam. Divini si fuerint, carni erunt & mundo mortui, ac unà quidquid gulam sapit, quidquid juratæ humilitati pauperum propriæ reclamant, etiam oblatum, etiam obtrusum rejicient, evertent, vel ad mundi hujus discolos assecclas remittent. At vero quis prohibet has voces sensu accommodatitio hic Pelagio adscribere: Pelagi Pelagi, qui te beatum dicunt, seipsos graviter decipiunt, & viam gressuum suorum dissipant, si quidem tua velint vestigia sectari. Quid ergò triste ac tragicum accidit extincto? ea quæ sequuntur, veri nominis Tragediam repræsentant, omnibus etiam religiosis cum horrore spectandam. Prima post exequias nocte, more solito ad campanile cœnobii frater properabat, signum daturus ex officio ad matutinas laudes Deo palàm in Ecclesia, non primo manè contra leges & statuta, sed media nocte juxta veterem disciplinam & strictiorem observantiam decantandas. At ecce, cùm ad Pelagii tumulum accederet, vidit extra tumulum sepulti corpus jacere. Horrui primitus, & cùm nihil mali occurreret, tacito labore corpus in tumulum solus reposuit & abscessit. Altera nocte cùm idem corpus foràs projectum spectâisset, id properè Præsuli retulit,

tulit, addita etiam, quid heri actum esset, fida relatione; sic octavo imperio Cœnobiarchæ media nocte in templum evocati sunt cœnobiarchæ, persuasi, digniorem fortè tumulum Viro tam sancto cœlitus delatum esse. Fufis precibus Cœnobiarcha se ad præfens funus committit, dixitque: age sis Pelagi, dum viveres, promptam semper obedientiam Superioribus tuis detulisti, hanc neque mortuus negabis; tua est parendi promptitudine fretus, præfens impero, quid hoc insolito corporis tui motu exambias, palàm exponas. An fortè Deus vult corpus tuum aliò transferri, & nobiliore tumulo tuis virtutibus commutato recondi? responde, Deique voluntatem obedientiæ filii explere. Ad hæc imperia horridum in morem funus ingemuit, & sic loquitur: vix misero Pelagio, qui pravæ cogitationis motum animo meo cum dilectatione & assensu in eremo receptum, & nulla unquam confessione tot annis expiatum, æternum damnatus luo. Flammis crucior non pergantibus sed acheronticis, cruciandus æternum. Jussus præfens cominus intueri Cœnobiarcha, vidit, totum instar ferri candentis ignis, jamque tremulo pede abitum parabat, en jussus fuit denique vice propius accedere, & S. Hostiam adhuc integram ore maledictione mere. His factis, iterum locutus Pelagius, fimo jussit damnati corporis exuvias recondi. Sic quem omnes pro sancto Cœlitate colunt, sulphureâ mersus est abyfso, fidei defectu, quia credere noluit, licet esset oraculis, tot exemplis & monitis ad credendum extimulatus, cessariò ad salutem requiri confessionem, eamque integram & omnibus perfectam. Fuerunt hæc etiam hoc in puncto patres creduli Thomæ, contra fidem catholicam persuasi, scelus elui potest ne plenaria exhomologesi. Fuerunt, qui se stygio pudore vinci patere tur, ut mutilam redderent confessionem, & palmare scelus silentio gerent, credant vel hodiè, cœlitus inculcari quod Thomam monuit vator, *noli esse incredulus sed fidelis*. Noli tot S. Spiritus Oracula contempnere, noli tot Superùm monita exfuffle, noli fidem abjicere, quæ auricularem feraris confessionem. Cum Pelagio hæcenus peccatum damnò illius respisce, & fidem tot argumentis firmatam in tumulum usque propugna, certus, hoc medio te ad perennem vitam è tumulo resurrecturum.

Amen.



CONCIO V.

Festum Nativitatis D. N. J. C.

Non erat ei locus in diverforio. Luc. 2.

Crassi Bethleemitæ.

**U**p os in lupos grassari, in summi prodigii parte locatus AA. sicut enim communis fert paromia, grandis hiems saviat necesse est, si lupinam ingluviem lupi lupis exfaturent. A Seculo auditum non est, lupos tanta rabie agitari, ut sibi similes feras irruant & trucident lupi; juvant potius se mutuo, & opem ferunt, fatò urgentur quocumque. Quid si verò hac ipsa die nostris se obtutibus majus monstrum objiciat, quod si lupino furori opponas, fatendum fuerit, hunc nonnisi brutorum esse crepundia, monstrosis unguibus collata. Hodie hodie si unquam aliàs ad oculum patuit, homini hominem lupum esse, hodie per Bethlæos viços spectare licuit inambulantiem innocentiam, sed lectis omnibus rejectam, cunctis laribus proscripam, urbis populosa mœnibus exclusam pecoris præsèpia implorasse, stabuli fatentis rudera subintrasse. Quæ, prò Deum hominumque fidem major barbaries excogitetur? quæ inhumanior cruditas fingatur? hic hic si uspiam rabientium luporum datur patria, unde mites agni exturbantur, & innocuæ oves proscribuntur. Tota nempe Bethleem in lupos creditur abiisse; quotquot civis intra muros recensèas, tot pariter lupos videas grassari; os certè atque efferi dentes, habitus, vultus & unguis lupis cognata, à lupina ingluvie & cruditate nec hilum abludunt. Neurius Scythiæ Europæ homines fuisse omnem supra cruditatem immanes, Author est (1) Herodotus; hi sicut æstivo tempore in lupos migrabant, ut silvas colerent, & per armenta diu noctuque agerent prædas; ita cœlo hibernante ad pristinam humanitatis formam redibant; Ab hac Scythica gente ac barbara progenie si Bethlæos hodie exempla prædicem cepisse, nihil sanè peccavero. Neurii per æstatem lupos induebant, Bethlæi per hiemem omnem exuunt humanitatem; errabant illi per dumosos saltus, per silvarum ferarumque iustra; hi à populi frequentia ipsam vitæ Sancti-

A. Bethlemitæ in lupos degenerant.

(1) Herod. l. 4.

moniam profligant; illi pecorum greges infestabant, homines cum  
 lapsos efferi Bethleemita; illi horrida ex ingluvie humanis carnibus  
 sciebantur, hi pauperum inopia & miserorum fame pascuntur. Quis  
 ad tam truculentam crudelitatem ita flecti ferreus est, ut teneat se, qui  
 minùs in homunciones ita barbaros totam oris & stomachi vomaciam  
 exoneret? quis vestrum de me inclementius sentiat aut loquatur. Quis  
 hanc immanitatem modicò salis perfricuro? utinam omnes Theophrasti  
 Satyræ os & linguam influerent! utinam toto in pectore Vesuvius  
 raret! ita sanè spe fretus viverem, hanc à me Scythiam plecti pro me  
 posse, quod dum totis modò viribus ad gloriam recens nati Nummi  
 attento, una æquos & patientes auditorum animos fidenter expecta-  
 rem.

Ut plus quàm lupina Bethleemitarum barbaries clarescat, totam  
 rei feriem obiter libemus, & explanemus. *Jam nigro rutilans  
 surgebat ab ortu*, urbem subibant advenæ Josephus & Virgo, præcipua  
 Sponsa, *Authorem paritura suum, paritura parentem*. Coelum pro  
 more horridum, pluviis tempestuosum, ita novos hospites excipit,  
 ut propè ambos conficeret Viatores; inde laudior gressus & mor-  
 bundi pedes, dejecta membra, & defluentes artus, anima deficiens  
 ægrè anhelans spiritus, vultus cadens & sparsus per ora pallor, totum  
 que pœnè corpus ex diutina lassitudine diffractum. Sitis fauces, &  
 mes viscera, membra lutò ac cœnò propedita largus calor urebat; &  
 à sudore maderant, foris à deciduo imbri. Nocte magnis pœnibus  
 appropere, animus curis anxius premebatur, quia necdum locum  
 captabant, ubi concubia nocte fessum caput reclinarent. Virgo  
 partui vicinam puerperium urgebat, & in oculis erat mutua am-  
 rum miseria. Spei parum allucebat, opis nihil. Errabat quidem  
 urbem, Luca teste, Josephus hospitii incertus, gravida Virgine  
 sum comitante, neq; tamen vel angulum intra urbis moenia nactu  
 quò una nocte tegerentur. Appellabant hos, precabantur illos, &  
 versis casto molimine supplicabant. Omnis humanitas totam per-  
 bem eviguit, omnis charitas hispido inter cives refrixit. Accellit  
 sephus ceteris omnibus mitiorem patronum sibi sanguine junctum.  
 misso vultu, leni alloquio de hospitii usu præsentem obtestatus.  
 diamus ipsum Josephum amici fores pulsantem, & voce tremula  
 gulum paritura Virgini sollicitantem: Vides amicorum optime in  
 articulo nos casus & frigida noctis intempesta caligo deprehendit  
 nisi tu vadum portumque aperueris, jacta est alea, tabulam non  
 niamus. Age proin tuisque ædibus admitte tuos, Abrahæ in hospitio

ardens studium æmulare, quos non tantum benevolè, invitavit, sed & blandissima violentia sua sub tecta pertraxit. Ne quæso tuis à foribus tuos ex asse amicos repelle, qui te germanum Jesseæ stirpis nepotem veneramus. Si alienæ sortis, si peregrinæ plebis homines essemus, certi confidimus, nos à te neutiquam repudiandos; nunc verò tantò largiores animos de te nobis fidenter adpromittimus, quanto arctius nos tibi natura mater adstrinxit; tibi adeò peramicè supplicamus ne patiaris ab aliena gratia expectare, quòd à te flagrantibus votis exoramus. Non est, Cognatorum amantissime, quòd tibi graves credas exilituros, si nobis modicum domitux angulum, si ultimum nobis conclave recluseris, in maximi beneficii parte ponemus, si à te non simus exclusi quare te iterum iterumque infimis precibus exoremus, unam noctem nobis tuo sub tecto indulgeas, nec vasto itinere fractos affines à tua benevolentia repellas; erit hoc perenne nobis votum, ut nunquam ope indigeas aliena, sed domi perpetim opibus affluas & fortunis, unde pluribus aliis succurras &c. Quid boni sperant ex tam mellea oratione, Auditores? nunquid placidos vultus suada pariat Josephina? nunquid serenam frontem ad preces tam amicas exporrigat affinis? nunquid ad verba tam civilia & submissa, salvos esse jubeat peregrinos Bethlaus? nunquid tectis ocuis succedere jubeat lassitudine exhaustos? nihil horum, Auditores: nullus miserationi locus fuit, nullus humanitati; meras cautes, meros scopulos precibus & votis pulsabant peregrinis; totus Caucasus præcordia obstruxit; tota Taurica frontem obsedit; quid verò sit Barbaro ab ore ractatum, ipsi audite: quid? egone amicus vester & cognatus? procul hæc fucorum ludibria! hinc faceffite obsoleta mendicabula, pigri ventres, & laborem exosi paniperdæ! dum egetis, amicitiam fingitis, ut larga hinc munera captetis; his abundè dotati, terga vertitis & Mæcanates vestros proscinditis. Nil protervius vidi muribus istis, qui alienum rodant panem. Dum ope opus est aliena, striatis nos blanditiis affatim invadunt, adulantur, lenocinantur, & nobis grandes mathusalæos stentoreis vocibus apprecantur; omnia in vicem obsequia creparit, votisque nos obruunt millenis, at verò operam eorum cum desideres, & mutuos exigas labores, nihil illis fugacius, nihil illis inhumanus. Apagite nefasti lemures! hinc faceffite mortalium fæces! hinc meis ab ostiis vos ocuis auferte, invisâ capita, vel agam ego in puncto ut hospitem vobis publicitè assignetur! his vocum rhamnis, his scommatum paliuris Josephum, Dei que bajulam Virginem ædibus & urbe tota truculentus Geta profligavit. Quam repulsam ab hoc amicorum

ripal-



ripaldo passi sunt peregrini, eam quoq; reliquis à civibus referabant, quorum fores sollicitabant, nempe, quocunq; locorum fractos pedes exponerent, truculenti Thraeces, barbari Sarmatae, & inexorabiles Tartari occurrerant, quibus vota precesq; gorgonea erant aconita; quibus omnis modestia & humilitas invisum erat spinetum, quibus omnis virtus merum erat absynthium. Plures licet civium centurias sinu suo urbs concluderet, nullus tamen fuit, quem mitior genius ad locum aliquem miseris indulgendum moveret; omnes ac singuli urbis hujus inquilini immiseritudo des erant Nauplii, qui in scopulos & abominandas syrtes agerent maelos. Erant omnes Atridae duro de marmore nati Petrones qui circumpræcordia meros filices aut rigidos chalybes gestabant. At verò hinc cine Jessæ posteritas? Abrahæ posthumi? Soboles Davidica? hinc belios dixeris non Abrahæ sed Belial, non Bethlæam gentem sed spiritalibus byloniæ vitulamina, non Davidis sed Diomedis germina, non litatas sed Gabaonitas, viperarum non hominum genimina. Dicite, peris & bestiis deteriores Bethlemite, ubi lex Mosaica tot prodigiis incaluit?

(e) Exod. 22. *Advenam non contristabis, & nec affliges eum; advena enim est tibi sicut is in terra Ægypti.* Accepistis adeo peregrini beneficia? vicem reddite peregrinis, ne vos tetra ingratitude comprehendat. Si cuivis alienigenæ, seu Geta fuerit seu Persa, seu Parthus fuerit, seu Idumæus, caritas ex lege debetur, quanto amplioribus obsequiis fovendi erant populares, cives & contribules, noti ac necessarii, propinqui & affines. Et verò quò meritò, quâ noxâ insontes tota urbe profligantur? si vel modica charitatis scintilla suppeteret, tectum negari non debet supplicibus peregrinis. Canis laurator nullis foribus arcetur, & per amicum in fatentem haram detrudatur? homines tam inhumanos in hominum censu collocet? indignum genus, cui vel eminus accessu luceat! *Virtus in hoste probatur*; neque ulla gens, ulla natio in cœlo est tam barbara, quæ non ipsam Sanctitatem veneretur? quæ non virtutem labis puram colat & exosculetur? Soli Bethlemite sunt, qui Sanctimoniam fastidiunt, qui oculis arcent virtutem, eam laribus excludunt, eam tota urbe profligant, Bœotis crassiores, Mytis crudeliores, brutis brutiores. In tauris certè tantam ferociam non vides videre, fronte licet tœrvi, oculis minaces, cornibus metuendi, spumantem fremant, mugiant, haubentur, & pedibus spargant arenas; utrimque lauro alligantur, defervescit rabies, mitescit furor, omnis iræ impetu vanescit; sed taurica Bethlemitarum ferocia nullis verbis mollitur, nullis precibus flectitur. Loqueris placidè? irritatur. Rogas impensè? incenditur, inflammatur. Placare satagis turbulentum? igni oleum

B.  
Exprobratur hæc rabies lupinaretis.

(e) Exod. 22.

funditur, frons lata exasperatur. Quid his facias Nabalitis, quernus stiptibus? digni profecto sunt, quos cœlum odiô proscindat Vatinianô, quos è gremio suo totus hic spectabilis mundus projiciat, orbis vomicas, terrarum carcinomata, hominum propudia! ite! ite! facessite ex hominum cœtu, caucefæ pecudes! ite, ac nulla vos unquam quies refocillet! nullus unquam vos paries propugnet! nulla unquam vos lætitia berenet! nulla unquam vobis mollior aura aspiret! nullum unquam sidus ex alto suam vobis lucem dispenfet! digni tenebris, digni cimæctis noctibus, omnium odio & execratione digni Bethlemitæ!

Hactenus AA. iusta crisis barbaros Verpas exagitavit. Sed quid si nunc verso temone in Christianos, pari barbarie infectos, in nostræ fidei domesticos æquisima crisis devolvatur? Revertat hodie cum Virgine Deo foeta Josephus, & ostia pulset nostræ, putatne fidem inveniat aut locum? *Carpimus antiquos, & nostris utimur annis.* Bethlæos Scythas ejuramus, & Deum ostia nostra pulfantem hanc in horam rejicimus. Ego, inquit (3) ille, *sto ad ostium & pulso.* At quotus aperit (3) Apoc. 3. pulfanti? Virgo Mater fora, compita obambulat, & diversorium quærit; hic tamen iterum iterumque verificari audias, quod præsens Evangelion commemorat: *Non erat ei locus in diversorio.* Quidquid ergo de crassis hactenus Bethlemitis produximus, rectius detorqueas in prævi nominis Christianos. *Mutato nomine de te fabula narratur,* imò historia, qui Deum ac Deiparam hunc in diem tuo ex domicilio proscrisbis. Dari tales Christianos nunc, realiter simul & moraliter faciam testarum ex literis Atlanti (4) Mar. insertis. Fuit talis Bethlemita Albertus Wisecrot Parochus Lerayscensis in Polonia, graviter à justo Deo fulminatus, quod à diversorio creatam Triadem repelleret, Deum, Deiparam & Josephum. De ipso fusè scripsit Urbanus Ubaldici Soc. Jesu Polonus, cujus literas in synopsis contraho. Lerayscum oppidum est Poloniae quinque leucis Jaroslavia distinctum; est autem Jaroslavia 20. leucis Cracoviâ Poloniae Metropoli distita urbs, totius Russiae propugnaculum; illo in oppido civis vixit, cui nomen Thomas Michaëlis; vir pietatis: hic quoties in sylvas abiit lignatum; nec manum antè securi suæ, nec securim arbori applicuit, quam fuis precibus labores suos Deo ac Deiparæ initiaret. Hunc pientissimum morem mechanici opifices si captarent, omnia sanè manuum opera deaurarent, lucro immani ex adiphoris laboribus collecto. Cessit optimè laboris per preces facta initiatio Thomæ. Anno 1590. cum in sylva globos adhuc precatorios more suo evolveret, lucem primò insolitam, tum aliquot distincta luminaria

F

minaria

(4) Act. Mar. n. 49. C. Bethlemitica erudititas adhuc hodie grafatur. Probatur memoria-bili exemplò.

Hist.

minaria eminus conspexit. Accessit locum venerabundus Thomas, ecce, grandi lumine circumfusam cum Josepho stantem Deiparam conspexit, quæ ocius præsentem Thomam affata palàm dixit, se hunc locum præ aliis elegisse, ubi certum esse vellet refugium peccatorum; sit unà hunc Thomam ad urbis magistratum, & per eum hic locum concilium extrui petiit. Multa Thomam præpediebant, quò minus impetret Mariana; novit proceres, hominum ad urnam sedentium numerum novit & naturam, qui cum aliquoties sacra & divina ludibant, hæc inter etiam apparitiones tanquam fabulas existant. Alio die altero die ad solitos labores anxius civis, & cum eodem in loco visa & imperia oculis simul & auribus hausisset, de Superum voluntate ac nutu nullatenus dubitavit, optasset tamen ut alteri cunque hæc Sparta urbis proceres adeundi committeretur, minus ignarus, quæ injuriarum exantlanda essent portenta omnibus illis hujusmodi nova urbis primoribus proponerent; ut ut enim Virginitatis Marianum favorem adpromitterent; cum tamen inde plus lucrum damanthis resultet, eam facillè in sententiam concessit, ex hac re ne se modicam gratiam reportaturum. Nempe! hic quoque, passim grassante pestilentia prima urbis capita laborabant, quam paucis dixit Poëta:

*Jura dabant populis quarum præcordia cepit  
Auri dira fames, & opum furiosa cupido.*

Hac impetigine accensi causas ex causis lucri gratia protelabant, identidem si non verbò, saltem factò ex gentili Horatio civibus clamantes:

*O cives, cives, querenda pecunia primum est,  
Virtus post nummos, pietas post æris æcervos,  
Religionis amor post fulvi ponderis bamos;*

Hos nisi Curialibus sanguisugis objicias, cancrina erit piscatio cæcæ avi: Erat quidem civis sed pauperculus, operâ & manuali laborum solitus corrogare, cui similes alios magnò numero suburbicani præhendit, operarios, foeni ac ligni sectores, tabellarios, corbularum varii generis circumcelliones; horruit adeò nudus apparere in ætatu Magnatum, iisque nova sine novo lucro denuntiare; ita re vel potius in dies protelata locum eundem tertio adiit lignator, suo cum Josepho etiam tertio Deipara excepit, rogans obsecrans

filio suo domicilium extrui maret. Prædixit quidem, eum hoc ex capite multa passurum, donec assensum extorqueat, præfenti signatè vaticinata, ipsum arctè vinculis constringendum, tetro carcere & inedia mulctandum; at sciat unà, se à Deo ac Deipara fortiter adjuvandum & beandum; simul totam Templi erigendi molem chartæ inscriptam exhibuit, & PP. Franciscanos novi templi custodes delegit, larga ope incolis, accolis & unde unde venturis peregrinis adpromissâ, si modò creatâ Triadi, JESU, Mariæ ac Josepho collatis in unum sumptibus domicilium erigant Leraycenses. Hæc tertia vice sibi urbis fores referari, & parari domicilium cum Virgine Matre obsecrat Josephus; jam tertium ostia pulsât, nec auditur. Hausit ex hoc tertio Virginis Matris affatu eas vires timidus Thomas, ut procul acto metu & respectu, pœnâ & supplicio, rectâ Curiam adiret, & civico Magistratui totam rei seriem exponeret. Sedebat tunc temporis ad pulpitem urbis Consul Georgius Strickhövius, Vir octogenariò major, ex paucis æqui justique amans, & cultus Mariani reliquis omnibus fervidior zelotes; hic unus fidem habuit relatæ apparitioni, & mox Civi operario adpromisit, se in vestigio Virginis, Christi crucifixi effigiem locaturum, donec novæ Basilicæ primus lapis poneretur; cùm autem reliqui omnes Thomæ dicta rudibus fabulis accenserent & riderent, ultra nil conclusum est. Interim cùm ad tot pulsus & monita suo cum Parocho Primoris dormirent, & ne quidem foras ex urbe prodirent, ut locum coràm inspicerent; en bruta ipsa & sylvestres feræ locum coluere, pro domicilio electum Mariano; illa cùm transirent, adorantium ritu in genua prolapsæ stupentibus accolis & vicinæ urbis crudelitatem execrantibus peregrinis. Fidem ac pietatem auxerunt lumina illo in loco numerosè visa, & campanæ aliquoties auditæ, acti templum suo cum campanili omnibus numeris esset absolutum, dictoque in loco Pietas floreret Mariana. Ita populus magnò numero accitus, Deum, Deiparam & Josephum oblati numerosè votis salutabant, in id unum solliciti, ut per ipsos etiam aliquod caperet incrementum pietas Mariana. Prævidit Orco, quanta cum clade sua hic loci Basilica extrueretur; plures prædas hic loci Orco subtrahendas præfensit Acheron, quia se hoc in loco propitiam fore, certumque peccatoribus refugium Virgo mater civi adpromisit; hinc omnem lapidem movit, ut confitium toti Orco damnosum everteret, conculcasset. Usus est hæcenus urbis Primoribus Phlegeton, quorum singulos (unum si consulem recens memoratum excipias) suam in nassam traxit cacodæmon, ut se totis viribus novæ opponerent structuræ; cùm verò res sacra fori esset

ecclesiastici, & per laicos solidè repelli non posset, Parochum Leprosensem, lucris & lufibus impensè addictum Curionem usque adeo imitavit, ut totis viribus civi legato & seniculo Consuli obniteretur. Ibi redibant peregrini tota panè ex Russia ad locum apparitione celeberrimè ringente præ ira, fremente præ invidia Alberto Vilecrot; id nomen erat rudi ac cœlestium inani Parocho. Non tulit ultra infligante cubo, tantum populi affluxum sodes hispidus; conscendit bucephalus & peregrinantium ordines intentatis etiam verberibus dispersit. Quod crudius est, peregrinos scipiones, quos fugibundi advenæ abjecerant, ne infestum sacrificulum acrius irritarent, nec non gradibus & fulera loco sacro per claudos prodigiôsè curatos appensa, unum eumulum collegit, & igne concremavit, ipse focus dignior æternitatis Fateor, grandia sunt hæc & enormiter impia, tantò fortius execrandi qui contra Superos tentata sunt per illum, qui ex officio veri pastoris (non mercenarii, qualis erat Curio iste) omnem Dei ac Deiparæ cultum promovere debuit, & totis conatibus ampliare. Grande scandalum edidit summis, infimis, cum tanta barbarie in Dei ac Deiparæ cultum faviret & procul ex vicinia Josephum cum Virginea Coniuge proderet, profligaret.

Nemo ex hoc crudissimo actu de venerabili Sacerdotio peiora profumat. Ab uno & plures prohibitum est argumentari. Sicut unum mundo ver non facit, ita nec unius luridi Curionis pravitas totum mundum condemnat. Probè hic notetur, quod pridem aureus Curio ob id etiam calumniari debet Sacerdotium. Absit! res ipsa calumnia est, sed ille solus convitiis onerari meretur, qui tantò bonò abutitur, ut si proditor si fuit, crimen hoc Apostolica professionis non sinit, sed tantum viri improba mens. Sic Medici benè multi carnifices sunt, cum medelis venena propinant, neq; tamen artem medicam vituperant, sed duntaxat, qui arte sua malè abutitur; Sicut nautæ complures navigantibus, (vinò maxime adultò temulenti) neq; tamen ars navigandi pervertitur, (vinò maxime adultò temulenti) neq; tamen ars navigandi pervertitur. Similia idem Pater (6) in Genesibus rat, ubi labem infidelibus & hæreticis propriam condemnat, qualem unius Christiani (dicamus hodie ex unius discoli Parochi) qualis culpa & scandalosa pravitate, totum christianum Nomen, totum venerabilem Clerum turpi infamia conspurcant; fuerit ergò hic Curio loci reprobus & scandalis hirsutus animarum Curio, non ideo pravitas pluribus aliis affricetur; non ideo tot probi, tot

(5) S Chry-  
sost. de virt.  
& vit.

(6) Idem  
in Gen.  
hom. 7.

ac zelosissimi Curiones ob unicum reprobum rejici debent vel contemni. Non stetit memoratas inter impietates Albertus: plus ultra progressus, etiam urbis primores Consules, Praetores, suos ad mentem germanos & chartaceos fratres in erroris sui pertinacia ita obfirmavit, ut unus illorum, cui nomen erat Caspar Gotuekhovius, homo vaser, durus & asper, ira & rancore per Parochum succensus, clavam ferrò armatam, in caput Thomæ civis Mariani jam altum sublata manu expediret; at verò cum ocius brachium rigesceret, & sanari antè non posset, quàm votum emitteret largam stipem pauperi Thomæ largiendi, novam hinc ansam hausit Curio profcindendi Thomam. Debebant hæc prodigia æris avidum lucrionem movere, ut pulsanti Deo & acres poenas intentanti omnia ædium, omnia urbis ac viciniae ostia referaret; timere debuit vindicem Dei ultoris manum, si ulterius cum enormi contumacia decumanum errorem tueretur. At nil horum in mentem præcipitio proximam & abyssò. Non satis erat Ripaldo Thomam innocuum civem, Virginis legatum ob propalatum veritatem injus traxisse, eumque de impostura compellasse, nunc ob brachium divina ex vindicta rigefactum, etiam magiæ Thomam redarguit, tantumque apud reprobos iudices Parochi combibones evicit, ut jam antè tanquam impostor vinculis constrictus, nunc etiam subterraneo carcere tanquam triveneficus concluderetur. Prò cæcas mentes! itane semper facta ultima, cædes, fulmina sceleratus homuncio exspectet? sicine pravitatis humana nullum finem faciat, nullum terminum figat peccatis, donec ultrice pœna multiplex scelus ex alto Numen profcindat? Hæc dum irarum & minarum spirans Curio in Dei ac Deiparæ servum Thomam molitur, ecce Clienti suo placido vultu adstat Virgo, totum simul carcerem illustrat, solvit vincula, sanat vulnera Virgo Deipara; at simul eadem nocte crudus Curio vitæ periodum abruptit, & funus fit repentinum, nocte media, ut fama fert, à tumultuosis Orci satrapis oppugnatus & trucidatus. Cadaver in lecto relictum, & animâ suâ vacuum, tetro nigrius carbone, obversis faucibus, & capite horridum in morem depilato, satis innuit, hospites orcinos Deo ultore nocte illa cubiculum irruisse, qui gulam frangerent perfido Curioni, Superis rebelli Parocho, lusibus & poculis impensè addicto, probris & scandalis hirsuto Sacerdoti. Terruit hæc mors omnes illos, qui hætenus passi sunt per hunc Parochum se turpiter implanari & irritari; mox itaque malò sapere docti alienò palinodiam cantabant, & primis honoribus decorabant Thomam, etiam Curia adscriptum. Ita tandem se

motis omnibus remoris ex pia offerentium liberalitate magnificentum. Domicilium surrexit Dei, Deipara ac Josephi gloria dicatur, quod hanc in horam magno cum populi accursu PP. Franciscani tuentur. An Urbaldi Annō 1592. lapsi seculi novae Basilicæ creatæ Triadis seu IESV Maria ac Josephi imaginem solenni pompa illatam esse, ocuis binis miraculis prodigiosam, quorum primum erat oculorum restitutio pro lecerdoti facta postquam strophium tactu imaginis sacrum oculis admovit. Alterum erat cum muta puella sub sacrificio Missæ loqui coepit, has in voces palam effusa: *Ave Maria!* Necdum hodie definitis loci, Deus ac Deipara clientes suos exaudire, modò non desistant orare. Patet hinc, quanto cum damno & fati præsentis periculo nostris à nobis Deus ac Deipara suo cum Josepho repellatur. Dicit nonnulli pauci sunt, quos tanta pravitas infestat, ut Deo pulsanti omnia vestigia ostia occludant, & à tectis supplices advenas repellant; ego certe Deo pulsanti aedes ac fortunas meas promptè referarem. Crederem hæc ferta, nisi contrarium experientia firmaret quotidiana.

D.  
Notæ in  
Bechlemi-  
rarum se-  
quaces Ri-  
paldos.

Crudus erat Parochus iste, precibus divinis tam fortiter obstritus ausus. Pœnam sceleris dedit utinam non æternam! æquè tamen causa sunt & crassi, qui hōc etiam avō pulsanti Deo dant repulsam. Nonnulli quor hic loci de illis, qui Deipara locum solitarium & ruralem pulsanti invident domicilium instigante mammonâ, opere tumultuario etiam etiam Vulcano immolant, ipsi potius flammis suffocandi ardentes. Nimis aperta hæc invidia est, nimis horrida hæc avaritia est, nimis palpabilis & execrabilis hæc protervia est, quam scimus pluries omnium illorum repentinò & immaturò fatò mactatam esse, quotquot Deo Deipara debitos honores lucri unius gratiâ mutilârunt, gloriam Superbi depeculati, unde lumen gloriae in vivis & post fata reis extinguere.

Non loquor hic loci de illis proximo sanguine junctis, spe æternæ hereditatis captandæ lactatis, qui, ut factum memini, etiam Medici largi stipe subornant, ut morbum extenuent, & certam salutem expectanti promittant, cum in finem, ut nullus Sacerdos subeat penates, restitutionem Mammonæ aut pia urgeat legata, unde pinguis butirus normiter mutiletur, Deoque eucharistico ad agrum ritè prius exportum deportanda fores omnes occludantur. Hæc hæc decumana impietas est; hæc veri nominis inimicitia est, moribundum Stygi deo vere, ut arca & bursas iniquitatis Mammonâ expleas, & ex bonis tuis dies vivas adipales, altero interim cum Hecate apud inferos cante & ejulante.

Non loquor hic loci de sordidis illis ædium patronis, turpibus œconomis, & Sacrorum injuriis euectionibus, qui suos vernas, famulos, ancillas festo die ægerimè ad sacrum audiendum dimittant, iisque raro admodum tempus indulgent, quò & ipsi animos valeant Sacramentaliter expiare & mensam Eucharisticam adire. Ita sanè sibi aliisque viam obstruunt, quâ famulantium pectora Deus ac Deipara recto tramite subintrassent. Ita propriis laribus omnem fortunam proscribunt, quam affatim Deo reconciliati vernæ secum è templo ædibus intulissent. Hæc iterum nimis crassa, & heris summè damnosa est iniquitas Dom. 3. post Epiph. cribrata.

Illos illos ego his loci monitos velim, qui toties Deum audiunt præcordia pulsantem & clamantem: *aperi soror!* & in imo pectore Deo tuo Deiparæ ac Josepho angulum indulge; pulsùm tamen hunc centies iteratum, centies elidunt, centies explodunt. Orbem nostrum hanc in horam creata hæc Trinitas, Deus, Deipara & Josephus obambulant: petunt laribus nostris recipi & imis præcordiorum fibris concludi: *fili præbe mihi cor tuum*, (7) Deus intonat, & *habitabo in eo. Ego sto ad ostium* (7) Prov. 23. (8) & *pulso*. Quale ostium Deus pulsat? cordis ostium, pectoris ostium. Sed quotus audit pulsantem? quotus Hospitem divinum meditullio cordis excipit & adorat? fores alterius ut plurimum tribus solemus digitis pulsare, secundò, tertio & quarto. *Digitus secundus Index* dicitur; hoc indice signamus abdita, & discolis minas intentamus. Hæc Digitò nostra pulsat præcordia clemens Deus, quoties nobis ob oculos ponit nostra flagitia necdum expiata, & in memoriam revocat densas pravitates nullis unquam Ecclesiæ clavibus subiectas. Hæc Digitò pœnas sceleratis millies intentat, nisi maturè fructus pœnitentiæ apprehendant. *Væ vobis* (9) *qui saturati estis*, in crapula & ebrietate, (9) Luc. 6. in cubilibus & impudicitis dies & annos extrahitis impœnitentes! *Væ vobis* (10) *divitibus*, qui per fas & nefas mammonam corraditis, & nulli ultra restituitis ablata! Ne simus ad hos pulsus furdi, ne à præcordiis nostris repellamus Deum, indice digito pectora pulsantem, ut hîc per gratiam nostra inter præcordia possit habitare, ibi verò totum hominem valeat per gratiam simul & per gloriâ beatificare.

Tertius digitus *Medius* est & omnium longissimus, hoc pulsat quoties per infinitam, quâ pollet, Clementiam omnes reos ad gratiam & gloriâ suam per vivacem pœnitentiam invitat. Scripsit hæc digitò Legem Gratix non in tabulis lapideis sed in carneis. *Digitus est omnium longissimus*, quia teste Regio Psalte (11) *miserationes ejus super omnia* (11) Ps. 44. *opera*

(7) Prov.

23.

(8) Apoc.

3.

E.

Tribus di-

gitis præ-

cordia pul-

sat Deus,

(9) Luc. 6.

(10) Luc.

1. c.

(11) Ps. 44.

opera



- (12) Psal. 103. *opera ejus; est enim, ut idem canit (12) Propheta, longanimitas & misericors Deus, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te misericordia & miserationibus &c.* Cujus exempla magnò numero representat Tuba Clementina. Hòc digitò scripsit JESVS in terra adultèri illius (13) absolutionem & unà illius flagitia extinxit, quòd unice à Deo David (14) expetiit: & secundum multitudinem miserationum tuarum delinquentiam meam. Ut primùm digitus iste præcordiorum ostia foris attingat, ociùs totum pectus Deo pateat, Numine simul ac lumine splendendum, neque ullus sit tam crudus & asper, qui pati nolit, ut in ostia pulsanti properè referentur.

Quartus digitus dicitur *Medicus*, quia hoc ut plurimùm per Pharmaco-  
pæos medicinæ miscetur, & salus temporaria promovetur. Pelluntur  
ut ajunt Medicastrum, virtute sanativa; hinc omnibus illis qui dentibus  
dolent, suadetur, ut primò manè singulis diebus os ac dentes hoc digito  
sæpius refricent & expurgent. Pulsat hòc digitò animos mortales  
quoties per pharmaca pristinam sanitatem procurat. Hòc digitò  
miscet pharmaca Numen medicum; ea sicut varii sunt generis in corpore,  
ita variæ sunt virtutis in anima. Inclyta sunt pharmaca in  
saluti nostræ decreta Ecclesiæ Sacramenta, ipsa etiam miracula, & exempla  
aliorum exempla, concio Evangelica, quin ipsæ etiam calamitates & pestis  
contagia morbi. Sic de ultimo saltem, in terminis Greg. 15.

- (15) S. Gregor. hom. 12. in Ev. ang. (15) *pulsat Dominus, cùm jam per ægritudinis molestias mortem videri esse designat, cui confisim aperimus, si hunc cum amore suscipimus.* Peccat adeò Deus medicò digitò fores nostras, quoties nobis exhibet mirabilis prodigiosam virtutem, bonum alterius exemplum, fervidam compersionem, inspirationes varias, & pia hortamenta, imò etiam varii generis ærumnas & graves morbos, quibus omnibus veluti pharmacis, digitò pulsantis Dei compositis, ad benè vivendum hominem exstimulat.

- (16) Jac. in rem canit (16) Poëta:  
Billius in Antol.

*Quis bona commemoret, pariat quæ commoda morbus?  
Pharmaca firmandæ mille salutis habet.  
Fastus abit, cadit ambitio, fugit ardor habendi.  
Cum ludis fugiunt turpia verba procul.  
Angitur ob noxas mens irrequieta priores,  
Nec liber sceleri cursus, ut antè, datur.  
Omnia dic verbò: Sic sano corpore vive;  
Vixurum ut spondes, cùm malè corpus habet.*

En quid pulsus iste divinus per morbos operetur. Nemo proin Deum hodie quocunque modo animi nostri fores cum Deipara & Josepho pulsantem suis ab ostiis repellat. Obvenient nobis omnia bona pariter cum Hospitibus istis nostros intra lares receptis. Totam domum salus beabit, à tam sanctis capitibus profecta. Curramus potius in occursum Hospitum illorum, hoc maximè facerrimo tempore, quò per gratiam etiamnum imas inter pectoris fibras erigi domicilium exambiant. Quibus rebus esse debeat instructum hoc pectoris nostri diversorium, ut possit ab hac creata Triade habitari, in Tub. diximus Anal. p. i. Dom. 4. Advent. ubi unà modum ostendimus, quò his Hospitibus dignum exstrui possit habitaculum. Ea nobis curæ si fuerint, spondeo, adhuc hodie pròni prompti ad nostros præcordiorum penates contendent, & pulsu sanctissimo se nobis reddent manifestos, intraturi ocius penetralia, ut primùm fuerint Deo reserata. Nostri proin munus erit & princeps officium, ita totum pectus divinis hisce Hospitibus transcribere, ut nunquam ultra nostris è laribus pedem efferant, donec anima corpore suo soluta, nubes transvolet, & sedes penetret æthereas, Regna beata poli. Amen.



## CONCIO VI.

## FESTVM S. STEPHANI,

Proto-Mart.

*Ecce domus vestra relinquetur vobis deserta.*

Matth. 23.

## Numinis desertores.

**N**ihil tam charum, tam rarum est hodie quàm fidelis amicus in adversis AA. Hic sicut difficilis est inventu, ita oppidò pretiosus est, si inventus est in quem tutò possit dolor & anxietas, afflictio & calamitas exonerari. Sed ubi locorum tam fidelis invenietur? hanc quæstionem quasi insolubilem pridem posuit Petrarca:

*Verus amicitie cultor pretiosior auro est,  
Et gemmis; sed cum dic ubi reperias?*

G

Hunc

A.  
Charus &  
rarus est a-  
micus et-  
iam in ad-  
versis.

(1) Barcl.  
in Satyr.(2) Ovid.  
trist.

Hunc si Diogenes clarum sub meridiem fumante laterna inquirat, mendum fuerit, ne oleum & operam perdat; plura nempe, ut Boetius (1) argutatur, ad amicitiae Aram donaria pendent aurea vana nuncupantium quam exsolventium. Solo turbine & tragico calu-lydio lapide amicitia (2) probatur, ut Ovid. canit:

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,  
Tempore sic duro est inspicienda fides.*

(3) Lips.  
p. 43.

Juxta Lipsium (3) illa una veri nominis Amicitia est, quae nunquam definit. Verus amicus nullò ævo, nulla tempestate amatum dereliquit; Verus amicus cum Paulino (4) canet fidenter:

*Non dirimar, toto licet abstrahar orbe vel ævo,  
Non animò divisus agam, prius ipsa recedet  
Corpore vita meo, quam fratris pectore vultus  
Si videam patriam damnatum excedere terram  
Per freta, per scopulos, per inhospita rura Canopæ  
Exulis ibo comes cineres interque favillas  
Stabo & durabo vivax tibi semper Amicus.*

Hæc hæc amicitia solidam lætitiâ parit & solamen in quibuscunque versis, nactum esse amicum, qui miseris fractum erigat, roborat, firmet ut ne malis cedat, sed contra audentior eat. Nota est passim recepta: Amicus in fato, amicus in articulo, amicus a tempore pontem sternunt Rhodano, quod non tantum Rhodanus superet Acrocerania ponti. At verò redit antiqua quaestio:

*Dic, quibus in terris, Seris tibi magnus Apollo,  
Tum pius & constans, tam firmus prostat amicus?*

(4) Cæsar.  
l. 3. de  
Bel. Gal.

Ait quidem Cæsar (4) olim genus aliquod Amicorum extitisse, quos *durios* appellabant, hos inter ea conditione foedus Amicitiae con-ut cum illis, quorum amicitia se consecrabant, omnibus in vita modis simul & incommodis fruerentur. Si quid illis per vim accidisset vel eundem casum unâ ferebant omnes, vel alterò extincto sibi manus consciscabant. Addit Cæsar, ab hominum memoria repertum nomen qui eò, cujus se amicitiae devovisset, morte sublatò, mori ren-Asi ubi nunc tales Soldurii? Hoc opus, hic labor est. Ubi sunt Am-nes & Sinejae, quorum etiam ipse Tyrannus Dionisius se tertium op- bat amicum, cum alter pro altero mortem oppetere gestiret. Ubi Pomponii & Volumnii, quibus eadem fides & fidelitas famam pepo-

immortalem? ubi nunc Lucilii & Bruti, quos par amicitia commendat? ubi nunc Pylades & Orestes, de quibus ita Ovid. (5) cecinit:

(5) Ovid.  
de Pont.

*Ire jubet Pyladem charum periturus Orestem,  
Hic negat, inque vicem pugnat uterq; mori,  
Exitit hoc unum, quod non convenerit illis,  
Cetera pars concors & sine lite fuit.*

Jurisperorum axioma est, Amicitiam morte dissolvi. At dixerim ego, hoc ipso ex capite Amicitiam dici haud posse, qui morte diffi-  
patur. Veri nominis amicitia in ipsam quoque se mortem extendit, imò ultra mortem excurrit; hinc actum esse credo de tali amico nos inter terrarum accolae investigando. Exeat orbe, qui talem amicum querit, caelos ipsos penetret, ut reperiat numeris omnibus absolutum, à quo nec in morte deseratur, modò non ipse foedus amicitiae turpibus ausis disrumpat, suumque deserat Amicum. Talis est, ut verbò dicam omnia, Deus ipse Dominus noster & Salvator; hic hic nullum unquam ipsi per gratiam puro amore unitum hominem deserit, nisi antè per hominem Superis rebellem clemens Deus explodatur. Hanc thesin dum ex officio fusiùs exentero, solitam Auditorum patientiam imploro.

B.  
Veri nominis amicitia extendit se in mortem & ultra.

Consolamini pusillanimes, morbis fracti graves animi luctus compescite; fatis obruti mœstos timores proseribite; arumnis exhausti aures atque animos in spem vitae melioris ex Sacro erigite quotidiano, ubi toties Sacerdos intonat, *Dominus vobiscum*. Dogma est, non tantum S. Patri Augustino (6) receptum, sed passim aliis etiam Patribus usitatum, *Dominus vobiscum*, siquidem vos cum Domino estis; hunc sensum binæ voces pariunt, ut certus sit homo, se à Deo suo neutiquam deserit, si modò ipse Deum suum non deseruit. *A hoc*, verba iterum recito Magni Patris (7) Aug. ut nunquam à se Deus tuus recedat, opus est, ut tu non a Deo tuo recedat. *Noli cadere, & nunquam tibi occidet Sol* Justitiæ, Sol Misericordiæ divinæ. Idem cum Aug. intonat (8) Bernardus: *Fidelis Socius Deus est; non deserit sperantes in se, nisi prior ipse deseratur*. Binis hæc Oraculis etiam Conc. Trid. decretoria verba (9) socientur: *Deus sua gratiâ semel justificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur*. Hoc tam certum est ex scripturis, ut nihil ferè sit, quod pluribus Oraculis caelo lapsis firmetur quàm præfens assertum. In Historia Regum id prædem Azarias propheta populo inculcavit (10) Israëlito: *Si quaesieritis eum, invenietis eum; si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos*. Eadem vox fuit Zachariæ palàm Regi Joas exprobrantis (11) quare Dominum

C.  
Probatur ex Script.

(6) S. August. l. de Nat. & Grat. c. 26.

(7) Idem tr. 2. in Joan.

(8) S. Bern. l. de An.

(9) Conc. Trid. Sess. 6. c. 11.

(10) 2. Paral. 15.

(11) 2. Paral. 24.

(12) Job.  
10.

*dereliquisti? nempe ut derelinquat vos? Idem professus est pluribus locis, Job (12) tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Sententia est: fac omnes pauperculos ab euclionibus deseri, tu certe solus & unicus omnium eris providus parens, tutor & patronus, si modò tuo à latrone latum quidem unguem pauperie pressi recedant. Testatum id videntur tot millia, imò millions Religiosorum, qui relictis omnibus pauperem Christum secuti, ex piorum fidelium elemosynis hanc in hoc vitæ annos in densam canitiem extrahunt. Nec vidi, pergit Jobus, iustum esse à Deo derelictum, aut fame confectum pauperem, qui tamen ex Deo suo per gratiam pependit, nec derelinquet Sanctos, quamvis sancti sunt vel sanctitatis tuendæ studiosi. Verbo: quidquid iustus ciderit, Deum habebit collateralem, qui iusto suppetias ferat in exitu.*

(13) Job.  
36.

*landis quibuscunque ærumnis. Nadasi auctore (14) quoties magis in India angustis aut sudoribus pro Deo fufis Xaverius premebatur, quoties in paterna Xaverii domo toto corpore sudabat Crucifixus, servos illacrimans, & Xaverio Indorum Apostolo in Europa compaffus. Quoties in carceres iustus compingatur? Descendet cum eo in soveam, & vinculis non (15) derelinquet illum, prout in veteri lege ad Josephum discolis fratribus divenditum descendit, eumq; à peccatoribus liberabit donec afferret illi sceptrum adversus eos, qui eum deprimebant, evellet Josephum ad principatum Ægypti. Sic post exhaustas calamitates cula in scepra, compedes in stolam byssinam, catenas in torquentium, carcerem in regale solium clemens Deus convertit Josephum. Idem in nova lege ante alios expertus est Martyr ille, qui Petrus Dominicanæ familiae decus & corona, quem ipse Crucifixus in carceribus largo solamine perfudit, suò exemplò ad fortem patientiam hauriret, falso per fratres delatum, & perperam carceris antro conclusum, profuse in Tub. diximus Analog. p. 1.*

(14) Nadaf  
in An. Cru-  
cif. hebd. 8.(15) Sap.  
10.

D.  
Deus sudat  
nobiscum,  
& in carce-  
res descen-  
dit.

*Idem in nova lege ante alios expertus est Martyr ille, qui Petrus Dominicanæ familiae decus & corona, quem ipse Crucifixus in carceribus largo solamine perfudit, suò exemplò ad fortem patientiam hauriret, falso per fratres delatum, & perperam carceris antro conclusum, profuse in Tub. diximus Analog. p. 1.*

*Imò si Deus pro suo in omnes universali dominio iustum hominem Deique timoratum servum sine præviâ culpa in Orci abyssum intruderet, pœnis avernalibus plectendum, iustus & innocens, amantissimam Orcòmersâ diceret fidenter, quod ille mendicus Theologus cum ei hanc quæstionem proponeret enodandam; dic homo, quid facturus aut facturus esse, si te Dominus majestatis in avernum intruderet? respondit Numine plenus pauper: id Deus meus si faceret, iam ut sic Deum meum binis brachiis meis amplexarer; horum brachiorum alterum, sinistrum nempe, vera est humilitas, & hoc Christo domino fidenter subijcio, ac per ipsum sacratissima Humanitati meæ*

adstringo: alterum idemque dextrum Amor est, quod Divinitati ejusdem Domini nostri Jesu Christi adhæresco; sic Deum meum etiam damnatus arctissime complecterem complexu ita insolubili, ut si me sine peccato ad inferos præcipitaret, ibi certus essem, me sine Deo in Orco non hæsurum, imò ipsum etiam Deum mecum ad inferos descensurum; mihi autem longè optatius, longè gratius foret, in inferno cum Deo esse & amore illius, quàm in cœlis loco omnium amœnissimo sine Deo & gratia ejus deliciarì. Plura de hoc mirabili mendicabulo ex industria conticefco, ne alibi dictis (in Tub. Anal. p. 1.) præfentes chartas expleamus.

Ex his omnibus ritè perpenfis abundè constat, quàm grandem injuriam Deo irrogent, qui dicunt, se undique à Deo desertos sine prævia culpa fluctuare. Justi si fuerint, & sibi persuadeant, se à Deo desertos esse, quia innocui non unâ sed pluribus arumnis affliguntur, gravissimè errant, & seipsos supplantant. Nunquam Deum sibi magis habent præsentem, quàm si afflictis sint & angustiatì. *Anima afflicta Deo suo vicina est*, inquit Ephrem, de quo plura Elias Cretensis (16) in Lib. qui Doctrina Petri nuncupatur. Effatum Numinis est, à Spiritu S. profectum (17) quem diligit Dominus castigat; si velit autem omnem filium quem recipit. Unde ergò dici potest, deserti à Deo, qui recipitur à Deo, recipitur autem à Deo, qui flagellatur à Deo; ergò procul à Deo abesse non potest homo, nec Deus ab homine, quem Deus cribrat. Firmat hæc omnia vivaci asserto suo Tertul. (18) quem publicè scimus testatum esse, quod, nisi Spiritus sanctus cum Martyribus carcerem subintrasset, nunquam carcerem Martyres ingressuri vel in eo duraturi fuissent. Si autem peccaminosi fuerint & flagitiis merfi decumanis, adhuc etiam hoc in statu sibi pessimè persuadent, se à Deo totaliter desertos esse, licet ipsi Deum dereliquerint, & graviter violârint. Deus, qui omnes vult salvos fieri, nullum etiam hac in vita peccatorem ita deserit, ut totum ab eo vultum avertat; neque ab eo totaliter unquam recedit, licet ab eo millies sit offensus; Nempe, quamdiu homo spirat, & aurâ vescitur mortali, tamdiu semper usum habet liberi arbitrii sui, tamdiu etiam à Deo, utut per hominem deserto, gratia sufficiente dotatur, per quam, si eidem liberè cooperetur, sicut potest cooperari, ad felicitatis terminum pervenire potest sperando ac prænitendo; & hac ratione finalis gratiæ gratiam consequendo; & licet à Deo prævideatur, peccatorem nunquam eò propria ex malitia perventurum, sed sua in obstinacia moriturum & periturum; hîc tamen prævisio finalis malitiæ nihil obest libertati humanæ nec inde ulla necessitas libero hominis arbitrio in-

G 3

fertur,

E.

Dictum scilicet, quod Deus dicitur hominem deserere.

(16) Elias Cret. in l. de Doct. Pet.

(17) Hebr. 12.

(18) Tert. l. 16, ad Mart. c. 1.

fertur, non enim ideò in finali malitia peribit, quia id futurum à Deo praevidetur, sed ideò praevidetur, quia ex malitia propria in finali impoenitentia periturus est peccator; dicitur tamen à Deo deseri peccator; quomodo? si nempe homini graviter peccanti, benè operandi gratia efficitur à Deo subtrahitur, vel quando ex infallibili praescientia sua videt eum utut gratiâ sufficienti instructum, nunquam ultra è peccati ceno emerfurum, sed in eo hasurum & periturum. Hoc sensu Judæis hodie desertionem ultimam & finalem comminatus est: *ecce relinquetur domus vestra deserta*, quasi diceret: en popule insipiens & duræ cervicis hebræi, quo pede cepistis, malignari pergitis, tandem vestris in flagitiis moriemini, & ita mei desertores, etiam à me deseremini, ut faciem meam nunquam ultra sitis in æternum visuri, pœnis post fata meri sempiternis. Hinc ultimatam Dei ab hebræis discessum, seu ultimam desertionem ipso Pentecostes die Judæis fecit alta voce prænuntiari & intentari de quo Josephus (19) meminit, in Templo Ierosolimitano festa Pentecostes luce hanc vocem intonuisse sæpius repetitam, *migremus hinc! migremus hinc* (Nulli enim quam etiam peccatori, omnis gratia deficit divina, saltem sufficienti præstò aderit peccanti, cum qua, si velit, possit sursum animos librere; uni adèò peccantium ignavia & obstinationis vitio adscribitur, si tam opportunis non utatur auxiliis peccator. Nulla certe Solis ac imbrium culpâ steriles existunt lapides, sed sua ex natura & duritia obstinata, cum videamus agros passim Solis & imbrium gratiâ fecundat. Nemo proin Deum redarguat facta desertionis finalis, quam sibi magis potius peccator adscribat. Pereat peccator? non ideo perit, quia à Deo desertus est, sed quia Deus ab ipso fuit derelictus, ita ut ipsi peccanti finalis impoenitentia debeat imputari, non Deo, qui etiam peccantem sua sufficienti gratia nunquam destituit, sed eum ut ut hispidum & rebellem ad ampliorem gratiam & gloriam eminus invitat; ut adeo perditio tua sola & unica ex te Israël oriatur, non ex Deo.

(19) Josephus l. 7. de bello Jud. c. 11.

F. Culpâ suâ perit peccator.

G. De Deo aliter loquens graviter punitur. (20) Annua Soc. ad A. 1593. Hist.

Qui aliter de Deo & divinissima ejus Clementia loquitur, de Deo hæreticè loquitur & in se iram provocat divinam, ut impoenitentia moriatur, & aeternum à Deo, post fata obstinatè obita, verè ac realitèr deseratur. Do rei hujus funestum simul ac terrificum Paradigma in Aquitania petim. Fuit ibidem ut annua (20) Soc. loquuntur, in finem lapsi seculi Caussadæ opibus & fortunis locuples inquilinus; cum gravi morbo premeretur, uxore ad lectum accersita, has in blasphemias voces erupit: an ergò Deus est, cujus Numine ac providentia res humanæ regantur? horruit ad blasphemos ructus femina, aliam

olim & longè sanctiorem sententiam antequam lares patrios desereret, suis à parentibus Gallos inter edocta; hæc omnem quidem lapidem movit, ut virum ab execrabili atheismo deduceret, sed verba nil proficientia ægro dedit femina; cum ergò nequicquam in mitiorem sententiam maritum uxor traheret, alium ex vicinia adduxit, qui potenti suada animò pelleret atheismum. Fecit officium rogatus, agrumque probè salutatum de Deo interrogare coepit, cui ocius morituriens: quid fratri frater occinis? video, quò tendas. Lusi femellam, à qua pariter te quoque video supplantatum. Falleris sociene: nunquam ita insani, ut Deum esse nescirem, aut eum penitus ejurarem, at verò hoc tibi affirmo: quia Deus me deseruit, ideò vicissim eum desero. Vix vocem hanc Orcò dignam evomuit, ecce, tota subito domus quassatur & enormis horror omnium animis immittitur, ut quanta possent celeritate, se foras proriperent; inde intermisso temporis spatio, ubi ex pavore animos receperunt, in tecta revertunt, agrumque offendunt iam extinctum, linguâ pariter diductis faucibus & naribus destitutum. Queritur ex parva & innocenti puella, quæ una reliquis omnibus fugâ dilapsis, cum ægro remansit, quid tandem trepidante tota domo acciderit; hæc quid actum sequentibus explicuit: inter horridas ædis concussionem irrupit in cubiculum monstrum horrendum, informe, ingens, rictuque minaci terrificum, quod morientem naso truncatum & linguâ, mox compressa in collo blasphema fauce exanimem dedit. His à puella narratis, ecce tibi denuò tecta concuti, cunctique certatim difugere &c. Hæc celerem vindictam, quâ Deus ultum ivit blasphemiam protervis faucibus eructatam, deseri à se Deum, quòd à Deo esset desertus. Non passus est hanc notam Clementiæ inuri divini justus Judex, qui, ut, hæctenus assertum est, ne quidem sui desertores totaliter deserit, sed eos gratia sufficienti fovet, retinet, & ad poenitentiam expectat. Ostendit hic sodes, quàm acerbè Deus sentiat, si dicatur, nos à Deo deseri, quæ tamen pluribus hodie vel modicè afflictis, communis est paramia.

Quod olim ad Josue dixit misericors Deus, id in Josue omnibus fidelibus servis & amicis suis promisit (21) Deus: *non te deseram, non te derelinquam*; tu modò cave, ne Deum tuum deseras. (21) Jos. 1.  
Pari modo, quod olim Patri gentium dixit Abrahæ (22) omnibus fidelibus animis Deus commisit: *ego ero Protektor tuus*, seu, ego ero Scutum tuum, ut alii legunt, si tamen tuum etiam Deum Desique gloriam tuis pro viribus propugnes. Notum est Alciati emblema de milite,



H. lite, qui ex scuto, quò hostium tela exceptit, cymbam fecit, cui  
 Deus Scutum est nostrum ter-  
 ra marique.

alveum pedibus impermeabilem trajecit, inde clypeum osculatus, hic  
 inquit, verus & solus mihi amicus extitit, cum premereturque salo, cum  
 premereturque salo. Tale Scutum, seu potius talis amictum Abrahae ac Josue  
 & omnibus probis Deus est in omni tentatione ac persecutione; Hinc  
 Philo cum aliis Judæis coram Cajo Caligula Cæsare ab Appione accusatus  
 quòd Cæsari divinos honores non contulisset, aula ejectus, sociis Judæis  
 sequentia respondit: *Bono animo nos esse oportet, fratres mei, quibus in-*

*tus est Cæsar, quia necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium*  
 Eusebio (23) teste. Hòc seu scutò seu amicò nixi, fidenter cum Pla-  
 mista (24) exclamamus: *Dominus mihi adiutor; non timebo, quia fac-*

*mibi homo.* Hac spe, hac fiduciali amicitia perpetim animati, nihil  
 cum Chryf. timeamus, quam peccatum, quod Amicitia fœdus diffin-

I. pat Deum inter & homines pietissimè contractum, hic ut ne unquam  
 ubi deest per nos deseratur, in id seriò incumbimus, ne quidquam tantis  
 auxilium humanum, ci gratiis indignum committatur; ita pariter spem ac fiduciam con-  
 adest divinum, piemus, Deum neq; hic nos per efficacis gratiæ subtractionem deseratur  
 num. neque post fata totam Divinitatis faciem nostris à flagitiis & flagitiis  
 auctoribus averfurum; quod ut omnium à cervicibus mitis ac mi-

ricors Deus avertat, hodie junctis vocibus Divum martyrem Stephe-  
 num imploramus, ut quòd nostris meritis consequi non valeamus, in  
 potenti Patrocinio nanciscamur, divinis nempe Amici nostri pro-  
 sentem assistentiam in vivis, gratiam ac gloriam ejus post

mortem Deo ac Superis gratiosam.

Amen.



CONCIO VII.  
FESTVM S. JOANNIS

Apost. & Evang.

Hic autem quid? Joan. 2.

Scelerum mensura.

**I**ceat mihi hac festa luce plenam curiositatis quaestionem Divi Petri exemplò proponere & ventilare Opt. AA. Quæsit ille, quid Joanni futurum esset, cum divino ex Oraculo intelligeret: *Sic pum volo manere, donec veniam.* Arguit inde Petrus, dilectum Christi discipulum non moriturum. Crisim peracerbam Petrus retulit: *Quid ad te? tu me sequere!* Ne parem crisim reportemus, utiliora circa Joannem hodie investigemus. Quæ illa? Calicem palam oculis nostris prostantem. Hic Calix quid portendit? totam curiositatem nostram Calix pascat Joannæus, nunc ad usque fundum investigandus. Madidi Siphones, ebriosi bibones, calicum scyphorumque malè sani heluones, quibus idem fuerit vivere quod bibere, viso calice Joannæo in memoriam revocabunt grandes crateras, spumantes pateras, & crystallina vitri pocula, quibus jam hunc jam illum hūmi deponere mens est, & vivum tumulare Lyæo. Hòc certè seculò nimis exulceratò eòsque reprobà compotatio excrevit, ut nesciant fat ineptos calices excogitare, quibus alios in amentiam devolvant. Uno ut fasce complectar plurima, bibitur hoc avò ex uvis & utriculis, ex pyris & pomis, ex calceis & ocreis, ex libris & atramentariis, ex cornibus & bombardis, ex trullis & laternis, ex morionibus & rusticellis, ex equis & asinis, ex porcis & jatis, ex gallis gallinacis & mille aliis delirantium bibonum adinventis. Sic ratio humana sepelitur, sic vita mortalis simul & immortalis truncatur; sic Religio luditur; sic urbes & Respublicæ ad sui ruinam & excidium fatale præcipitantur. Prostaret hic loci campus amplissimus temulentos vini gurgites largo sale perfricandi, ut saperent, ac novissima sanctius rimarentur. Illos Verbi Divini præcones, qui ebrios lurcones rarius per annum suo ex pulpito

A.  
Quid Calix denorat in manibus Joannæis?

B.  
Nil inde bibonibus defertur.

H

(1) S. Aug. pulpito castigant, graviter redarguit (1) Aug. quem iuverit audire. Sermon. 232. *Idco charissimi tanta infelicitate se homines inebriant, quia patitur ignorantiam aut parvum aut nullum esse peccatum, sed pro hac ignorantia in die iudicii rationem reddent Sacerdotes, si commissis sibi populis, quae mala ex ebrietate nascantur, assidue noluerint praedicare.* Utitur S. Pat. termino assidue, ut rite tanta pravitas eraderetur. At vero cum sciam hoc hominum genus Dom. 2. post Epiph. Tub. Trag. & Clem. Tub. vobis Echon. Dom. 5. post Pasch. ex instituto cribratum esse, non est, quod noster hic loci subsistam, ut ebrios peccata glutones.

C. Alii pio sub pretextu ex Calicis Joannaei obtutu Benedictionem preniant & praedicant Joannaeam, antequam vale ultimum amicum accant. Verum est: antiquissima traditio est & Ecclesiae piensissima consuetudo, si nullo abusu contaminetur, qua vinum hoc die & alio quocumque die, si cunque in Dei ac Divi hujus Apostoli, qui toxicum bibit illaxus, non nocentem & gloriam certis quibusdam precibus contra magicas artes & imposturas benedicitur. Creditur passim, nullum potum nobis nocentem, quem cum memorata benedictione absumimus. Ritus nec bibendi aut valedicendi carpi non potest, si fiat cum debito honore ac reverentia in Deum ac divos Coelites a sobriis. Bernardo (2) teste poculum huius in morem benedictio etiam a morte ad vitam plures sunt reducti; at si nullus est usus ut ut pius & laude dignus, quem non multiplex abusus committitur, ita sane hic bibendi, seu potum coronandi ritus in hominibus pravitates degeneravit. Ausim dicere, sapientius urgeri non benedictionem Sancti Joannis sed *maledictionem* ejus, quae toties iteratur, ut totus corpus truncus fractis pedibus humi defluat. Fuit, qui hunc bibendi ritum ita depravatam, *diabolicum* diceret *inventum*; nec malebat enim alio stratagemate mensae socius & frater ultra induci non poterat, bibat amplius, hoc sub Benedictionis pallio, vino usque adeo stomachum onerat, ut ubi vis locorum impingat. At neque hanc fucatam ebrietatem petulcitate proscindere mens est; rectius id suo tempore Tub. praestabit ruralis vel anagram. quam Tragica. Quid ergo Calix delegat, quem sacris manibus ostentat Deo dilectum caput Joannes?

(2) S. Bernard. in vit. S. Malachi.

D. Hodie Benedictio illa rectius dicitur maledictio, aut diabolicum inventum, quem sacris manibus ostentat Deo dilectum caput Joannes?

E. Dicent ascetae, rerum spiritualium Magistri, ac Joannem hunc numquam tanquam inclytum Bibonem, ad caelos usque laudibus extollent. Dicent, ideo Calicem exhiberi, ut ostendat, se Calicem suum formidulis perpetim epotasse; per hoc tamen vobis aut gula vestra maledictio accrescit, ebrii gulones. Quem ille Calicem intrepidus hauserit, Roma fidelium mater patefacit. Extat Romae locus, ut refert (3) Casp.

Ebibit ut Martyr Calicem Domini Joannaei,

nel. Sacelló insignitus, in cujus pariete D. Joannes in olei bullientis (3) *Cornel.*  
 dolio sedens depingitur cum hac inscriptione: *Joannes Christi Apostolus, in Apoc.*  
*Propheta, & Martyr è dolio ferventis olei vegetior prodivit.* In adverso *proam,*  
 verò pariete hæc inscripta leguntur Carmina:

*Martyrii Calicem bibit hinc Athleta Joannes,  
 Principii Verbum cernere qui meruit.  
 Verberat hunc baculis Proconsul, forsice tondet,  
 Quem fervens oleum lædere non potuit.  
 Conditur hic oleum, dolium, cruor atq; capilli,  
 Quæ consecrantur Roma vetusta tibi.*

Ex his, nî fallor, abundè patet, qualis bibo fuerit Joannes, sacer nempe & Evangelicus. Bibo fuit, qualem probavimus fuisse Jacobum festò ejus Tub. Anal. bibit Calicem Domini, quem ei Christus propinavit dicens: *Calicem quidem meum bibetis.* Hunc Dominicum Calicem ita exhausit Joannes, ut passim hodie Martyrum. choro inferatur, quem licet sicca morte defunctum tota hodie Ecclesia tanquam verum Martyrem colit, ob haustum veneni, & dolii fervente oleo pleni subitionem, atque alia magnò numero tormenta, quæ causâ seclusò miraculò vim tormenti præpediente, centies debebat mortem conciliare Joanni; quin ipse Joannes hòc titulò gaudere videtur. Ita certè de se loquitur in Apoc. (4) *Ego Joannes frater vester & particeps in tribulatione & re-* (4) *Apoc. 1*  
*quo & patientia in Christo JESU. Fui in Insula, que appellatur Patmos,*  
*propter Verbum Dei & testimonium JESU Christi,* ubi in græco textu pro voce *testimonium* signatè ponitur vox *Martyrium*. Quid & quantum hac in Insula, quæ appellatur Patmos, in medio nationis prave passus sit Joannes, ibi videbimus cum in Josaphatæa valle *Liber scriptus* profereatur, in quo totum continetur unde *mundus judicetur*, pius & patiens ad gloriam etiam corpori participandam, impius ad gehennam. Roma mater hanc in horam aequè S. Joannis, quam SS. Petri & Pauli Martyriò gloriatur, teste Tertull. his (5) verbis: *Felix & lesia, cui toram* (5) *Tertul.*  
*doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt;* ubi Petrus Passioni do- *lib. de Præ-*  
 minica adæquatur; ubi Paulus Joannis Baptiste exitu coronatur; ubi *scrip. c. 36.*  
 apostolus Joannes, postquam in oleum igneum immissus est, nil passus est, in Insulam relegatus. Taceo spectale Joannis Martyrium, reliquis omnibus majus, grâvius, portentosius, cum sub Cruce stando doloris gladius non corpus tantummodò Marianum & Joannæum, sed ipsam utriusque animam penetraret, ut adeò Deo morienti compatiendo &

do & commoriendo, parem cum ipso mortem subiret. Dicitur ex hoc actu Deipara Martyrum Regina, cur non pariter regio titulo pariter causa Joannes condecoretur? Quid & quantum sub Cruce passus in (6) S. Bern. cum Matre Virgine Joannes, paucis explicuit (6) Bernardus his verbis in lament. *Dum hæc pauca Deus diceret, Ecce Mater tua, Ecce Filius tuus, illi duo B. V. Deo dilecti lacrymas fundere non cessabant. Tacebant ambo Martyres & præ nimio dolore loqui non poterant. Ipsi duo Virgines audiebant Christum voce rauca & semiviva loquentem, ipsi videbant paulatim morientem. Et mox: Amabant flere, & fiebant amare. Amare fiebant quia amari debebant; nam gladius mortis Christi animas utriusque transibat, transibat seorsum perimebat utrumque. Hic hic Calix fuit Dominicæ Passionis, Calix & absynthiô plenus, Calix mœroris & multiplicis ærumnæ, quæ usque fæces in tumulum ore prompto, hilari, iatubundo Joannes hausit. Hunc hunc Calicem omnibus ac singulis exhibet hodie Joannes, crucis & ignominia Calicem, qui si pariter per ævi nostri bibones fuerit exhaustus, spondeo juro, patientiæ ac fortitudinis præmium recipient sempiternum, Calicem vitæ melleum, lacteum, Nectarum num divino & cœlesti Ambrosia sine fine fluentem. Sed quid præcipimus margaritas ante porcos? quid terrarum filiis cœlestia occurrunt video, pergunt heluari & gracari curvæ in terris animæ ac cœlestium inanes. Homo animalis non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei (7) in sentibus gulæ illicis absorpti, ne quidem oculos sursum attollunt, præpastum cum belluis abjecti.*

Alium proin Calicem quæramus, quem huic carnalium gulæ generi Joannes exhibet. Quem illum? dicamus, Joannem ostendit Calicem, quem representat, ex hesterno Evangelio transumpsit. (8) Matth. eodem in cap. p. 23. Matth. unde haustum erat (8) Evangelium hesternum, Scribis & Phariseis hypocrisin & ambitionem, gulam & ambitionem Christus exprobravit, unâ ei prædixit, brevi patrum mensuram ipsos implendam, adcoque Ierosolimam funditus vastandam, ut lapis supra lapidem sit mansurus. Hac interminatione nil aliud Christus quæsit, quam ut memorati Scribæ pravos mores suos serios cogitent, Mensuram scelerum per vivacem pœnitentiam desisterent, ab Ierosolimis cladem ultimam maturè proscriberent; id cum factum non sit, mensurâ scelerum completâ Titus irruit, & contumacibus bræos ultricibus pœnis confecit. Hanc hanc Mensuram nostris flagrantibus à Deo decretam, probè hodiè Bibones expendant, cum Calicem Ierosolimæ naxum eminus intuentur. Crapulâ manè altero edormitâ sobrii cogitent.

F.  
Calix quem  
ostentat,  
mensuram  
scelerum in-  
culcat.

gigent, quid illis Calix intonet Joannas? & quousque tua scelerum  
 Mensura ascenderit bibo, gulo, lurco, lavernio, fortunæ ac famæ pro-  
 cax dilapidator, monitorum omnium petulans elusor, Dei ac homi-  
 num reprobis contemtor? quid si per hodiernam ingluviem & su-  
 pinam ebrietatem, per hodiernas Veneres, luxuriantes choreas, generis  
 femini commercia adulterina, ultimum complementum Calix tuus  
 acciperet, & hinc ad plures in temulento strepitu migrares? quorsum  
 quæso enormiter crapulatus, tot insuper spurcitiis & iniquitatum por-  
 tentis obrutus avolares? Vno casu toto cælo excideres Orci victima, &  
 locum biberes phlegæontæum, si hac tunc ebrietate ultima, his spurci-  
 tiis mensuram tuam expleres.

Habent, ut ex Script. certum est, Regna singula & Regionem, sin-  
 gula Provinciæ ac Respublicæ, singula urbes & oppida, singuli homines  
 viri feminae certam peccatorum mensuram à Deo decretam, quam si com-  
 plexerint, vel communi quadam calamitate nationes obruit, vel privatis  
 ærumnis singulares hominum personas ultrice pœna Deus exterminat  
 extirpat; constat ad hæc mensura ex determinato scelerum numero,  
 quem Justitia divina cuius populo & nationi imò cuius homini præsti-  
 tuit, unde impletio numero reos castiget, nisi vel emendatione morum  
 vel insigni pœnitentia Dei vindicem manum prævenerint peccatores.  
 Nempe! sicut certos habet intensiois gradus caloræ dispositio, ante-  
 quam lignum exardescat; & stata rotarum opus est circumvolutione,  
 antequam horæ signum audiatur, ita suos sibi fixos limites peccata for-  
 tiuntur; quos si attingant, justus Judex grandi Supplicio percutit &  
 profcindit Peccatores, quod ipsum Scriptura vocat *Scelerum Mensuram*  
 à Deo observari solitam ut ex Oraculis patet divinis. De hac mensura  
 distinctè meminit Jsa: (9) his verbis: *In mensuram contra mensuram, cum* (9) Isa. 27.  
*abscessa fuerit, judicabis eam, quasi diceret: justus es, ô Deus, & justa*  
*sunt judicia tua, modum enim suppliciorum flagitiorum modo adme-*  
*taris.* Per eundem Prophetam ipse Deus sic loquitur Cap. (10) seq. (10) Isa.  
*Ponam in pondere judicium & justitiam in mensura. Quid multis? ipse De-* 28.  
*us sic olim dixisse legitur Abrahamo (11) Ne dum complete sunt iniquitates* (11) Gen.  
*Amorrhæorum; ubi juxta vulgatam versionem paulò post (12) sic loqui-* 15.  
*tur Script. Clamor Sodomorum completus est, & peccata eorum magna ve-* (12) Gen.  
*bementer completa sunt &c. ut proin plena eorum mensura ad Pentapolim* 18.  
*pice ac sulphure inflammandam Vindicem Deum irritaret. Hanc ipsam*  
*Mensura vocem Christus heri primùm usurpavit (13) cum ad extremum* (13) Matt;  
 H. 3 populi 23.

G.  
 Dari talem  
 mensuram,  
 ex Script.  
 probatur,

H.  
[Uno sæpè  
flagitio  
mensura  
expletur,  
quò illò?  
nemo scit,  
ergò singu-  
la fuge.  
(14) Sen.  
ep. 26.

populi Judaici excidium alluderet, dicens: *Implete mensuram Patrum vestrorum, ut veniat super vos omnis sanguis justus.* Quando autem hæc scelerum mensura per nos expleatur, & quod ultimum illud peccatum sit, mensuræ hujus complementum, sciri non potest, nisi ab eo, cui uni futura æquè ac præsentia patefcunt. Id nempe hic quoque locum habet, quod nobis pridem gentilis Seneca (14) occinuit: *Nescis, quò loco te mors expectet, tu eam omni loco expecta.* Omne tempus omnis annus, omnis mensis, omnis hora, horarumque momenta nobis sint suspecta: quid si hoc adulterium, hæc lascivia, hæc crapula, rancor iste & averfio, hæc fraudulenta iniquitas mensuram meam compleret, & me tot aliis flagitiis coopertum sifteret aternitati &c. hæc proin singulis vivamus, quasi singulis esset momentis multiplex scelerum funebri poena expiandum. Deum in numerato habere omnes nostras pravitates, & positâ tandem ultimâ, quæ mensuram expleat, eam Orcò reos proscindere, pluribus posset Exemplis demonstrari.

Unum duntaxat ex millenis produco, idque in bibonum gratiam ut tandem desinant malignari, & gulæ suæ forte injiciant lupanaria. Dedit hoc pridem S. P. Casarius (15) de quodam Temulento, quem ut clemens Deus potandi esseram ingluviem dedoceret, ei commisit in clemensiam exhibuit horridam, execrandam. Videt, non in raptu aut extasi, sed in revivum demonem, alio quodam ebrio glutone ad æternam gehennæ supplicia raptando operosè distentum. Obvium habuit demones iste Orci caput Luciferum, qui mox raptantem adortus, palam intercepit, ubi hanc Orci prædam captasset! jam ex tempore datum respiciat, excipite, & malò sapite alienò reprobi bibones: *in decumana ebrietate*. Quid hoc rei AA. ambigua Vox est, Vox *decumana* obiter explicat. Cum ut plurimum in rerum natura soleat evenire, ut decima quædam sit maxima, passim hodie pro *magnis* sumitur *decumana*. Ita Casarius (16) porta *decumana* sumitur pro *maxima* porta. Ita Vegetio (17) dicuntur *decumana*, quæ omnibus aliis majora sunt, quia ut fana dicitur reliquis majus ovum nascitur decimum. Sic & *stuctus* vocantur *decumani*, qui reliquos magnitudine superant, de quo ipse (18) Ovidius.

Qui venit hinc *stuctus*, *stuctus* supereminet omnes,  
Posterior nonò est, undecimòque prior.

Juxta hunc loquendi ritum vox *Decumana*, numerum decimum significat, sic dictum, quia reliquis major esse creditur. Quidquid

(14) Sen.  
ep. 26.

I.  
Probatur  
ex ebrio  
Siphone,  
quem in  
decima e-  
brietate  
Sæx rap-  
puit.

(16) Casar.  
l. 2. Bell.  
Gall.  
(17) Ve-  
get. l. 1.  
c. 23.  
(18) Ovid.  
l. 1. trist.  
el. 2.

vox ista, hinc guloni *de ima* ebrietas fuit *decumana* & aliarum maxima, quia per hanc numerò *decimam* vidit Orcus mensuram biboni expletam, quâ ipse jus in ebrium à justo Judice Deo transumpfit. Numeravit ergò Deus hujus lurconis flagitia & ebrietates. *Decima* numerò ita mensuram scelerum & flagitiorum calicem opplevit, ut in Orcum pravitas disflueret, & in sceleris vindictam Dæmonem provocaret; rectè adeò dixit Alastor, *in decumana ebrietate*, quæ omnes alias pessimo sine ac interitu Bibonis coronaret. His auditis, dixit Lucifer: huc ergò bibosum caput devolve, ut affatim bibat. Sic datò quasi signò, maximò numerò dæmones accurrebant, eumque in diversa enormi violentiâ raptatum, grandibus plagis multabant, ori ejus liquatam picem & fumans sulphur infundentes, & cachinando perpetim boantes: diù stitisti, jam sitim exple Siphos bibule! Vidit hæc semiebrius traho, & mox rei veritatem exploravit, num ille vicinus sua in crapula obiisset necne? vix adium limen attingit explorator, audiit omnia intus luctibus & lacrimis oppleri, funus adium patroni tota domo deplorari; re probè inspecta, scalis in ebrietate sua delapsus letho datus est & Orco, corpore in terris relicto, donec animæ focus, stygiis addictæ magno iudicii supremi die paribus pœnis cruciandum societur. Disparuit quidem visio, at is qui præsens tragædiam spectavit, omni temulentia ferio valere iussâ, totis viribus sobrietatem amplexus, in perenni abstinentia & jejunio vitæ residuæ annos consumavit, cavens identidem, ne per hoc vel aliud quodvis flagitium mensura expleatur, sed modis potius omnibus satagens & laborans, ut per opera pœnitentiæ totus iste scelerum calix depleatur.

Possèm pluribus aliis peccatoribus sua in peccati specie ob oculos ponere mensuram per unum scelus expletam, & secutam otius Dei iudicis gravem Vindictam; at hodie statui solis bibonibus ex occasione Joannæ Calicis mensuram proponere *decumanam*. An autem omnibus ac singulis *decima* sit ebrietas Calicem expletura, prout hic eum complevit, frustra quæritur & exploratur, cum id uni Deo sit compertum. Optimum ergo fuerit & consultissimum omni ebrietati & crapula ferio nuntium remittere, & animò ritè perpendere, quod supra innuimus, quid si hoc Peccatum, quod patrare mens est, esset ultimum? Quid si hæc Pravitas omnibus aliis coronidem imponeret, sed stygia? Absit itaque, ut tanto scelere Deum iritem & animam flagellem. Ad nihil tam proni sunt bibones quam ad casum; at væ illi, quem casus

Hist.

K.

Videtur  
adeò quod  
vis pecca-  
tum, quia  
fortè hoc  
ultimum  
est mensu-  
ræ tuæ  
comple-  
mentum.

tangit



tangit insanabilis, unde nunquam ultra resurgat! Væ illi, qui exple  
 scelerum mensurâ in manus incidit Ultoris Dei! *horrendum est incidere*  
 (19) Hebr. *in manus Dei viventis*, inquit (19) Paulus, quia casus iste ut plurimum  
 10. æternantium flammârum inextinguibiles titiones importat. Pro con-  
 cepto habeant omnes, quod olim vulgò Veteres dicitabant: Lanæ  
 Jupiter habet pedes, ac seriùs subinde diptheram suam inspiciens, be-  
 cta ponderans & mensurans, Vindictæ tarditatem pœnarum acerbitate,  
 suppliciorum æviternitate, tormentorum numero ac multitudine  
 compensat &c. Quam omnium à cervicibus grandibus meritis ac  
 tenti patrocinio Divi Joannis Apostoli & Martyris, Evangelistæ  
 Prophetæ, Virginis & primarii Ecclesiæ Doctoris &c. permota  
 Numen misericorditer avertat!

Amen.



CONCIO VIII

Festum Circumcisionis D. N. J. C.

Vocatum est Nomen ejus JESVS. Luc. 2.

Stygis invocatio.

**D**ixerit olim Trismegistus Ægyptiorum hypodidascalus, Divinitatem anonymam esse, neque ullo unquam nomine exprimi posse AA. Verba illius Lact. (1) recitat Deus est Anonymus. Idem dixerit Dionysius (2) Areopagita: Divinitati proprium & conveniens nomen non est, certum tamen est,

Hebræos olim decem Nominibus Deum celebrasse, seu illius potius attributa divina rudi mundo detexisse, licet nullum propriè Nomen vel fingi posset, vel excogitari, quò ejus Natura ad vivum depingeretur. Dei nempe natura tantæ immensitatis, tantæ infinitudinis est, ut ne sermone quidem prolixo explicari valeat, nedum nomine. Sicut porrò inominabilis Deus redditur, ita pariter inexplicabilis Deus homo prædicatur. Compositum hoc divinum, naturam simul divinam & humanam, in persona infinita junctam unà & subsistentem, variis quidem nominibus, jam Emanuelis, jam Admirabilis, Consiliarii, jam Patris futuri seculi & Principis pacis &c. Propheta (3) decorarunt. At his omnibus una prævalet appellatio JESVS, divinitus prædefinita priusquam in utero conciperetur, ut textus loquitur hodiernus. Hujus augustissimi Nominis 20. Prærogativas promit Barradius, benè multas ipse angelicus (4) Doctor Thomas allegat. Huic facerrimo Nomini omnes orthodoxi fratres omnem excogitabilem cultum deferunt & reverentiam. Per totam certè Ecclesiam catholicam eò auditò caput aperitur, ad illius Icones genua flectuntur, figuntur oscula, Sacra evolvuntur, & horaria precum officia recitantur. Ita certè D. Paulus (5) perorat: Deus exaltavit illum, & dedit illi Nomen, quod est super omne Nomen. ut in nomine JESV omnis genua flectatur cælestium, terrestrium & infernorum. Quærit D. Bernardinus in publicâ Concione (6) unde Apostolo cognitum fuerit, cælestium genua lunari audito Nomine JESV? & respondet, raptum esse D. Paulum ad tertium cælum, quo in raptu sive in corpore, sive extrâ

(1) Lact. l. 1. Instit. c. 6.  
(2) Dion. Areopag. l. de Div. Nom. c. 1.  
A. Omnibus Dei Nominibus prævalet hodiernum JESVS.  
(3) Isa. 7. & 9.  
(4) S. Thomas 3. Pt. q. 37. a. 2.  
(5) Phil. 2. B. Cultus hujus Nominis ubique viget.  
(6) S. Bern. Sermon. de SS. Nom.

tra corpus Deus scit, cum ad Christi sui gloriam admirandus JESV Nomine toties ore receptum, inclamasset, Divam Virginem filio suo confidentem, se protinus in genua projecisse, mox idem à S. Josepho, & si qua aliorum Divorum corpora in cœlo essent beata, palam factum, ab Angelis item, quorum multi vel corpora vel corporum imagines assumpsissent; inde à Paulo tam asseveranter scriptum esse, ad JESV Nomen cœlestium genua inflecti. Quidquid sit de hoc pio magis quam solido Bernardini asserto, certa tamen est S. Pauli sententia, quam quæ terricolæ inter amplecti noluerit, eam tandem cum inferis experiri cogitur. Obmurmurant passim hodie hæretici reverentiæ augustissimæ huic Nomini exhibitæ, nec definunt catholicam pietatem ore malefico allatrare & dilacerare, quasi soli Deo debita adorationi multum inde detractum esset. At verò si Deo juxta illos omnis honor deferatur?

C. Coluit olim hodie quotannis nomen suum Tamerlanes. (7) Fulgosi. 1. 3. c. 4.

cur non par honor etiam Deo Homini deferatur? & si Deo Deo Homini ritè cultus impenditur, cur non etiam Dei, Deique Hominis Nomini suus ex æquo cultus impendatur? quid hæc ipsa luce singulis diebus, Calendis Januarii actum sit Nomini Tamerlani Scytharum Imperatoris, passim compertum est. Fuit Tamerlanes origine Bubulcus, (7) teste, ex bubulco factus est equiso, ex equisone fur abigeus, abigeo latronum dux, ex duce latrocinii infesto Massagetarum copiarum Præfectus, ex Præfecto Massagetarum, defuncto rege, Regina vidua captus, ex Rege magnus Scytharum Imperator, Victor Bajazetis Turcæ captum aureis catenis cavæ inclusum circumduxit, & equum ascendere coëgit climacis vicem subire. Barbarus iste Imperator quotannis hodie Nomen suum aureis literis grandi scuto inscriptum, palam toti exercitui sub conopœo exposuit, ut publico ritu coleretur. Id si Barbari suo Imperatoris Nomini detulerunt, cur non parem cultum Dei Homini Majestati ac Nomini ejus deferamus? quæ grandium virorum Nominibus publici honoris testificatio adhibeatur, hunc in modum dicere

(8) Seneca ep. 64. D. Et alii.

(8) Seneca: *quidni ego Virorum magnorum imagines habeam, animi citamenta? quidni eorum natales celebrem? quidni illos honoris causa prosequi appellem? Si Consulem videro aut Praetorem, omnia, quibus honor datur, faciam, equo desitam, caput adaperiam, semitâ cedam. Quia non M. Catonem utrumq; & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleantemque in animum meum sine dignatione summa respiciam, ego verò illos veneror, & tantis Nominibus semper assurgo &c.* Hæc Augustinus si Nominibus tam civilis reverentia si exhibetur, quidni Augustino JESV Nomini religiosissimus cultus exhibeatur quem Dei

nis exigit majestas? rectè aded à militibus hoc venerabile Nomen pro amuleto gestatur; rectè ad ædium nostrarum parietes, ad equilibrium valvas, ad tectorum culmina contra veneficia suspenditur. Commendatur hæc pietas à Laur. Justin. Proto-Patriarcha Veneto his verbis: (9) *In arduis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in solitudine, in fluctibus, in vicibus, exitibus, Salvatoris profer Nomen.* Non ided voculæ aut literulis seu literarum apicibus tantam vim inesse dicimus, ut ardua pericula superentur, ut tam diurni quàm nocturni terrores dissipentur. Nullus Catholicorum tam vecors est, qui literis nudè sumptis tribuat virtutem. Tota virtus ab illius potentia excipitur & speratur, quem signat vocula, quem literæ significant. In JESUM confidimus, cum lacerrimum ejus Nomen tanta cum reverentia enuntiamus. Deo autem hanc fiduciam oppido gratam esse, ipse quotidianis beneficiorum experimentis testatur.

Urgebatur per magnæ infirmitatis molestias, majori cogitationum contra Ven. Sacramenti fidem molestiâ S. Franc. Salesius; hic semel tantum JESU Nomen mentaliter efformat, & ecce protinus importuna cogitationes vanuerunt. Supposuit ægri parentis pulvillo JESU Nomen chartæ inscriptum Gregorius Turonensis; mox agro tota sanitas revertit. Romualdos, Simeones, Antonios, Hilariones, densæ cacodæmonum catervæ adoriuntur, & ecce ad tremendi Nominis unicam invocationem omnia Orci terriculamenta quantocius dissipantur. Celsus, olim improbus hæsiarcha Catholicos incantationis redarguit, quam vel hodie nobis identidem nostri etiam temporis heterodoxi objectant. Pexuit Celsus Origenes (10) & dixit: *Si qua incantatio nos inter datur, qui dicimur orthodoxi, alia non est, quàm Augustissimum Nomen JESU,* quod nempe toties ore ac calamo iterabat antiquus dierum Origenes *Dominus meus JESVS &c.* Sunt sacrorum Codicum interpretes non pauci, qui cum Virgam illam Mosaicam, tot prodigiorum operatricem virgam suspiciunt, palam affirmant, Virgæ illi jam tunc facerrimum ac prodigiosissimum hoc JESU Nomen insculptum fuisse, inde tantam vim ac virtutem ad solvendas magorum præstigias, & omnem naturæ facultatem prodigiosis operibus superandam accrevisse. Experienciâ sanè docet quotidiana inquit (11) Justinus, quantum sit Nominis JESU in Oreum & totam in naturam imperium. Hanc experientiam publicè Arnobius allegat Lactantii (12) Præceptor his verbis: *Cujus Nomen auditum fugat noxios spiritus, vatibus silentium imponit, baruffices reddit inconsultos, arrogantium magorum actiones frustratur.* Lustretur hanc in

(9) S. Laur. Justin. Serm. de SS. Nom.

E. Ergo idem cultus rectè Divino Nomini adstruitur.

F. Placet Deo cultus iste, & prodigiis firmatur.

(10) Orig. l. 1. cont. Celsi.

(11) Justin. Apol. ad Antonin. (12) Arnob. l. 1. cont. gent.

rem Scriptura, & dabit ex tempore hujus experientia specimina. Divo  
 (13) Act. Paulo energumena offertur (13) & ecce in ictu oculi ad Sacrosancti  
 16. jus Nominis invocationem hospitis Orcini consuetudine liberatur. Per  
 (13) Act. 3. medio sanitatem pristinam claudus (13) recepit per Apostolorum Prin-  
 cipem Petrum. Ex eo tempore hanc in horam sacerrimi Nominis hu-  
 jus prodigia continuarunt, unde nostra omnium in Christi augustis-  
 simum Nomen accensa est fiducia, & novum hausit robur pietas chri-  
 stiana. *Unum prae cunctis fama loquitur opus.* Necdum annorum Ca-  
 turia disfluxit; Annua perhibent Indicae Soc. fuisse gentilem puerum  
 qui aquis illapsus jam mortis erat victima. Videbant caelum Christum  
 ex litore, qui ocius cum fato luctanti socio acclamabant: JESU Nomen  
 intona, Deoque fidem promitte orthodoxam! Paruit consilio puer  
 Hist. jamjam undis suffocandus, & ecce novum Nominis prodigium! In  
 aqua illa lata & alta in solidum marmor rubri coloris abibant, ut  
 pede in litus gentilis puer excurreret, & suis cum parentibus lustrum  
 Baptismi aquas urgeret.

G. Eant nunc perfidi Judaei, & suis e libris JESU nomen sacra-  
 unguitibus eradant; praemant hebraeorum vestigia haeretici nostri.  
 Notae in JESU nomini usque adeo parcere videntur, ut ab eis vix semel  
 eos, qui hoc sanctissimum Nomen enuntiarunt. Nullum mihi negotium est  
 perpetim diabolum inclamant. cum pertinacibus Judaeis, vel horum germanis fratribus haereticis, &  
 illos ego Christianos, illos ego nomine tenus Catholicos hic loquor  
 pello, qui linguam augustissimo huic Nomini consecratam, & in  
 facti lavacri fonte christiano sale conditam, Orci nomine sine  
 conspurcant, & nonnisi Diaboli nomen ore perfido frequentant.  
 deat Catholicum tam pravae consuetudinis compellendi perpetim  
 bolum. Mos iste scandali simul & periculi plenus apud multos  
 fidei domesticos ita hoc aevum inolevit, ut vix ullus hodie sermo  
 tur, vix ullum alteri encomium pangatur, cui non sua Stygia  
 intrudatur, cui non pro rationis firmitate execrabilis diabolus  
 getur. Quocumque aspicias; nil tamen hoc tempore usitatus  
 quam ut daemon & diabolus ore continuo volvatur; si autem  
 (14) Matt. Scripturae asserta, *ex abundantia cordis (14) os loquitur.* Deum bonum  
 14. quam numerosi daemones in ore ac hominum lingua nidulantur. *Quo-*  
 putet quis, quoties uno anno; uno mense; una hebdomada; uno  
 die Diabolus nominetur; imo saepe mille diaboli; integrae septuaginta  
 bolorum legiones ab uno colligentur. Quid si jam tota domus  
 mille homines hanc pravam teneant consuetudinem? quot diaboli

urbs replebitur? citari non debet Diabolus; impudens est & ultrò irruit; quod si etiam vocetur, potestatem accipit largiorem veniendi Deum immortalem! tantis saepe sudoribus laboratur, ut ex obsessis hominibus diabolus proscribatur, & multi imò pane innumeri ultrosuam in perniciem tot diabolos accersunt! imò servis suis, filiis suis, uxoribus & maritis ac sibimetipsis tot repetitis vicibus diabolum precantur & imprecantur! an nòrunt homines isti, quid sibi vel aliis imprecentur, cum toties horridè vociferantur: hunc vel illum Diabolus rapiat! vel auferat me Acheron, si mentiar &c. mortem si imprecaris tibi vel alteri, pauperiem, vulnera, ossium fracturas, anginam & fatum nescio quod, nihil est huic uni collatum; quem enim Diabolus rapit, quem unguibus suis comprehendit Dæmon, eum & valetudine spoliat, & vitâ privat, tandem etiam flammis addicit sempiternis. Cur quæso tantoperè te vel carnem tuam, liberos odisti, ut tibi & illis tam horrida impreceris! imò quid tam atrox vel homo inimicissimus patrare potest, ut tantis suppliciorum portentis gestias scelus compensare? quantum Deo hæc Dæmonem provocandi vecordia displiceat, & quam celeri vindicta triviale hoc scelus proscindat, Exemplis patet quamplurimis, ex quibus hodie unum duntaxat vel alterum in apricam lucem educo, ut discant singuli sanctius nomen linguâ evolvere, qui hactenus pessima consuetudine inducti non nisi Diabolum Diabolum, vel etiam mille Diabolos, ubi unicus abundè sufficeret, ore impio, ore sacrilego despumabant. Extat quidem rei hujus evidens Paradigma apud (15) S. P. Aug. apud (16) S. Thom. Cantiprat. apud (17) S. Casari-um; at cum lapsis jam seculis acta sint, à nonnullis inter vetustatis rudera perperam locantur, quasi verò quod cana ætas confirmat, minus fidei mereatur, quàm recentioris memoriæ factum; cum potius ipsius fidei firmamentum ab annorum & seculorum canitie desumatur.

Fuit hoc primùm seculò in oppido Provinciæ juxta maritimam Anticorum Raynaudo (18) teste 15. an. puella, quæ cum matri suæ inter prandendum procacius obstreperet, post mutuos verborum jaetus audiit tandem à matre supra modum exacerbata: à tot dæmonibus obfidearis, quot pisorum grana comedisti; hanc enim escam ad prandium adhibebant. Nec mora: ad matris vocem immensa vis immundorum spirituum puellam occupavit per tres annos ibidem stabilita: inde primùm sedibus suis proscripta, & in Orcum faccis exorissimis repulsa. Vienna: Allobrogum pagus est cui nomen Pinet; ibi hoc ipsò etiam seculò iræ impotens mulier filiolum triennem continuo

(15) S. August. l. 22.

Civ. c. 9.

(16) S. Thomas Cantiprat. l. 2.

p. 3. c. 55.

(17) S. Casarius l. 11.

(18) Raynaudo in pract. hist. 12.

H.

Audit clamantium vota diabolus in perniciem nostram.

Hist.

flentem placatura diabolo addixit. O liberi undiquaque miseri, filii estis parentes impetuosos & stygiis execrationibus addictos. Nihil in puero signa morbi apparebant, valens potius ac vegetus esse videbatur; ut primum tamen infelix mater execrationis diabolica verba complevit, filiolus velut fulmine ictus, humi funus corrui, & matris perfidæ immensum cordolium, astantibus verò maximum stuporem injecit. Quas poenas inconsulti dicti sui parens dederit ira prædominante in præceptis actus nobilis, refert (19) Delrio. Do verba citati Authoris: fuit nuper in Silesia nobilis quidam Satrapa, qui cum stato die plures convivas suam in arcem invitasset, hora autem præparata jam instante, factò undique grandi apparatu, nullus ex convivis appareret. Arcis Patronus & mensæ adipalis instructor, irâ succensus, hæc verba erupit: veniant ergò omnes Diaboli, si nullus hominum mecum velit convivari. His dictis, foràs prodit visurus, an non invitati hospites eminus accelerarent; unà iram concocturus templum petiit. Pastorem suum audit è pulpito pro more declamantem. Hæc interea adversa adium parte magnò numerò nigri equites appropierant, & occupant propylæum, & mox domestico vernæ imperant, suum ut verum ocus inquirat, eique significet, jam hospites adesse, domum præperè revertat. Currit ad Ecclesiam servus undique confternatus, hæc hero suo notificat, qui nescius consilii pastorem consulit. Pater hoc ocus consilium dictat afflicto, ut tota ejus familia tota domo exeat, quod cum properanter fieret, famuli & famulæ arce migrarent, proliti fortè infantem & in cunis dormientem in cubiculo relinquent. Per haustis adibus dæmones intus comessari occipiunt & vociferari, & patentibus fenestris jam ursorum, jam luporum, jam vulpium & canum, jam canum ac felium formis prospicere, imò etiam pocula ex monstrare vinò repleta, pisces, assaturas. Ecce quàm prona nostram perniciem dæmonum provolet caterva, si Deus in exerrantis lingue dictam vota expleat pejerantium. Hæc cum ipse Nobilis & loci pastor tota cum vicinia in spectaculum effusa viderent, pater infantem cubili intra castelli parietes relictum, conclamat aded: ah ubi infans meus! Vix questus suos exsolvit parens, unus ex diabolis de fenestris infantem exhibet ulnis stygiis incubantem & ejulantem. Hòc viso, pater totus abire pater, & ex animi deliquio humi fluere; sibi tentus omnem lapidem movere, ut orcinis unguibus lectissimum infantem submoveat. At quibus id mediis evincat? Habuit suos inter filios Nobilis iste vernam, eumque fidelissimum, religione Catholice

(19) Delr.  
Disq. mag.  
p. 1. l. 3.  
9. 7. 6. 2.

qui solus fidem hero probavit, eique operam suam quin & vitam impendit; hic herum ad se ex deliquio reversum his verbis affatus: age, inquit domine mi, si placet, vitam ego meam Deo meo committam, in Nomine Domini arcem lemuribus infestam solus ingrediar, & omnem conatum adhibebo, ut auxilio ac beneficio Dei salvum recipiam infantem. Lætus hōc nuntio herus clavem arcis vernæ tradit, eiq; ter felicem reditum apprecatur. Servus Crucis signo iteratis se vicibus obarmat, Deoq; plenus amplas subit ædes. Ut aulam attigit, in qua totus erat Orcus ad mensam congregatus, procidit in genua sua, seque iterum Deo ac Deiparæ commendat. Fusis precibus Cruce munitus ac rosario, tandem forti dextra januam aperit, videtq; Dæmones horrida specie ad mensam sedentes, alios stantes deambulantes, alios & uno mox impetu accurrentes & vociferantes: hui hui! quid tu hic locorum, malygia? Sudabat quidem totis artubus verna, divinitus tamen hoc in articulo confortatus, animos resumit, & Dæmonem illum, qui ulnis suis infantem gestabat his verbis affatur: e hodie alastor, infans iste putus est ab omni scelere, quō ergō jure animam labis nesciam tibi vendicas? mihi trade innocuam prolem. Dixit hæc, & unā Nomine JESU palam prolato infantem apprehendit quem ocius audito JESU Nomine ulnis suis Orcus dimisit, nil aliud cum sociis vociferatus, quā: Huc nebulo, nobis redde infantem, aut te vivum discerpemus. Servus autem minas stygias fortibus ausis explodens abiit incolumis, & infantem pariter incolumem patri restituit. Unā quoque tota Styx evanuit, ut in ædes denuō tota cum familia sua Nobilis posset immigrare. Sic quam domum nullus subire ausus est, vel purgare, famulus reparavit catholicus. Si herus cum suis post tam evidens fidei testimonium suis in delictis vitam protraxit, duplicem meruit vindictam. De illius conversione nihil memoratur. Id tamen ex dictis documenti loco eruitur, quo fructu Augustissimum JESU Nomen in quibuscunque gravibus ærumnis & Orci assaultibus invocetur; quō periculō & præfenti exitio nostro teterrima consuetudo Dæmonem compellendi contrahatur. Claudio sermonem hodiernum & in Strenam Auditoribus meis dico, dedico hoc prodigiosissimum, hoc Augustissimum, hoc Divinitate plenissimum Nomen JESU.

*Ecquis adhuc alio querat sub Nomine Numen?*

*Nomen ad hoc Erebi squalida regna tremunt.*

*Quisquis es, incertis cui mens labat anxia rebus,*

*Id si Nomen amas, spes rata vota dabit.*

Amen.

CON-



CONCIO IX.  
FESTVM EPIPHANIÆ.

*Vt & ego veniens adorem eum. Matth. 2.*

Herodiana Politia.

(1) Cornel.  
in ep. c. 2.  
S. Jac.

A.  
Plures ex  
Catholicis  
damnantur  
ob falsæ  
politie  
studium.



Ornelius in Can. S. Jac. Ep. (1) quaestionem movet curi-  
sitas plenam & utilitatis, an nempe plures, ex Catho-  
cis salventur, an damnentur? eamque pie simul ac doctè  
per problema resolvit hõc modò; solos si Catholicos no-  
cipias, rejectis Gentilibus Saracenis & Hæreticis, credes-  
sim plures ex Catholicis adultos damnari. Hoc assertum solos ad Ca-  
tholicos directum s. solidis argumentis probat, roborat, quæ inter no-  
merò tertium quod sequitur allegatur; plures ex Catholicis damnantur  
quia plures animò & linguâ, verbò & factò sovent principia politica  
& vitiosa, quibus à puero innutrientur & immoriantur; seu quodam  
fuerit Festo accommodum præsentì, quia magnò numerò passim  
diè etiam Catholici vestigia premunt Herodiana Opt. AA. Quis fuerit  
Herodes, non omnibus fortè compertum erit. Fuit Herodes politia  
veritatis strenuus assertor. Quæras cum Pilato (2) quid est veritas po-  
litica? dico paucis, ea est, quæ cum aliis cretice loquimur, quæ alio  
ora sublinimus, quæ alios splendide decipimus & supplantamus. Ego  
inquires, vel avus est vel atavus, vel proavus vel tritavus avem  
Machiavelli Herodes? Rem acu tetigisti: Non ovum ovo est tam simi-  
le, quàm similis sit Herodes Machiavello, Machiavellus Herodi. De-  
camus utrimque lineas parallelas, & unâ lustremus quo tandem fine co-  
ronata sit Politia Herodiana.

(2) Joan.  
18.

Philoni si credimus (3) fuit Herodes obscuris natalibus ortus, se-  
vus Almonaim, inde in templo Apollinis ad Ascalonem ædituus prorege  
minit (4) Josephus è tenui fortuna per vim & fraudes ad regimen elat-  
tus, nulla Dei rerumque divinarum habita ratione, in id diu nocturno  
tentus, ut per fas & nefas capitis nefasti trabeam firmaret, ævi  
pseudopolicorum alpha & oméga, cui tritum illud Cæsaris Lemna  
ore simul & à corde profluxit: *si violandum jus est, regnandi causâ*

(3) Philo  
L. Chro-  
nol.

(4) Jos.  
Ant Jud.  
1, 17. c. 8.

dum est. Et alterum: Cui pellis non sufficit leonina, ei ossi debet vulpina. His gradibus ex imo in altum grassatus, multos Urias Davidis instar blandè affatus, Bellerophontèis literis instructos neci dedit & extinxit, ut pravis animi desideriis omnes habenas tutius laxaret, sublatò illò, qui posset vota improba remorari, Philo ait, per eum in regni aditu 70. iudices interfectos, unò Babà reservatò, cui oculos eruit, ut per aliorum funera sibi vitam firmaret in ævum, corraso unde unde vanissimo prætectu vel proditionis vel rebellionis in Casarem suscitata, cum neutrum subsisteret. Ut autem probè capiatur, qui fuerit hodiernus Herodes, paucis obiter lineis hujus Ardelionis avernalem genium depingimus. En ut fraudulentum & clancularium veri rimatorem egit versipellis sycophanta! *Audiens autem Herodes Rex, Judæorum Regem natum esse, turbatus est, & omnis Jerosolima cum illo.* Timuit nempe, ne qui per fraudes in alienum Judææ regnum irrepset, à Messia, regnò iterum deturbaretur. Cum eo Jerosolima turbatur; qualis enim rex, talis grex. Regis ad exemplum tota se Jerosolima composuit, Scribæ maximè ac Pharisei, pravitatibus immersi millenis, Magnatum perfidi palpones. At vanus erat timor iste ac verè frustraneus, cujus rationem dat (r) (r) S. Fulg. *Rex iste non venit reges pugnando superare, sed moriens o mirabiliter subire; neq; idèò natus est, ut Herodi succederet, sed ut in eum mundus fideliter crederet.* Cum tamen regno suo ex hoc recens nato Rege timeret, antè statuit prognatum jugulare, quàm in virum adolesceret, more tyrannis omnibus recepto, qui compares è mediò tollunt, ut securius dominantur. Sic multò antè legitimos regni hæredes partim dolo, partim aperta vi occidit, & in illos omnes gravissimè defaviit, ut paulò superius memoratum, quos in regno sibi asscurando credere poterat obicem posituros. Quæ una etiam causa fuit, cur in vicinia Bethlæa latius sumpta 4. millia parvulorum occideret, ut sc. inter eos Christum etiam Judææ Regem jam natum interimeret. Hunc in finem multa ex Magis regibus clanculò queritat Herodes, & cum stellæ motum funditus explorasset, alio in conclavi, etiam ex principibus Sacerdotum, Scribis literatis ac legum Doctoribus sollicitè sciscitatur, ubinam Christus nasceretur, qui omnes *Bethlebem* pro Dei habitaculo divinis ex Oraculis designabant. His erutis, *mittens illos in Bethlebem dixit: ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis eum, renuntiate mihi, ut ego veniens adorem eum.* Credi poterat gaudiò animum subsultare, cum ex reditu certum nati Regis nuntium captaret, *ite & renuntiate mihi, ut ego veniens adorem eum.* En politicum sed impium, sceleratum, qui apertè

B.

Primus  
falsæ poli-  
tiæ Magi-  
ster fuit  
Herodes.

(r) S. Ful-  
gent. Ser. 1.  
de Epiph.

K

apertè

apertè fingit, se illum esse, qualis revera non est. Talem quisquis publicum refert, multis simulationum involucris naturam tegit in fraudibus & numerosos perfidiae actus resolutam. Dixit impostor, *ut Ego veniens adorem eum*, qui sicam interim transfigendo infantis pectus im-

C.  
Herodiana  
politia ubi-  
bique gra-  
fatur.

(6) *Aen.*  
Sylv. Com  
l. 1.  
(7) *Horat.*  
in Ep.

parabat. O quot hodie vestigia premunt Herodiana! dicite quis hodie ex animo candidè loquitur & germanè? quis nil unquam falsi verum miscet? Coram Friderico Cæsare Casp. Schlickius Bohemiæ Cancellarius palam edixit, se tandem illa in loca terrarumque plagas abiturum, quibus stimulationum larvis & fucatis hominum monstris penitus vacua essent. Cui mox Fridericus: ergo ultra Sauramatas aut glaciam Orenum tibi erit abeundum; sed cum eò etiam veneris, necdum omnium simulatione remotior locus carebit, si modò & tu homo, & non Deus fictus est aut fucatus. *His vitis nemo sine nascitur, optimus ille, qui nimis urgetur.* Horatio (7) autore. Est autem totius pravitatis materia facilè capitalior, quàm illorum, qui tum, cum maximè fallunt, id agunt ut viri boni esse videantur. Malus cum se bonum esse simulat, periculum est; & periculi plenior res est, si, qui oderunt, animi spumantis rabie contegant, altè interim æmulationis vel offensæ memoriam recordantur, quò fit, ut læsi subinde larga in obsequia descendant, ut media inter amicitia jura tutiore fraude, ac tectioe officiorum simulatione in æmulationis rancoris objectum grassentur. Ita lupinam scrobem florida fronde amictus cespes vestit, tegit; ita letale venenum melle circumlitum auripigmento obductum dulcoratur & illustratur. Canunt cum Herode pseudopoliticorum Antesignano avi nostri palpones hodie: *Ante mille jam peractis, nulla fides est in pactis. Mel in ore, verba laeta, in corde, fraus in factis.* Herodes etiam in hostes Magos Reges, novis Regis nuntios officiosus extitit; non læsit advenas, licet nuntii essent in vitiis propalatores; excepit peregrinos amicè, ut tantò certius Christianum perderet; fidem in parvis servavit callidus veterator, ut eam in magna commodius violaret. Misit hospites extraneos in Bethleem cum publicæ fidei & securitatis patentibus literis, quibus urbis portas etiam concubia nocte voluit referari; valedixit amicè abeuntibus Magis, & in aula reduces invitavit, inventò & adorato Rege redirent, & nuntiantes, ubi locorum cælò lapsus Princeps pacis coli possit & adorari, *ut Ego veniens adorem eum*, cum tamen actu jam sicam exacuente, quæ propria si posset, inventum Regem transverberaret, & letho committeret. En iterum pseudopoliticum tenebrionem? eludit Deus perhibita

conatus & Magos per aliam viam ad patrios lares reduxit. Hôc auditô, mox fremere Tyrannus, concuti, turbari, expedire milites, latentem atati bellum indicere cruentum, inauditum, & 14. millia parvulorum ferrô perimere, ut hôc mediô certus esset, de nece novo etiam Regi per suos carnifices illata. Hic tandem insolens protervia pedem fixit, ubi tot animulæ vivis è corpusculis sunt proscriptæ.

Nunc quem finem nactus sit tyrannus iste pseudopoliticorum princeps, obiter exponamus. Implevit per hoc infanticidium scelerum suorum mensuram; vix sanguinem fudit innocuum trux barbarus infanticida, futurus etiam Christicida, quantum in ipso erat, Dei Summi celerem sensit vindictam. Quinto die ab hac horrida parvulorum cade primitus febris, tussi, & dysenteria, inde podagra, hydrope, & quod caput est, phtiria si seu morbo pediculari, verendorum putredine, astimate, & intolerabili fatore percussus animam sanguinolentam, animam pseudopolitico ritu nonnisi fallere doctam, in tetram Stygem evo-muit, vivus à pediculis corrosus. Hanc Numinis vindictam omnes hodie fraudum figuli, & avernalis politiæ reprobî sectatores, Dei hominumque perfidi lusones, seu ut verbô dicam omnia, christiani Atheistæ extimebant.

Jam ad alteram paralleli lineam transeamus, visuri, quàm parilis fuerit Herodi Nicolaus Machiavellus, quem hodie velut Semideum colit, amat, prædicat & sectatur pseudopoliticus orbis sacer & profanus. Hoc prævio duce numerô propè innumerô ad tartara ruunt politici nostri. Si quæras, qui genus unde domo fuerit impostor iste, bipedum nequissimus lavernio, stygiæ politiæ orcinus faber, pauca ex innume-ris conglobatim accipe. Equè ac Herodes tenui ex fortuna in altum emerit factus ex Scribacio florentino Regum & Monarcharum repen-tinus Magister, aulicorum ævi nostri ter execrabile Breviarium, malo-rum principum mendax horologium, centum fulminibus dignum caput; his novam hæctenus & inauditam, imò inter Dæmonum adyta fa-bricatam mille dolis & fraudibus hirsutam statûs politici disciplinam, in odium pacis & concordia, in destructionem juris & justitiæ, in con-culationem fidei & Religionis Catholicæ, in exterminium naturæ Or-bi christiano invexit; hinc omnium in se animos, calamos etiam aca-tholicos excivit, fulmine suo ab Ecclesia damnatus, & in ordine infamium Scriptorum in Indice prohibitorum librorum positus, & quidem in fron-te ac prima classe locatus. Sub hedera speciosæ Politices nil nisi sum-mam nequitiam orbi vendidit, nil nisi palliatam iniquitatem mundo propinavit.

D.

Infelix o-  
bitus He-  
rodis.

E.

Non est  
ovum ovo  
tam simile  
ac Herodi  
Machia-  
vellus.

K 2

pinavit.

pinavit. Natus est quidem in Italia, & in patrio solo Florentia-  
reum visus concepit, sed conceptum in Gallia evomuit, ubi sua  
entia politica portenta cum enormi plausu disseminavit. Sustulit  
medio prima virtutis, pietatis, religionis & amicitia humana  
pia, quorum in vicem putida substituit, omnis fidei ac honestatis  
fiva. Sustulit arbitrii humani libertatem, Numinis providentiam,  
mae immortalitatem, fato & fortunâ regi omnia palam vociferat.  
Nulla hæresis tantas clades Reip. Christianæ invexit, quot exitialis  
politici statûs disciplina. Nulla flagitiorum pestis tot animas in  
barathrum demersit, quot hæc una novi atheismi mundo intrusi  
Orcum præcipitavit.

F.  
Stygia do-  
gmata Ma-  
chiavelli.

Docuit palam a vernalibus libris suis, quod pridem ante Herodes  
eticavit. Do aliquam hic loci dogmatum Stygiorum promulgidem, ex  
bus velut ex ungue leonem colligas. Juxta hujus lavernionis principia  
unum est sapere si personatus totâ vitâ incedas, si omnia in specie  
pedias, si omnia ad fucum elaboras, & nil penitus ad veritatem  
ris. Juxta hæc principia unum erit prudentia caput cunctos falles  
cunctis insidiari, Deum ubique, si commodum fuerit, exterius  
texere, interius irridere, sui se numen constituere, ad se unum  
quid agitur referre, virtutem in publico mentiri, vitia in cordis  
ditullio venerari, inexplebili avaritia mundum devorare, lites  
re, discordias excitare, omni ex parte machinationes extruere, hu-  
tis manibus amicitiam fingere; cum verò res & occasio dicat, pro-  
bè ulcisci quem odisti, & omnem humanitatem exuere. Juxta  
ima è Styge protracta principia satis est, si pietas, religio, & humanitas  
simuletur, tunc maximè, cum grandis aut commodi spes affu-  
Juxta hujus incarnati diaboli doctrinam, necessitas cum tulerit, imp-  
pidè peccandum est. Data fidei habenda ratio est quamdiu com-  
dum est, hóc sublatò, rumpitur cordatè ac dilaceratur. Quò  
venti, eò sensim sine sensu obverti debet navis, ita cum castis  
cum incestis incestè, cum sobriis sobriè, eum ebriis ebriosè, cum  
licis catholicè, cum hæreticis hæreticè, cum Atheis Atheisticè  
dum est. Injuria tibi tuisque facta talione vindicanda est. In-  
rius & infamis est, qui cum non facit. Duellum si offertur, ac-  
ptandum est, ne honor perdatur. In conviviis cuilibet ad  
haustus properanter respondendum est, ideòque totus homo in  
gratiam & sanitatem inebriandus, & protrita ratione bestificandus  
est. Vita & fortunæ propugnari debent mordicus etiam cum dispen-  
Legis divinæ. A fato & a fortuna aguntur omnia & diriguntur.

providentia divina nulla est. Subditos inter alendæ sunt continuæ factiones; sic tunc in eos summi Proceres grassantur & libidinantur. Princeps, qui opes suas augere, & imperii fines statuit ampliare, artem mentiendi & fallendi addiscat necessarium est. Credatur firmiter, nullum ex animo amicum dari, sed nec ulli ex animo deferenda est familiaritas, ita tamen singulis blandiendum est, quasi singuli amentur. Surgendum est transeunti, loco cedendum est obvianti, honoris & amoris tituli assatum repetendi, licet animus irarum fluctuet æstu. Ante omnia consuli debet statui politico, prolibus & familia. Ut statum retineas, ut augeas honorem, modis omnibus evitandum est, nec curandæ sunt vel Dei vel Ecclesiæ leges, si obstant. Fraus omnibus est necessaria, quicumque parvis ex iniitiis crescere conantur, quæ tantò minùs turpis est, quantò quis magis eam poterit operire, & quæsito prætextu occultare. Anima humana eadem cum bruti anima mortalitate, in sui nihilum cadit, perit; ergò nec cælum datur, quò boni præmientur, nec avernus, quò pravi puniantur. Ita Deus è cælo proscibitur, cujus providentia uni fato attribuitur. Ita pulsa formidine pœnæ in scelus aguntur improbi, & extincto virtutis & abjecto immortalis præmii amore, nullis ultra stimulis ad bonum excitantur, nullis ultra frænis à malo abstractuntur &c. Sufficiant pauca, ubi prostant innumera. Et his quidem principiis à recta fide, à literis divinis, à sanctorum Patrum decretis, à ratione, à natura, & à sancta veritate tantoperè alienis, hanc in horam pseudopolitici nituntur. Ad hanc Machiavelli regulam actus suos & consilia metiuntur; & quia hæc dogmata, hæc tartaræ leges apud benè multos vicem subeunt, Decalogi divini, accidit prò dolor, ut semel animò haurita hæc Errabi principia, vix unquam toto vitæ decursu ponantur aut rejiciantur, ne quidem in confessionali sacro; quia ubi de puncto honoris, de lucro, de commodo, de burfæ ac nominis augmento agitur, ibi nec Deus curatur nec Diabolus, nec Conscientia, nec Infernus. Quidquid contra hæc detorment Ecclesiastæ, ab his Dei ac divinorum Dogmatum ludionibus constanter exploditur & ridetur. Quàm similis sit Herodi Machiavallus nihil fallor, ex dictis clarescit. Quod Herodes practicavit, id Herodiana politica affecla Machiavellus per suos pestilentes libros toti panè mundo instillavit etiam catholicò, utinam non sacro quoque ecclesiastico & religioso; hinc rectè superius memini ex Cornelio, nos inter, qui Catholici dicimur, plures adultos damnari, quia plurimi hodiè his avernibus principiis in præcepta aguntur, indigni, qui nomen ferant christianum, rectius Atheistæ vocandi, quia illorum quamplurimi atheorum Magistrum, seu atheismi publicum Doctorem pronis auribus hauriunt,

& impiissimi nebulonis genium pravis ausibus æmulantur. At verò sicut vidimus, quàm turpi obitu suo pseudopolitiæ suæ pœnas dederit justo Deo, à vermibus corrafus Herodes; ita nunc pariter lustramus, quo fati genere Satanae minister extinctus sit Machiavellus, Paucis totum expedio. Cælum ejurans, Deum blasphemans reprobum spiritum suum in sinum Luciferi, cujus regnum tantoperè ampliavit, colò per Orcum obverò evomuit, eructavit. Metuant parem exitum æmulatores ejus & discipuli, servi hujus Atheistæ nebulonis & serviliani, qui hunc avernalem Magistrum perfidè sectantur, Ithyias illius leges & statuta identidem manibus terunt, juxta hos phlegetonianæ fontes suis cum subditis agunt malitiosè, libris hisce rectius Vulcani dicandis suas decorant Bibliothecas, insuper habito fulmine ecclesiastico in hujus Authoris lectores, & à fortiori in perfidos quos affeclas per latam excommunicationis sententiam fulminato. Scio evidenter & doleo, quot & quantos Viros etiam moribus claros etiam religione illustres, hic atheorum Herodianus magister intencârît. His ego nunc coronidis loco Comitem referam, quem legibus athæis ad duplicem corporis & animæ interitum Machiavellus magister adhuc vivus instruxit. Sapiant Comitæ exitiò residui hæc scycophantæ discipuli & tartareas illius leges adhuc hodie fortiter operent. De fide facti, quod narrare aggredior, nemo dubitet. Exhibita est tragœdia hæc publicis scœnis Ingolstadii in Boica lapsis annis nunquam sanè in theatrum publicò spectaculò proditura, nisi totius storiæ fides fuisset integra & intaminata.

H.  
Et discipuli  
ejus.

Obtigit Machiavello in disciplinam claris natalibus ortus & Comitem stemmate perillustri Adolescens natione Gallus. Leontium dicunt Ingolstadienses periochæ. O sanè miserum discipulum, qui nactus est tam diabolicum magistrum! quid boni ab eo discere potuit, qui totus erat vitium, Orci excrementum. Politicæ legibus præcipua obiter tactis ita innutritus est, ut paulatim juxta leges publicæ omni lege solutus, in omnem libidinem præceptis rueret Comes. Una ei regula fuit, nullis regulis constringi, & qua data porta, in omnem scelus efferari; ita cum sibi uni & pravis affectibus suis servatis omnibus domesticis, omnibus vicinis factus est oppidò gravis, & verò Deo etiam intolerabilis, cujus divinißima Majestas quotidianè inter flagitia ita evilit, ut omnem illius providentiam suo cum magistro abnegaret, donec horribilibus pœnis multatus, damnò suo disceret Deum dari, scelerum vindicem & immanis perfidiæ ultorem. Intra-

Hist.

forte sybaritico luxu splendicans convivium Comes, ad quod multos pariter illustres convivas invitabat. Jam status dies regalis mensa illuxerat, jam gulæ illicium facturus Comes urbis pomæria obambula-  
bat, ecce casu cæmeterium transgressus, juxta viam humi jacentem calvariam offendit. Palluit ad tristem depilis globi aspectum Comes, atque mox iterum ad obtutum ita tragicum offensus, more recepto tumidas exarsit in iras; his turbidus calvum caput impio calce protrivit, in re maximè seria etiam humi jacens caput eo panè ritu, quò olim pueri male sani Elysaum lufisse leguntur (7) *ascende Calve &c.* (7) 4. Reg. 2. petulanter affatus: rhodium Calve, dic, si potes, & pauca quæstionis puncta resolve: anne verum est, quod passim spargi solet, nostrò corporis antrò spiritum concludi mori nescium, quo præsentem totum corpus vivificetur, quo migrante extinguatur? is si corpore maectato non pereat, sed vitam extrahat infinitam, dic, ubi locorum post fata hæsitat? an porrò altero in orbe aliqua datur aternitas? an ibi ad severum tribunal Deus Judex sedit? an ibi piis merces aliqua deputatur, & pœna sceleratis? hæc pœna num temporaria est, num semper duratura? hæc & alia cum politicus Comes amaro cum splene vomuisset, nova protervia eaque in auditâ mortui hominis calvariem, etiam ad mensam suam sybariticè instructam & pluribus convivis illustrandam joci gratiâ invitabat, eum in finem, ut inter dapes & pocula, more olim gentilibus recepto ad politas quæstiones evidens responsum daret. Nihil quidem præsens calvaria audacissimo nebuloni respondit, at quanti steterit Comiti hæc insolens provocatio, mox patefcet. Sic ergò sine resolutione ad quæstiones repõta, quam credit impossibilem esse, Leontius abiit & recessit. Domum delatus jam in unum congregatos convivas amicè salutatos, mensæ adhibuit. Factum est initium adipali epulo, & communi omnium gaudio. Illata sunt mensæ fercula lauta, regia; curvabant in orbem grandes pateræ, fœcundi calices, aurei crateres, nectare pleni & ambrosia; læti omnes: vivat, bibat! Leontio acclamabant tantæ lætitiæ promocondo, accinentibus suaviter phonascis & statolpis. At vix umbilicum tenuit licentia convivandi, en malum malorum maximum, spectaculum vix unquam in Gallia visum, triste cumprimis & luctuosum, genialem mensam turbavit, evertit; ut nempe & hîc sacrum illud vaticinium expleretur (8) *extrema gaudii luctus oc* (8) Prov. 14. *cupat. Tenent tympanum & cytharam & in puncto* (9) *ad inferna descen-* (9) Job. 21. *dant.* Mel subito in fel, in absynthium nectar migrat & ambrosia. (9) Job. 21. Accurrit ad Leontium herum suum tremulo pede, pallido vultu & palpi-



palpitante lingua famulus lateralis, atque ante ædium fores vivus mortui hominis simulacrum prostare, & ingressum urgere. Nuncio fatali panē omnes convivas exanimari videas, antequam novum hospitem oculis spectarent. Excitabat quidem singulos Leontius, sed horrorem animō præconceptum nec minuit, nec absterfit. Rillius Comes atheismō infectus, qui nec Deum crederet, nec oculum, nec orcum, donec expertus disceret Robertus, dari singulum dedit adeo in mandatis alteri famulo, ad omnem proterviam politico ritu abjecto lurconi, ocius ut monstrum examinaret, unde in ædes tempore tam importuno, & quid sibi vellet invisa larva? imperata procax verna, mox tamen è vivo mortis simulacro intellegit hero suo diceret, se ab eo cœmeterium transeunte ad mensam invitum esse, & licet non condixerit, nunc tamen præsto esse accersitur, ut heri votis faceret fatis, & ad postas quæstiones super mensam succurrendo responsum daret desideratum. Hæc cùm Leontius audiret, memor, quid ad calvariam dictum esset, expalluit nonnihil, mox tamen vitro grandi metum diluit, atque iterum alios hōc vernā perres, hōc audaciores famulos dimisit, qui hominis mortualis larvas suis ab ædibus profligarent, eique dicerent nullum his hospitiis locum in mensa prostare; alios unā properè dimisit, qui fores ædium probè obserarent, & pessula omnia fortiter obducerent, si forte volentis ausibus aditum quæreret turpe spectrum. Sed vana fuit sine veribus ira; quis spiritum mole corporea destitutum remoretur? clausis penitus murum & chalybem illæsis feris penetrabit; hic uno ilato trabibus & feris immisso, ultrò dissiuebant repagula, viamque referant tremendo hospiti. Ascendit illic per scalas horribilis larva, cœnaculum irrui, magnis passibus ad Leontium contendit, & illius se lætissimum applicuit ossea hominis larva. Vix locum tenuit negatum, iussit totum confessum cepta prosequi, gulam raris dapibus explere. Leontii salutem spumantibus cyathis ad fundum exhaurire. Multum temporis disfluxit, inquietabat larva, ex quo nullum ego cibum, nullum potum gustavi, nunc ergo longam plurium annorum inedia hic loci refarciam. His dictis, ossis manibus grande poculum protabat, & bibere cepit Leontii sanitatem, inde alios omnes ad similes haustus accendit. At nemo fuit ex omnibus convivis, qui præconbibonem sequi vellet, quin potius id unum spectabant singuli, quibus technis tanto se discrimini maturè subtraherent; sic unus post alterum è triclinio aufugit, ut solus tandem Leontius & magister

Machiavellus cum mortuali larva in mensa relinqueretur. Causa suæ cum diffideret Machiavellus, ipse quoque totis viribus abitum urfit & obtinuit, Leontio frustra rogante, ne hoc in articulo discipulum suum Machiavellus desereret. At furdo fabulam; abiit, excessit, erupit, evasit Machiavellus, alteri fato à justo scelerum Vindice reservatus, & fuga pariter dilapsus, omni ope ac consilio Leontium destituit. Voluit quidem aliorum omnium exemplo properis pedibus salutem in tuto locare Leontius; at quocumque Comes fugeret, fugienti se larva tota objecit, violentè ad fores penetrantem manus ossæ comprehendit, his verbis præsentem Leontium affata: en præstò est, quem hodie ludicra invitatione ad præsentem mensam evocasti, adest modò is ipse, cui per immanem jocum & audaciam in mandatis dedisti, ut super mensam quæstiones à te positas resolverem. De illis ergò sequens cape responsum: per mortem temporaneam non omnia in homine moriuntur; vitam suam alterum in Orbem migrans à corpore anima transportat, ibi æternùm victura vel inter Cœli gaudia, vel inter Orci tormenta, prout sententiam ex urna hausit divina, quam nulla unquam atas, nulla potestas evertat. Noli asserti hujus firmitatem in dubium vocare, hæc tibi juratus eloquor, & Altissimi jussione coactus. Qui genus, unde domo sim, nōsse si cupis, en meos lares patrios & vitæ in vivis exactæ splendidam conditionem tibi fidenter detego. Probè hanc ex sanguem & continuo ex ossæ fabricatam structuram suspice. Sum ego tibi proximo sanguine junctus, sum ego avus tuus, ergò tu nepos es meus, sed heu! uterque nostrum male fausto sidere prognati ad pœnam, ad gehennam. Calvariam nobili tumulo Styx eruit & pedibus tuis objecit. Meis ego iniquitatibus, blasphemis, pauperum pressuris, ac plurium scelerum horrifico acervò focos merui æternantes, & utinam his aliquando in cineres anima mea combureretur! at verò ignis meus inextinguibilis est; anima mea immortalis est, vita in perenne tormentum identidem renovatur. Hòc vitæ inter ignes perpetuandæ decretò me justus scelerum vindex Deus ex alto fulminavit, nunc propediem te quoque nepotem meum fulminaturus, qui hanc in horam protrita sanctiori disciplina, sine ratione, sine lege, sine Deo, sine conscientia, abominandis te flagitiis contaminasti, & vitam duxisti exlegem, quasi nec Cœlum nec Orcus daretur; & huc quidem nunc tibi erit ex tempore abeundum, sanguis meus, nunc vita tibi tota cum æternitate mutanda; ne verò tibi grave sit iter tam prolixum in æternitatem aggredi, en faciam ego, ut totum viæ spatium brevi compendio

L

absol-

absolvas, meis illuc brachiis deportaberis. Dixit hæc avernalis umbra, & mox Leontium expansis brachiis amplexas cognatas inter manus impidantem & luctantem, ita fortiter vicino parieti allisit, ut cerebrum sanguinolentum muro adhæresceret, totius tragœdiæ vivax argumentum. Redibant postliminio stupore, ac horrore pleni conviva, vultus vestigia muro impacta; at cum nil uspiam de corpore compareret, cum in sententiam omnes abiêre, à spectro illo corpus simul & animam Orcum abrepta esse.

Adesse modò pseudopolitici mangónes, Herodis posthumi Machiavellistæ, Atheistæ, & vestri commilitonis cerebrum muro affuit suspicite. Hanc vitæ coronidem pseudopolitici metuant, qui hoc ad ad diabolicas Machiavelli leges ita vivunt, quasi nullus in cœlis Deus existeret. Nascitur ex stygiis his principiis efrons audacia, ut lacum quasi habenis in præcipitium ruat pseudopolitica mortalitas. Fallunt toto cœlò, qui tam putidis pseudopolitiæ principiis nixi, arte dumtaxat & industria purè humana, improba calliditate ac dolis vitam firmam fatagunt & fortunam, nulla divinorum habita ratione, protracta Dei que candido cultu penitus neglecto. *Non est consilium, non est prudentia* (10) non est industria ulla *contra Deum*. Ut prospere operentur, ut ratio communis status, ut tota familia, bonum publicum & privatum conservetur & amplietur &c. fides floreat & religio, colatur, ardeat divinus, *pietas ad omnia utilis* (11) Paulo teste, nova inducipiat incrementa & ubique sancta veritas colatur. His basilibus nova salus publica, salus privata, ut experientia docet quotidiana, pluribus exemplis firmanda, si tempus suppeteret. Procul itaque hinc faciant, qui statûs rationem pluris æstimant quàm religionis, qui legibus divinis insuper habitis & conscientia remorsu, qui pulsa pietate ac veritate pro ratione, pro lege, pro una politia norma lucrum ponunt in diva bursa. Verbo: ut prima monet Veritas (12) quærat<sup>ur</sup> ante omnia Regum sanctorum exemplo Deus & regnum ejus juxta leges cœlestes præscriptas, juxta decalogum, & purioris conscientia dictamen, & quidquid sperare possunt Politici, adjicietur vobis.

Amen.



CONCIO X.

FESTVM S. SEBASTIANI

telis confixi Martyris.

Qui vexabantur à Spiritibus immundis curabantur. Luc. 6.

Blasphemix Spiritus.

Uridini amoris Deo, Veneris & Vulcani filio duo Sagittarum genera Poeta affingunt AA. aurea nempe & plumbea Ovidio (1) teste. Aureo figit, ut ordinatum amorem proliciat, plumbeo vulnerat, ut quoscunq; pravos amores proscindat. Audiatur in rem memoratus Poeta:

Déque sagittifera prompsit duo tela pharetra  
Diversorum operum: Fugat hoc, facit illud amorem.  
Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta.  
Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum.

(1) Ovid,  
l. 1. met.

A.  
Cupido  
aurea &  
plumbea  
tela eiactur  
latur Deus

Ex hac fabula centies veri nominis historiam facit ter clemens Deus, de quo pridem cecinit Psalm. (2) arcum suum tetendit, & paravit & pharetram, sagittas suas ardentibus effecit. Expertus id fuit Antonius Martinus Soc. Sacerdos, vir vitæ sanctimoniâ illustris, cui Nurnbergio (3) teste JESVS ipse arcu & aureâ pharetrâ instructus apparuit quâ omnis generis sagittas conclusit, aureas, spineas, plumbeas. Aureâ charitatis sagittâ virginem Theresiâ pectus transfixit, cum sine vulnere vivere nollet in amore; hinc illæ voces: Domine, aut pati aut mori. Spineâ sagittâ melleos Bernardi animos transverberavit, cum se ultrò ad configendum veterem hominem ex Numini conati obtutu extimularet (4) non decet sub spinoso capite membrum esse delicatum. His telis, his spiculis suos, quos amat, Deus ferit, ubi nec Deiparæ quidquam legimus indultum, de qua idem Psalter (5) cecinit: ferrum pertransiit animam meam, eamq; ita confixit, ut nullam in virginali pectore particulam dolore vacuam relinqueret. His hodie Christi

aurea Spi-  
nea &  
plumbea.  
(2) Psal. 7.  
(3) Nurnb.  
(4) de art. vol.  
l. 4. c. 68.

(4) S. Bern.  
Serm. de  
OO SS.  
(5) Ps. 104.

fti affecla Sebastianus ita oppletus fuit, ut vix locum in corpore barbari milites reperirent, quem telis suis impeterent; meruit inde coronas in caelo, quot cicatrices conglobatae sunt à tyranno. Sed nolim his telis plūs ultrà hic locorum immorari; scio, alibi per me jam discussa sunt & palàm commendata. Ad tertium tanquam hujus Sermonis principale objectum transeo telum nempe plumbeum, quod suo pondere deorsum trahit, & faucios mergit abyssò. Plumbea sagitta vicinobit quodvis grave peccatum, quod plumbi instar animas flagitii in Orcum deprimit, quia sacros amores totaliter dissipat, & homines in locum pravos, impios, execrabiles, & stygios subornat. Hòc telum plumbeò plures alios configi video & macari, quos teterrimus blasphemiae spiritus infestat, spiritus verè durus & asper, crudus & crudeliter execrandus.

B.  
Plumbea sunt blasphemiae, quibus Deus impetitur, atque iterum è caelo Blasphemi in Orcum percipiuntur.

(6) Innocent. III. l. 5. Decret. tit. de sag.

Dixit olim Innoc. III. (6) *artem sagittandi odibilem* & mortiferam Gregarii Juris interpretes sumi volunt Pontificis dicta de omnibus illi qui bellò injustò Christianos cum arcibus & sagittis lacessunt. At vero reor, an Pontificiae sanctionis probam interpretationem exhibeant quid enim peculiare in arcibus & sagittis? an quòd eminus & quòd insidiis hostem impetant: at verò dolus an virtus quis in hoste reperat? an minùs peccet, qui sicà cominus latronem agat, quàm qui è pò eminus hostem trucidet? rectius dixerim, hoc Canone blasphemum spiritum anathematizari, cujus ex instinctu tela plumbea in caelum Deum blasphemi lurcones ejaculantur, unde in caput recidunt blasphemum, ac centum fulminibus dignum lurconem in Tartarum detrudunt. Vidit Innocentius Pontifex maximus à tergemino vitio terrarum orbem succensum, justas in iras Dei potentiam provocari, jamque tribus telis properè assumptis castigare rebelles, ecce Misericordiae Mater & Dominico & Francisco Seraphicò stipata, filio savienti clypeum obicit, & exitio fatali mundum eripuit; unde Orbis labantis triplex Columna hanc in horam extollitur Deipara, Dominicus & Seraphicus Patriarcha Franciscus. Hæc inter tela facillè primatum tenet Blasphemum, quibus astra simul & Erebi antra pulsant perfidi; quidquid enim hoc ex sagittis sursum volat, in sagittantium caput impetuosè relabatur, ut reos perimat, & plumbeo pondere in Tartarum detrudat. Monuit enim pessimos hosce jaculatores Poëta, ut desisterent malignari, nec ultra in caelum os ponerent stygium:

*Stulte, quid in caelum jacularis ab ore sagittas?  
In stolidum recident spicula missa caput,*

Et caput tartarô dignum maectabunt. Sicut hodie nihil tritius est blasphemiam, ita nullum pariter scelus est, quod à Deo gravissimè læso, acriter pœnis vindicetur. Pleni sunt omnes libri tragicis exemplis, quibus ad oculum clarescat, Deum vix unquam citius ad plumbea tela coelitus in reos ejaculanda provocari, quàm si eminus scommatis & sarcasmis Divinam Majestatem à perfidis terrarum filiis proscindi, linguæ insipientis spiculô jam sacra illius Vulnera, jam septena illius Sacramenta protervis ausibus dilacerari. At verò ubi maximè locorum hoc sagittantium genus stabulatur? Totum orbem circumspice, nullibi Deum frequentius blasphemari audies, quàm inter pocula, chartas, & fritillos, in popinis & in lusoriis tabernis. *Fœcundi calices, quem non fecere disertum?* usu pro dolor compertum est, quotidiano, blasphemiarum fertiles palæstras dari tuas maximè, lusum & comotationem; hic hiccies ore sacrilego sanctissima Christi Sacramenta contemnerantur; hic hic millies salutifera illius Passio verbis stygiis dilaceratur; hic sine fine diviniissima ejus Vulnera impiè, protervè renovantur; hic sine numero in mendacii testem Deus assumitur; hic mille juramenta, imprecationes ac diræ audiantur, quas animus horret cogitare, nedum enarrare. Hoc quoties fieri video & auribus haurio, toties longanimum & mansuetam rei patientiam demiror, qui non è vestigio blasphemus hujusmodi, terra rictum referante, in profundum barathrum deturbat. Cur, quæso, ô impia, vino inflata lingua adeo barbarè Servatoris tui Passionem proscindis! nunquid ultrò mortem tulit, ut te ab æterna morte liberaret? Cur Vulnera illa dilaceras, per quæ Patri suo te filius reconciliavit? Cur sanctissimos Sacramentorum fontes exsecraris? nunquid omnium fluunt saluti? quid tot diris tanquam telis undique truculentis Deum maectas, necas? Augustino (7) teste, *non minus peccant, qui blasphemant Christum regnantem in Cælis, quàm qui eum crucifixerunt ambulantes in terris.* Scimus è Gregorio (8) Deum etiam in puerulo quinquenni blasphemiam per Orcum vindicasse, & in vobis, ô adulti, ac rationis Compotes Christiani penitus inultam tolleret pravitatem? Ne quæso vos lætet, nec adunco nasô suspendat vana & frivola hæc fiducia, quâ toties enormes blasphemias vomuistis, & nihil tamen vindictæ ab alto hausistis. Deus non irridetur, triplicatur tormentum tandiu protelatum.

Horridum auditu est, quod exemplis suis Bonciarius (9) inferuit. Author reum vocat Misotheum Galatinum, impiè in Deum ac Divos dicacem Italum; hic ex pessimo habitu tantam blasphemandi

C.

Lusorie  
& potatorie tabernæ ut plurimum  
blasphemias

D.

Exprobratur blasphemias protervia.

(7) S. Aug. Ser. 113. de temp.  
(8) S. Greg. 1. 4. dial.

(9) Ant. Bonc. in Exemp. num. 3.

**E.**  
Intentan-  
tur graves  
pœnæ blas-  
phemis.

Hist.

consuetudinem contraxit, ut credi posset alteram in naturam transiisse, quam furcâ expellas, tamen usque & usque revertat. De huius vitii exterminio nunquam erat anxius Galatinus, sed eo potius malitia progressus, ut sibi meris ex blasphemis in Deum ac Coelites contra sua grandem catalogum construeret, secumque velut amuletum delictorum, quocunque pedem exporrigeret; ita semper in promptu habuit novam formulam, Deum inauditâ proterviâ blasphemandi. Proscriptum est plurimum adibus & tectis inquilinus, quia timebant; ne plures illi luerent innocenter, quod horridis ausibus peccavit blasphemato. Quod si passim tentaretur, blasphemii vel pauci essent, vel nulli. Domus ultima, quâ paucis ante obitum diebus protrusus est, erat Balionis nemus, quâ desertâ, unô aut alterô puerô stipatus, in vallem silvestrem prodiit aucupatum. Silvæ illatus prædandi avidum accipitrem in tudulos emisit; hi verò cum se ocus subduxissent, ac celeri flexu rapacissimos ungues fraudâssent, spe sua frustratus auceps, ocus in caelum more jam pluribus annis recepto, atrocissima convitia jactabat; at ego celerem Rei vindictam! centies imò millies antè blasphemias voces vomuit impunè, Deo quasi ad enormes calumnias dormiente; nunc toto impetu in reum sævit divina Themis. Currens post prædam auceps repente in puteum labitur, bufonibus & cerastis oppletum. Incidit miser pueros, colonos, si qui proximis in casis. Vocat enim hoc in articulo deprehensus in vota sua quosvis advenas, opem ferat misero & cum præsentis fato luctanti captivo. Ita tela in caelum paulo ante procaciter ejaculata, in proprium caput relapsa sunt nullis artibus repellenda. Accurrit quidem puer, casum tamen haud vidit, sed cuspitem duntaxat ex imo telluris hausit, nescius, quò herus defluxisset, properè itaque ad opem ferendam ex vicinia ruricolos accersit. Ventum est in subsidium à pluribus colonis, at ubi herus esset, & quid pateretur, ignorabant præsentis; solus ejulatus aures pulsabat; quippe putei densis rubis & vepribus obstructum, scrobem occultabat, & collis circumcirca horridus, ac numerosis virgultis hirsutus, omnem vestigandi facultatem ademerat; ita qui aderant, frustra oculis requirebant clamantem. Interim continui ejulatus auram in cavea conclusus. Mox ergò funes, perticæ & alia ad extrahendum machinamenta properari: pars vepres & virgulta cædere, pars plures in subsidium coadjutores accire, pars vociferantem ex alto consolamur.

hortari, ad Deum, divosque Cœlites vota faceret captivus, seriam poenitentiam Superis adpromitteret, seque totum divinissimæ Voluntati consecraret, venturos propediem, qui junctis viribus salvum extrahant, & pristinæ reddant libertati. Hæc inter multa quidem colonorum turba confluit, & pro sua quisque copia vires exferunt; demissi autem in puteum funes & arbori proximæ firmiter alligati, ad quos impigrè se Misothæus applicabat, infimis precibus & grandibus promissis, ad se celeriter sustollendum, ruricolos hortatus. Jam omnium manus laborabant, jam opus totum fervebat, & funem ex imo attraxerant, sibi de operis felicitate ac lucro inde ad colonos resultaturo impensè gratulati; ecce spectaculum miserum, horridum, quod operas exterruit, & in fugam profligavit tractores; jam ad putei marginem grandi fune appensus Misothæus ascendit, vidit eum præfens turba tot serpentibus implicatum, lacerum, eruentum, ut qui subsidio venerant agrestes, ex horrido aspectu justo timore correpti fugam capefferent plerique ruricolæ, paucis exceptis, quos misericordia movit, ut ne funem à sociis desertum manibus quoque dilabi paterentur; cum verò Angues per funem reperent, & nudas ruricolorum manus propè propiùs attractarent, parum absuit, quin omni ope ac opera Misothæum destituerent. Ita cum fato luctantibus rusticellis, grandis quidam Serpens properè funem ascendit, rectaque petiit funi admotas manus. Jam proximo gradu visus est lethalem morsum expromere, en villicus manu rapuit securim, serpentem manibus proximum uno ictu mactaturus; ferro itaque totis viribus in dipsadem sublato, ictum exibrat; at quæ infelicitas, seu potius Ultoris præfens erat vindicta, angue ictum declinante, funis ipse succisus est, & infelix homo præceps iterum in puteum suis cum serpentibus delapsus est. Poterat quidem hoc in articulo per vivacissimæ contritionis actus & poenitentiae vota in statum gratiæ se Misothæus librare; at cum videret, actum esse de vita & angues undique in prædam irruerent, pessima persuasione corruptus, se à Deo, tot ante blasphemiis profcisso, totaliter desertum ipse quoque Deo ac cœlo nuntium remisit, & totam oris blasphemiam, in Cœlum Cœlique Conditorem Deum expuit, moribus serpentum confectus, & diris in Deum blasphemias immortalis. Re ad urbis proceres delata, nullus erat, qui non ex præcognita blasphemandi protervia vindicem Dei poenam agnosceret, reique justitiam commendaret, illis Psaltæ vocibus (10) identidem prolatis: *justus* (10) *Psal.*  
*es* 118.

CON



es Domine *Et rectum est iudicium tuum!* Sic perire debent, qui Divinissimam Majestatem tuam in terris blasphemant, quam nunquam dignis possunt laudibus celebrare, hispidi, crudi, & hirsuti mortales. Expurgatus est locus ille, & nil in puteo præter arida blasphemæ ossa repertum est. Hem simile fatum horroris plenum omnes illi cœlitus expectent, qui blasphemæ telis sursum evibratis ipsi Deo diem dicunt, & fata intentant millena. Tam infandi sceleris rei homuncions non simplici mortis genere mulctari debent cœlitus. Discant hinc Cœli perfidi tela stygia ex oculis, ex animo seridè remove, quotquot hæc nus vel irâ perciti, vel vinò depositi, vel lusibus exhausti, totam Cœli blasphemæ vomitum in Deum ac Divos Cœlites diffabant. *Qui servator est Majestatis, opprimetur à gloria, inquit (11) sacer Textus.* Deum bonum! si sola scrutatio Majestatis tantis è cœlo pœnis proscinditur quibus pœnis & tormentis Divinissimæ Majestatis conculcatio, & blasphematio proscindetur?

(11) Prov.  
25.

F.  
Monita  
præsenti  
ab exem-  
plo educta.

(12) Levit.  
24.

Discant hinc uterque Magistratus tam politicus quàm sacer, Urbium & Oppidorum Præsenti, Consules, Prætores, Judices atque ædum Patroni, severissimis pœnis in blasphemos animadvertere, illos etiam vocis & tectis suis proscribere, nisi desinant malignari. Id nō faciunt, tantorum scelerum simul & pœnarum se participes reddent, imò non tantum se, sed totam aliquam communitatem grandibus ærumnis obnoxiant. Mortis pœnâ jam olim in Vet. lege (12) Deus corripuit blasphemos saxis obruendos; in nova lege nullum scelus est, quod tam exitium fuerit tormentis cœlitus vindicatum, quàm Blasphemæ infandum crimen: jam terra vivos absorpsit, jam Orcus abripuit, discerpit, affavit, & canibus putidam carnem absumendam projecit, ut proximis iterum Festis audiemus: jam sudo & innubi cœlo fulmine deciduo extinctus est blasphemus. Hoc fulmen utut ad alios quoque feriendos aptum sit, ita tamen frequenter telis hisce trifurcis (sic fulmina nuncupantur) Deum sagittantes blasphemæ cœlo transverberantur, ut videri possit propriè creatum esse fulmen blasphemis sub sole castigandis & exterminandis. Horreant vindicem Dei manum hoc scelere infecti; timeant tonantem Deum, & blasphemos aut blasphemæ toleratores ex alto fulminantes, ut primum sæva ingruit tempestas. Fugiant omnes ac singuli à face arcus divini, quem jam paravit in sceleris hujus vindictam justum Nomen, & ori procacissimo forte lupatum injiciant, ut inde nil proficiat, quod Dei ac Cœlitum gloriam obscuret.

1817

Oppe

Optarem ego hic loci, ut omnes illo Zelô tuendi honoris divini exardecerent, quô nobilis ille Hispanus exarsit, Joannes Hurtadus hic, ut Vincent. refert Justin. (13) cùm blasphemantem audiret, vir (13) Vinc. aliàs mansuetissimus, leonis instar os blasphemum generosè in faciem Just. in vit. represit: mentiris nequam: Deus non est is, quem tu impiè depingis; S. Telm. sanctus, bonus, justus, & misericors Deus est. Hæc objurgatio hominem iræ impotentem sic exacerbavit, ut stricto in increpantem pugio- ne: quid tibi mecum est negotii, nebulo? an ego tibi porcus sim aut infamis? at his nil territus Joannes, môx ad martyrium comparatus, in genua procidens, hilari vultu reposuit oggere mihi probra frater mi, pejor ego sum! quàm tu dicere valeas; at verò Deum cave ne blasphemus, quoniam bonus, quoniam sanctus, & infinitè in te ac me misericors est. Plus à nobis, qui toties blasphemias audimus, aureus Orator expetiit, cum quo præsentem sermonem (14) concludo: Si quando (14) S. Chry- blasphemantem audis, alapâ faciem ejus percute, contere os ejus, & per- solst. hom. cussione manum tuam sanctifica. Martyrium tibi hoc est, ait S. Doct. si et- 1. ad pop. iam blasphemo furori victima humi cadas cruenta. En! si juris fecit Ant. communis blasphemum homuncionem Chryf. propter commune malum, quod hoc ex scelere toti vicinîæ accrescit, quantò magis id præstandum fuerit illis, qui plebi præsident, & toti Reip. dominantur. Est hõc blasphemîæ spiritu nonnemo hanc in horam obsessus, is hodiè totis in id viribus contendat, ut hoc spiritu per seriam oris sacrilegi correctionem liberetur & curetur. Eum in finem pestilentium telorum averuncum Cœlitem D. M. Sebastianum, in auxilium vocet, certus se telis fatalibus ex alto non petendum, si nec ipse tela impia scele- rum sursum evibret, nec ab aliis vibrari patiatur.

Amen.



M

CON.

## CONCIO XI.

## Festum Purificationis B. V. M.

*Responsum accepit à Spiritu S. non visurum se motem, nisi prius videret Christum Dominum*  
Luc. 2.

## Revelatio spuria.



N omni atate ac seculo, in omni sexu & hominum conditione è coelo factas esse ad homines varias revelationum coelestium, certum est ex Script & Hist. Eccles. Op. AA. Pleni sunt sacri Codices Prophetis & Prophetis quibus Deus varii generis arcana detexit. Necdum hoc abbreviata est manus Domini, licet fides nostra sit innumeris partibus & ostensis illustrata. At verò sicut revelationes nuncupantur divinae, & sunt divinae, ita multa aliae jactantur esse divinae, quae sunt daemoniacae. Sunt multa fucis illita, quae luce clarescent sua, verba sunt Breviarii Romani; mille revelationes nimis credulae praedictae mulierculae, seu ut alii loquuntur, precatrices Berta, quae nigricans genius ad hamandos per feminas viros malè ac praepropere credulis instillat. Hæc somnia sæpè pro realibus visis venditant, & quævis strepitum sub lecto à muribus excitatum pro loquentis Angeli præsentis Spiritus voce acceptant. Alios insuper in parem sententiam trahunt, ac ferè semper aliquos reperiunt, qui à delusis se pariter delusi patiantur. Ridiculum est, quod de Berta recitat (1) Cæsarius Wormatiæ, nunc tempore belli Gallici funditus depopulata Sacri Romani Imperii urbe, annis ante 400. Judæus quidam, cuiusdam erat eximiè formosa. Vidit hanc vicinis ex ædibus juvenis nostratædem fidei domesticus, sed otio deditus, quod diaboli pulvinarum dem dixit Hieron. Tota ejus actio erat in lecto jacere, vel in fenestrapopinas & lusorias tabernas pro scholis terere, luxurià disfluere, voliter vivere ac delicatè, quales hodie passim majores Stoæ gremiovent umbratiles studiosos, quorum nomina quidem falsis

A.  
Fictitiæ  
revelatio-  
nes dantur  
quamplu-  
rimæ.

(1) S. Cæ-  
sar. l. 2. hi-  
stor. c. 25.

B.  
Ridicula  
est Judæo  
facta Wor-  
maticensi.

sunt academicis, ipsi vero raris vicibus pedem inferunt Athenæo. Exarsit leno iste in hebraam formæ gratiâ, hæc juvenem deperibat burse causâ; sic tandem factum est, ut perdita integritate fædis amoribus vacaret uterq;. Sensit pragnantem uterum puella, mox metu ac curis plena, id ociùs effero prædoni detexit, simul ab eo consilium petens & remedium, certa, se antè infantem perimere, quàm eum peperisset, ne legis violatâ rea vel à parentibus propriis necaretur, vel clanculò horribilibus pœnis in tumultum usque discrucietur. Spondit facile remedium versipellis lurco, rimam digitò signavit, qua dilaberetur. Si dixerit tibi pater tuus vel mater, quid est filia? venter tumescit, videris concepisse, sic responde: si concepì, nescio, id scio, quia virgo sum, & virum non cognovi, cetera mihi relinque, faciam ego, ut firmiter credant, perditam virginitatem tuam maximo totius familiæ honori ac gloriæ cessuram. His dictis abiit excessit, & concubia nocte revertit. Novit nebulo, in ima ædium parte versus plateam cubile Judæi; valvas itaque media nocte grandi tubo instructus accessit, quem etiam per modicum foramen ipsum in cubiculum intromisit, verbis hæc lecto infusus: O justî & Deo dilecti conjuges gaudete! en Virgo filia vestra concepit filium, qui liberabit populum Israël, gaudete! Expergesti hac voce conjuges vocem quasi è cœlo profectam, aut præsentem Angelum adesse persuasi, sibi de tandiu expectato Messia multum applaudere & congratulari. Surgebat uterque è lecto, & humi jacentes Adonai adorabant, gaudiò pleni, filiam hunc ad finem à Superis electam, ut pareret Messiam. Resumpsit oraculum lusor, & hæc immisso iterum tubò subjecit: Colite filiam vestram, & puerum de virgineo illius ventre proditurum omni diligentia curate; ipse enim Messias est tot seculis expectatus. Vix dies illuxit, fama totam viciniam excurrit; factus inde grandis concursus totius Synagogæ ad virginem saltè oculis spectandam & colendam, quæ Messiam esset paritura. Insultabant Judæi Christianis, nunc primùm Isaïæ vaticinium expleri (2) *Eccè virgo concipiet & pariet filium &c.* At quousque hæc comædia (2) Isa. 7. duravit & publica tripudiatio recutitæ gentis! usque dum partu soluta virgo, se ac suos confunderet. Prodiit tandem infans in lucem sed inopinata metamorphosi; neque enim Messiam putatitia virgo peperit sed puellam. Sic spes omnis corrui, sic omne gaudium evanuit. Ridebant Christiani Messiam feminam, vera fides tumultuantes verpas triumphabat. Judæi tanti probri impatientes panè disrupti sunt præ indignatione. Unus illorum etiam in furorem datus, pede raptam infan-

Hist.

tem femellam proximo parieti allisit; hunc exitum sortita est fictiti-  
velatio. Quod hic loci hebraeis accidit, pluribus hanc in horam cre-  
nire creditur, si fidem praproporam quibuscunque oraculis & putan-  
vis revelationibus, maximè feminis impertiant.

Ut veri nominis revelatio dicatur, tria ut plurimum capita obler-  
vari debent, ut Delrio (3) meminit: Primò debet probè inspicì perio-  
na, & mores ejus, cui facta est revelatio; hæc pia sit & catholica, sp-  
ritualis & devota, humilitati maximè ac obedientiæ addicta. *Animi*  
(4) 1. Cor. *homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus* Paulo (4) teste & sicut in *malero*  
2. *lam animam non intrat* (5) *sapientia*, ita nec Spiritus Dei super ali-  
(5) Sap. 1. quàm super humiles & timoratos, dirigibiles & correctionis patientes  
C. animos requiescit. Nihil credi potest quacunque hæresi contaminatâ  
Veri nomi- Nulla fides haberi potest magis, sagis, dæmonicolis. Nulla fides deli-  
nis revela- ri potest superbis, ambitiosis, impatientibus, carneis, ebriosis, im-  
tio tria e- tumultuante animo foventibus, odia exercentibus, dissidia feminis-  
xigit, tibus, alios nefastis ausis difamantibus, pecunias unde unde corradan-  
bus, affectatæ devotionis turpibus hypocritis, erronibus, vagabundis,  
garrulis blateronibus, pertinacibus & cerebrosis, utut non en veni-  
tent sacrum ecclesiasticum catholicum. Hos inter vates etiam femi-  
nari debet ratio; plus enim fidei merentur viri, quàm femine, pia  
I. Virgini desertur, quàm viduæ, plus viduæ, quàm conjugatæ. Cum mi-  
nisteria rationis femine habeant, minus etiam prudentiæ habere creduntur,  
ergò citius, quàm viri falluntur; hinc in Script. paucas prophetissas in-  
venies, Marias duas, Annas duas, Deborah, Oldam, & paucas alias  
humilis & obediens. Viros verò prophetas quam plurimos. Apud infideles contra idololatriam  
prophetæ dantur paucissimi, femine verò propè innumera; ut certum  
sit, omnia fraudibus & dolis, falsitatibus & mendaciis inundare, ubi  
fides deficit catholica, orthodoxa.

II. Secundò ipsa revelationis factæ substantia probè lustrari debet &  
Substantia examinari. Proba est, si sapientiæ conformis fuerit cœlesti, Christi &  
Revelatio- Divorum exemplis accommodata, misericordiæ plena & fructibus bonis  
nis sit un- Bona est, si hominem intrinsecè reddat meliorem, sanctiorem, mitiorem,  
diq; proba. humiliorem, collectiorem, à curis secularibus abstractiorem. Vera est  
si totum id, ad quod invitat & instigat, totaliter bonum fuerit, & non  
tantum ex parte; habet enim vel maximè hîc etiam locum, tritum le-  
lud philosophi: *Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu*. Hæc  
substantia ut ritè penetretur, ante omnia finis spectetur, qui si nihil ha-  
beat scoriæ admixtum, Deumque referat purum, & puram ejus glo-  
riam

riam representet, salvaret; alius si fuerit à memorato, nuda sc. curiositas, propria utilitas, ambitio, precipitium, sui carnificina, martyrium sathanicum &c. jam in Angelum lucis se Sathanas transfiguratur, ut virtutis simulatione plus damni afferat.

Tertiò omnes ac singulæ circumstantiæ factæ revelationis expendi debent. Ex illis vel una totam poterit substantiam pessundare. Ita plus veritatis accrescit vigili quàm somnianti; fac porro durè ac violenter, cum strepitu & cum impetu, quasi imber in saxa decidens, se animo spiritus infundat, malus erit; bonus contrà si leniter, si placidè ac suaviter sicut unda spongiam irróret; fac denuò prima sub principia gaudiò mentem demulceat, postea verò in gravissimos mœrores, anxietates & turbas devolvat, iterum malus erit; parit quidem bonus initio metum ac horrorem, at detersâ tandem omni molestiâ, dulcedine interna animos perfundit, quæ signum præbeat consolationis divinæ; fac tandem plus mali quàm boni ex illis prognasci, quod identidem Bertis accidit, quæ neglectis ædium curis, colò & focò insuper habitis, proli-bus ope necessaria destitutis, tot horis preces deblaterant, quas rectius templò suò æditui proscribant. Resume tria hæc capita hucusque recensita, eaque hodiernæ revelationi applica, patebit distinctè, omni sanctitate conspicuam fuisse revelationem, quam à Spiritu verè sancto senex Simeon accepit, *non visurum se mortem, donec videret Christum Damiei*. Vidit, & vidisse sat fuit. In mortem pientissimam ac divino solamine plenam lumina clausit, postquam binis oculorum orbibus Orbi natum Servatorem conclusit. Juxta tres hasce regulas quarumcunque revelationum vel veritas clarescet vel falsitas. Debit hinc Heron eremicola sanum judicium formare, cum eidem Martyrii lauream mendax lucis Angelus eminus præostenderet, si sui factus carnifex se in puteum precipitaret; id quidem martyrium dixeris sed diabolicum; neque enim sunt facienda mala, ut eveniant bona. Debit hinc manibus palpare fucos & mendacia prophetantis Bertæ confessionalis filix Franciscus Cruz Theologiæ Doctor ejusdemque Professor in regno Pertuensi orientalis Indiæ, totius novi orbis miraculum. Oracula illa, quæ sic ab Angelo in raptu edocta hausit, & Confessario suo communicavit, nimis erant putida, & à totius Ecclesiæ sensu aliena; dementatus tamen fuit Vir summè pius, summè doctus per vaticinantem Bertam; & quid vaticinata fuit hæc Proserpina? audi & obstupesce, hæc à Viro etiam rudi & illiterato, ne dicam à Doctore Theologo credi posse. Alia inter suæ credidit prophetissæ, se Regem simul & summum

III.  
Nulla circumstantia vitietur.

D.

Femellis non facile habenda fides, si prophetizent, mille dolis aguntur.

Hist.

M 3

Ponti-

Pontificem futurum exauctoratō Gregorio decimo tertio tunc in Ecclesiæ clavum sedente, Sede Apostolica ex Italia usque in Indiam transportata. Credidit stolidissimè, sibi à Deo oblatam esse unionem hypostaticam in grati animi memnosynon, quod Dei summi Attributione divina plus omnibus Theologis doctrinā suā illustrasset, & prae riter longè efficacius in Scholis probasset, quàm probatum fuit à D. Paulo, Christum Messiam esse. His & aliis centenis moribus de matis pertinacissimè immortuus stipes Doctor, vivicomburio per

(6) Joseph. Acoft. in Reg. Peru.

Inquisitionem damnatus est ut Josephus memorat (6) Acofta. In cant hinc omnes Conscientiæ arbitri suas poenitentia filias ad confessionales clatros & ad portam obiter ac perpaucis expedire, amputant cum sexu molliore omni fermocinationis prolixitate, quam omnes PP. & Ordinum sacrorum Fundatores damnant & anathematizant. Discant hinc omnes alii, quàm frivolum sit & periculi plenum

(7) Jer. 23. & 27.

E. Matrimonia pessimè divinauntur.

mulierculas adire vel audire, quos pridem dixit Jeremias (7) *prophe- tantis in nomine meo per mendacium*, eum in finem, ut intelligat quibus aliquando sponsis vel sponsabus sint in conjugium obventi. Digitò sponsus signatur aut sponsa? ita mordicus sententia per se cum late inhaerent, ut nullas se argumentis abstrahi patiantur, quod quid contra tale connubium ecclesiastici moveant Curiones. Non test tali matrimonio bona cum conscientia Parochus assistere, ut in malè pactis juxta communem omnium rescindi debet fides, sed etiam mutuo sanguine subscripta; iterum iterumque dico, in malè pactis rescindi debet fides. Alii hodie maximè plebei se per alla- cula ex concavo lunæ petita miserrimè implanari patiuntur curretes in horam. Circumferuntur passim typo data preces ac libelli, quibus video, cælo lapsas revelationes concludi, quas rectius dixeris à cum excoxisse ad hamandos mortales; finguntur in illis oracula à Cœlitum comperta, certis precatiunculis agglutinata, v. g. *hasi- tidie preces fuderis, tibi ultimo in articulo tuo ipsa se Despara- da dabit*. Prò stolidas hominum illusiones! fabulantur hæc & similibus hujus innumera oratrices Bertæ & Bertarum muliebres patrum fautores confessarii. Non datur oratio præstantior, quam illa quæ ab ipso Dei Hominis ore profluxit, Oratio Dominica, nunquam- men legitur simili privilegio donatam esse Orationem memoratam Nugæ! quisquilæ! Proxima Orationi Dominica Salutatio est, quam dicimus Angelicam, cui in fine formatas preces apposuit S. Martinus in Ecclesiâ; non datur antiquior, nec sanctior Oratio, quàm modo me-

morata, quorum illa pro suo auctore habet Deum Hominem, hæc Angelum, Elisabetham & Ecclesiam. At verò reperit hinc quoque riam Orcus, per quam grandes etiam animos ludificaret. Fuit vaticinatrix Camilla, quæ alia inter etiam rogata, quid Deipara fecerit, cum ab Angelo salutaretur, respondit se ab Angelo didicisse, Deiparam tunc actu rosarium recitasse. Ridete quidquid domi est cacchidorum! ubi tunc rosarium ex orationibus conflatum, quæ necdum in rerum erant natura? an porrò orationem ad se ipsam direxit Deipara? pro quæ barditas! hanc tamen asinitatem femininam pertinaciter tenuit ac defendit Doctor confessarius ex ideis divinis, seu rectius ex Platonicis ideis, ridentibus Scholis. His fucis, his technis, animas lacatur innumeras flagrans Orcus, & procrastinari facit pœnitentiam, quia necdum ultimus instat articulus, quia necdum se oculis objicit Mater Dei, ejus præsentiam evidenter in articulo illæ & illæ preces toties iteratæ adpromittunt. Ita inexpectati moriuntur plurimi, & tartarò merguntur, totò Erebo terrigenarum stultitiam cacchinante. Optarem ego hic loci, ut per annum aliquoties librorum officinæ ex industria viferentur, & omnes de fide ac veritate suspecti libelli, falsarum revelationum bajulæ chartæ publicæ Carnificis manu exurerentur, eorum propolis grandi pecuniarum pœna mulctatis. His ad futurum oculis faciendum, ad lucrum burfis conciliandum prostantibus chartis fidem habent exoticam plebeji, quasi de Cœlo certi, modò has & illas precatijunculas extra statum gratiæ ore tetrico singulis diebus debiteraverint. Credat judæus apella, tibi Deiparam in agone adstituram, nudis precibus in tui opem ac subsidium accitam. Hoc astu Codæmon seriam confessionem protelat, atque necdum Deiparam apparuisse nullum proin vitæ articulum adesse. Sic peccatorum entia multiplicantur; sic vita mortalis miserrimo fine coronatur. Quæ temeritas, Deum ac Deiparam cœlo evocare, ut morienti, neque tamen serio pœnitenti assistant! responsum accepit à Spiritu sancto Simeon hodiernus, *non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini*, at verò tam piè vixit Simeon, ut dignum se redderet, quem Spiritus S. hoc grandi privilegio donaret, *non visurum se mortem, nisi antè oculis etiam corporeis Christum Domini spectasset.* Dedit ei ipse Spiritus S. sequens elogium, *homo iste justus erat & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus S. erat in eo.* In justis dicitur seu sanctus, timoratus seu quod idem fuerit, Deum reverens, & studiosissimè cavens, ne eum quocunque tandem modo offenderet. Spiritus S. in eo erat

F.  
Libelli falsarum revelationum bajuli proscribantur.

G.  
Revelatio S. Simeoni facta undique fuit vera & sancta.



(8) Timotheus Orat. de S. Sim.

erat non tantum per gratiam gratum facientem, sed per gratiam quoque gratis datam, nempe prophetiam. Hic Spiritus in Simeonem lapsus ita ejus animum occupabat, ut homo non tam terrenus quam cœlestis & divinus esse videretur. Timothæus Presbyter Jerosolimitanus (8) censet, Simeonem quoque Deiparam vidisse, speciali gloria illustrem, lumine divino circumamictam, & ex eo intellexisse, hanc inter alias omnes feminas solam esse Messia Parentem, totius mortalitatis fautricem & protectricem. Vita adhuc hodie ducatur illius integra, sceleris pura, Deo ac Superis devota, Marianis obsequiis dicta &c. Deum ac Deiparam hic per gratiam videbimus, ibi per gloriam.

(9) Pelbart. in Stell.

Dignatur ipsa Misericordiae Mater sine hominum respectu hoc privilegio quoscunque Dei ac Superum fervidos cultores, cujus rei lenum præbet specimen Pelbartus (9) ex quo pariter colligas, quam pia, quam felix & fortunata sit mors illorum, qui in Domino Deo vel in Domina Dei parente moriuntur, quam impia sit contra, quam infelix & execranda sit mors eorum qui in Dæmone extinguuntur, qui in enormibus flagitiis à Justitia Divina correpti sine Dei gratia Deiparæ patrocinio diem obeunt supremum. Parochus aliquis, inquit Pelbartus, ad quendam ut divitiis ita vitiis hirsutum euclionem, periculosa lue infectum evocatus, confestim sacras in ædes avolabat, ubi Deum eucharisticum ad decumbentem deportaturus. Rectè fecit Curio iste, quòd ad ægrum accitus moram omnem abrumperet, & ægrotanti succurreret. Agitur salus æterna res omnium maxima, cum animam agunt moribundi: *Omnia si perdas, animam servare memento.* Notis unius peccatum si posset S. Ignatius impedire, jam hoc ipso immortale præmium è cœlis sperabat; quando plus inde speretur, si tota peccatis hirtescens anima prompti Curionis operâ omnibus à flagitiis virtute Sacramenti expietur, & cœlis asseratur, aliàs certò damnanda.

H. Mortis piæ ac impiæ vera representatio.

Hist.

I. Animæ pretium.

Philippus II. Hispan. Rex palàm dixit, thesauros omnes ex India ac toto Hisp. regno utilissimè à se impendi, si per illos vel unicus in catholica fide conservetur, & ad cœlos promoveatur. Hic optimè novum præmium pretium impretiabile, cui nec totus iste spectabilis mundus valeat comparari. Hoc animæ pretium, quod tanti stetit Deo nobis omnes ob oculos habeant, qui animas curant, ut ne per illorum misericordiam aut tergiversationem ulla ægrotantis anima negligatur. De manu Curionis requiretur neglecta. Optimè proin ad ægrum vix vocatus Curio properè contendit, sed utinam pari promptitudine, pari alacritate

tate etiam ad pauperulum avolâisset! turpe est ac verè scandalosum, si agrotantibus opulenti lucri gratiâ promptus assistat Parochus, pauperes verò & opis indigos paterno solamine destituat; talis dignus non est nomine suo, quia *mercenarius* est, burfarum lucris, non animarum. Videtur hæc scabie præfens Parochus sorduisse. Exceptit euclionis confessionem (qualis autem hæc fuerit, docebit eventus) cum autem angina vitio SS. Viaticum sumere non posset, Ferculum eucharisticum ad Ecclesiam referre coactus est Parochus. Nolvit nempe Deus mammonisticum pectus Pluto aut Plutone infessum subintrare; hinc fauces obstruxit, ne quid ultra posset in stomachum defluere. Vix sum in sacrarium reposuit Eucharistiam, novus ecce nuntius accurrit, qui ad viduam quoque pauperulam jam panè cum fato luctantem, venire non gravetur, eundem Parochum sollicitabat. Non placuit Parocho vilis viduæ conditio; vidit enim se gratis excursurum; abnuit proin & in sui D. cooperatoris humeros lucri vacuos labores devolvit. Vix casam attigit ruralem divinò epulo instructus, ecce rem prodigiosam! vidit sanctam hanc Viduam super stramen abjectam humi decumbere; at verò vidit simul augustissimam Dei Parentem splendidò Virginum chorò stipatam viduæ famulari, cibum potumque decumbenti porrigere, mortualem sudorem strophio abstergere, lecti stragula componere. Deum immortalem! an etiam major dignatio fingi possit? olim se *Ancillam* dixit Dei-Hominis, nunc etiam viduæ mendicabulæ sub agresti tecto ancillatur. His obsequiis minimè contenta, etiam Sacerdoti, viduæ confitenti aures daturò, feliam obtulit, ipsa interim in Ven. Sacramento latentem Dei Filium suum Cœlitum choro Mater adoravit. Ita tandem Vidua hæc sumptu piensillimè Viaticò, ipsa inter Deiparæ brachia sanctissimè expiravit. At quid diviti factum, cui uni curam suam Curio Parochus impendit, relicta paupere? Cum, stupore ac lætitia plenus Parochi coadjutor ex rurali casa tot prodigiis illustrata, domum suam repetere, & tunc morientis opulenti Mammonistæ ædes transfiret, plenam Dæmonibus tecto insultantibus vidit domum felium formâ, ipsum verò euclionem alta & horrida voce inclamantem audivit: ah misero succurrite & catos dispellite! Ascendit per scalas D. Cooperator, cum fato luctantem ad seriam pœnitentiam hortaturus; at ecce novum prodigium! cum pedem cubiculo inferret, infernalis Æthiops jam uncò ferreò in expirantis os injecto, animam sceleratam ex in-

K.

Deiparæ  
humilitas

N

felici

felici corpore protraxit, & sociis demonibus asportandam simul & eternum cruciandam objecit.

Hic hic nonnihil divites Crassi, perfidi Mammonista, & torquentibus gravati Eucliones pedem figite & videte, quem vitalem nem pauperum sanguisugæ divites sortiantur, si nulla impiè partem facta restitutione hinc emigrent. Dives iste cum Evangelico illo impultus est in inferno, ubi modo frustra suam insatiabilem avaritiam exorat, focus æternantibus absumendus, & nunquam tamen consumendus. Hic pariter o pauperuli sed Deo ac Superis devoti, & in premam Numinis Voluntatem perpetim resignati subsistite & videte, quàm fausto ac felici fato fungantur pauperes, qui cum Deo Hæne nostrâ causâ depauperato, suam pauperiem aequo ferunt animo eamque Deo identidem ac Deiparæ commendant, à lege divina, & Marianis ab obsequiis nec latum unguem digressi, dum spiritus hinc erigit artus. Ita pravi divites non in Domino sed in demonem moriuntur ita probi, justi, & Mariano cultui pientissimè addicti pauperes in Deo ac Deipara moriuntur; his Cœlorum Imperatrix in articulo fuerit ultimo, illis contra gulam frangit Phlegeton. Ardemus cum paupere vidua pari felicitatis fatò extingui? Deum ac Deiparam nunquam animò proscribamus, utrique tam in prosperis quàm in adversis pensissimè devoti, ac perennibus obsequiis jurati. Ita sanè cunctis quoque spes illa minimè vana refulgebit, non visuros nos esse mortuos nisi Christum Domini ac Deiparam hic per gratiam divinam & opem Marianam vidimus, ibi per gloriam perennem in cœlis à facie patris faciem cum divinissima Matre Filium Deum spectaturi.

Amen.



CON

CONCIO XII.  
FESTVM S. MATTHIÆ,

Apost. & Mart.

Sors cecidit super Matthiam. Act. 1.

Lusus Orcinus.

**S**unt quidem Scripturæ Sacræ, quibus nihil sanctius, nihil pretiosius tota mundi Bibliotheca complectitur, cœlestis Imperatoris ad terrestres subditos literæ publicæ, Divinissimæ Voluntatis hominibus decretæ interpretes, ut pridem loqui placuit (1) Aug. & (2) Chryl. optimi AA. Hæ tamē si male explicantur, omnium hæresum & errorum turpe seminarium existunt. Experientia docet, cujuscunque atatis hæreticos suæ peruersitatis dogmata, quibus tot animas illaqueant, ex scripturis vel male contextis, vel perperam intellectis, vel etiam nequissime succis fabricasse. Allegant Judæi Scripturam, ut toto è mundo Messiam describant. Colunt Mahometani utrumque Testamentum, sed crudissimam interpretationem amplectuntur, quam eis in Alcorano tradidit carnalis flagrio, & stygius Turcarum Propheta Mahometes. Verbo: legunt hanc scripturam, & ab ea hæreseos suæ præsidium quæritant, *Herion mendicus, Manes mancipium, Theodorus coriarius, David Georgius vitrio, Isidius agricola, Quintinus sartor, Calvinus manu carnificis palam virgis cœsus & candenti lilio iniustus sodomita* (3) ac centum alia sectæ; sed inde nil aliud legunt, quàm pessimæ doctrinæ pus & pituitam, toxicum & venenum melle circumlitum scripturistico. Hanc Scripturam prout spiritus illis dictat privatus, rejectis Patribus & Conciliis, pro fidei regula ponunt omnes hæretici; hanc lancinant, mutilant, transmutant, & instar cerei nasi jam in hanc, jam in illam partem sua pro libidine transportant, imò etiam de uno eodémque Scripturæ testimonio contrarios sensus efformant, ita quidem, ut circa quinque illa verba, *hoc est enim corpus meum*, quæ Christus institutioni SS. Eucharistiæ adhibuit, ducentæ expositiones & depravationes à Bellarmino

(1) S. August. in Ps. 140.  
(2) S. Chrysostr. hom. 2. in Gen.  
A.  
Omnes hæreses ex Script. perperam intellecta oriuntur.

(3) Bolsec. in Vit.

N 2

(4) nu-

(4) Bellar. (4) numerentur. Aug. teste (5) non aliunde nate sunt hereses, quam dum  
Contr. de scriptura bona intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelliguntur,  
Euch. c. 8. temerè tamen & audacter asseritur. Patet hinc, quàm providè S. Mater  
(5) S. Aug. Ecclesia Scripturæ libros plebi catholicæ subtraxerit currentem in horum  
tr. 18. in Joan. Eo spiritu legi debet Scriptura, quò composita est Scriptura, non spiritu

B. privato aut triviali sed divino; non spiritu cauceo, steropro, nec  
Leſtio illi- ferreo, sed humili, cereo, ac submisso; non spiritu carneo & adulterino  
us recteCa- sed casti pectoris puro, intemerato; non spiritu laxo, & libertino, sed  
tholicis strictioris observantiæ candidato.

prohibe- Sed ad nostræ fidei domesticos revertor, pravos fidelium mores  
tur. ac de Scriptura S. pessimè conceptos sensus hac festa luce correctura

Illos illos ego Catholicos nunc ocuis cribrare constitui & emendare  
qui suæ nequitiae turpe velum per D. Mart. & Ap. Matthiam oppo-  
dunt. Erubescio dicere, quæ nonnulli ex nostris in omnem proterviam

C. abjecti, sancto huic Festo assingunt, ut suas inde pravitates per  
Aburuntur Script. gra- mem maledicentiam colorent. Dicam tamen, & dicta pro viribus  
vissimè lu- ruam, evertam, ne plures in Catholicos tam impius & blasphemus  
fores ho- Scriptura abusus grassetur. Diem dicunt præsentis Festo nequissimi  
diè, fore: quid inquit, tam streperis vocibus in aleas nostras & frivolas

clericali Præcones declamant? quid lusum fulminant & impres? numquid  
evidens vestigium nostri exercitii dies exhibet hodiernus? Quis nigrum  
mnet calculo, quod legimus ipsis fuisse Apostolis, imò ipsi etiam Do-  
receptum? legantur Scripturæ Oraacula. Nunquid hodie Sors dicitur

(6) Cic. l. 2. super Matthiam cecidisse? Ciceroni (6) olim sortem jacere idem  
de Divin. quod talos aut tesseras versare. Nunquid ipsa de se Sapiencia inter-

(7) Prov. 8. (7) Divina: *delectabar per singulos dies ludens in orbe terrarum?* quæ  
gò vitio verat terrigenis, si Dei & Apostolorum prævio exemplo  
ducti, horas extrahant ludendo &c.

D. Hòc veluti giganteo quodam clypeo partes suas reprobi ludere  
Refucan- tuentur; hoc nequitiae pallio per immanem Scripturæ abusus & blas-  
sur, phemiam in Superos eructatam, impudentem proterviam suam regunt  
& obvolvunt perfidi lufores. Sed faxim ego, ut intelligant, hos  
peos, has palliationes nonnisi telas esse putentium araneorum. Nil  
lum vitium luforibus tam arctè cognatum est, quàm gula & luxu.

(8) Exod. Extat hujus clarum specimen in Exodo (8) ubi de Israëlitis sic loquitur.  
32. Script. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Et  
tum & ordinem luforibus receptum! sedent antè ad mensam &  
coronant, inde probè madidi & semiebrii ludere occipiunt, non

tum aleis & chartis, sed eo etiam modo, quam Cornel. tangit his (9) (9) Cornel. verbis: *lulum bunc fuisse impurum, ex eo colligitur, quia in honorem vituli* <sup>in l. c.</sup> *(quod maxime lascivum ac libidinosum est animal) luisse videntur, pro vitulo & cum vitulo vitulantes.* Cum ergo blasphemos inter lufores & carneos gulones tanta sit affinitas, ocius ego mutatis mutandis eminus lufores impeto sententiã illã, quã S. P. Aug. (10) ebrios gulones con- (10) S. Au- fixit: *Ad excusandas excusationes in peccatis hæc pretenditis; fugere quod noluis- gust. Serm. 232. de temp.* *fugere non potuistis; persona potens vos coegit ad bibendum (adde etiam ad ludendum) ergo culpa in nobis non est.* Jam probè attendatur, quibus modis hæc effugia retundat Africanus: *Nolle nolle in culpa est, fratres mei, non posse pretenditur; perdere timetis Magnatum gratiam, que falsa est gratia, rectius odium cognominanda. Deus, ob cuius honorem a pravitatibus hisce abstinētis, dabit vobis, ut inveniatis gratiam in oculis seu potentis amici, seu aliorum, quorum offensas timetis. Non sit vobis amicus, qui vos Deo facere vult inimicos.* His obiter præmissis, nunc etiam cominus pravos lufores infector.

Blasphemia est in Spirit. S. quod ore sacrilego in Deum ac Cœlites Apostolos per enormem petulantiam evomuitis. Sors cecidit super Matthiam, non ex aleis aut fritillis, sed è cœlesti radio, junctis Apostolorum precibus exorato, quò præ Barfabæ Matthias illustrabatur, Dionysio (11) teste, & (12) Antonino, ut Cornelius (13) meminit. Potuit (11) S. Dionys. Hier. c. 5. (12) S. Antonin. p. 1. tit. 6. c. 2. (13) Corn. in Act. simul ac semel in urnam projici, cum hac distinctione, ut primò inde productum veri nominis Apostolum Judæ subrogatum signaret. Hæc fors ut novum aliquod sui caperet firmamentum, potuit ad Collegii Apostolici repetitas preces radiò cœlitus affusò stabiliri. Non est adeò, quod ullum pessimæ causæ præsidium ab apostolica Sorte lufores expectent. Quidquid hîc factum est circa fortitionem ministerii, hodie per Conc. Trid. in Beneficiis ecclesiasticis sorte dividendis prohibitam, factum est instinctu Divino, quò unò tacitè Deus promisit, se suam voluntatem per radium nomini affundendum palàm omnibus demonstraturum. Causam si quæras, cur hîc & non aliò mediò ad Apostolatam sublimare voluerit Matthiam suam ter clemens Deus, innuit eam paucis hisce Cornel. Docuit hac sorte Christus in assumptione ad sacra, in denominatione aut præsentatione digni capitis ad curam pastorem, nolle se haberi rationem consanguinitatis aut patriotismi; Josepho enim Barfabæ consanguineo suo Christus in adeundo Apostolatu Matthiam prætulit prorsus extraneum juxta illud (14) Servatori receptum: *Non* (14) Luc. *est* 4.

est acceptus propheta in patria sua, cui tamen asserto passim hostis rebo-  
atur, cum enormi sæpè damno Sacrorum & Republicæ, cui, ut carni &  
fangui faveatur, sæpè præ dignis indigni admoventur in aeternis he-  
betes, in divinis elumbes, in prædicando Verbo Dei emaridi, in fun-  
dationibus pro mortuis ritè per annum expediendis luridi, in modo  
vendi penitus dissoluti, superbia tumidi, avaritia forididi, in gulam  
lufum effusi &c. Experientia docet quotidiana, quàm efficax sit doctri-  
na, quam suis popularibus expromunt compatriotæ; omnis nempe  
miliaritas parit contempum, & quod tritum ac penè quotidianum est  
facile fastiditur & vilipenditur; recogitantur anni antiqui, quibus  
nugis servitum est puerilibus; quibus olim quadrà vixit alienà, quin-  
do Mæcenates suos vultu despicit thraſoniano, in altum per violentam  
obtrusionem sublatus, ut lapsu graviore rueret in profundum; hinc  
tius fuerit, nil resciri de præteritis, quàm perpetim ob oculos habere  
ceræ juventutis acta & delicta. Nullum tale periculum potuit Chri-  
stus incurrere, apud suos tamen Nazarenos à miraculis abstinent, ce-  
tus, se debitâ reverentiâ suis à notis orbandum; quanto fortius hæc  
populari reverentiâ excidet, qui pro melle toxicum suis identidem patriam  
propinat, seu, qui gula ac superbiæ, luxuriæ & avaritiæ grandibus scandis  
suos opplet, & lusorum agit coryphæum. Sic ex Apostolica sorte  
peram sumpta nil penitus reprobatæ lusorum causâ accrescit; minus  
voris ex lusu recipiunt divino. Ludit omninò in terris Deus etiam  
Poëta teste: *Ludit in humanis divina Potentia rebus*; sed qualis est lusus  
iste? fortis, ferus, hilaris, ærumnosus hunc exaltando, illum depre-  
mendo, hunc locupletando, illum ad incitas redigendo, hunc necan-  
do, illum vivificando. *Nos omnes in Manu Dei quasi pile sumus* ait Co-  
micus. Expertus est hunc Dei lufum Sobna Templi Præpositus, ac  
(15) Il. 22. per Isaiam (17) comparatus, cui tanquam indigno & superbo ecclesiæ  
Antistiti depositionem & captivitatem propheta minatur, ubi ei pro-  
um ac mitem Eliachim subrogatum prædicat, cui stabilem & glo-  
riofum spondet Pontificatum. Verba minacia sic sonant: *ecce Domi-  
nus asportari te faciet, si ut asportatur Gallus gallicus*. En! *Super-  
bum Sobnam Gallo comparat, qui suo in fimo gallinas*  
architraſonice superbit & stolidè cristas, superbiæ nidum  
tat; victus verò & captus cristas & alas deprimit, maximè  
vinctus ligatusque in forum publicum vendendus abstrahitur. Sob-  
tatur unâ Sobnæ luxuria, quod inter pellices quasi gallus inter  
linas continuò versetur, pergit Vates: *Coronans coronabit te tribulationes*

ne, & quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam : ibi morieris & ibi erit curvus glorie tue ignominia domus Domini tui. Expellam te de statione tua, ait Dominus, & de ministerio tuo deponam te. Hem lusum, quem ludit Deus cum discolis & superbis capitibus etiam sacris Ecclesiasticis. In illa die vocabo servum meum Eliakim filium Helciae, & induam illum tunicâ tuâ, & potestatem dabo in manu ejus, & erit quasi Pater habitantibus Jerusalem & domui Juda &c. Sicut tu fuisti crudus & crassus pauperum tyrannus; avarus euclio, cujus gula & ingluvies nunquam potuit exsaturari &c. hunc hunc Lusum quotidie Deus ludit per orbem, cum coronas, sceptrâ, tiaras, regna & imperia modò in hanc, modò in illam partem projicit; cum potentissimos Summates suo de folio deturbat, ac de pulvere suscitât pauperem, extraneum, eumque sursum exaltat. Agnovit lusum hunc divinum Zeno Imperator; hinc regnò suò dejectus palàm dixit: Ita sanè Dei ludibrium, Dei pila homo est. Ludit omninò Deus, sed non nisi rubros Cordium deperit colores, clamans identidem (16) *fili præbe mihi cor tuum*, prout belle probat Jahoda (17) & (18) Engelgrav. Sic lusisse legitur cum Lutgarde, quæ ab ipso Christo suaviter rogata, quid vellet? respondit, cor tuum volo JESU mi! cui mox Christus quin ego potius cor tuum. Inde facta Cordium mutua permutatio; Lutgardis cor accepit divinum, & Christus transumpsit cor virgineum. Sic pariter lusisse legitur cum Senensi Catharina, cum Henrico Susone ac pluribus aliis modo Cœlo receptis & immortalî gloriâ condecoratis.

Ratum ergò maneat, fixumque, quidquid ex hodierna festivitate atque ipso Dei lusu suum in favorem lusores allégant, falsissimam Scripturæ interpretationem complecti, imò etiam horribilem blasphemiam in Deum ac Divos Cœlites. Ludere si gestiant, ita ludant, ut tamen nec Deo, nec Sanctis, nec sibi nec suis vel uxoribus vel liberis illudant, quorum sæpè non dico patrimonium sed & ipsam vitæ alimoniam ludendo dilapidant. Ludere si velint, Cordibus ludant Deo transcriptis cum Lutgarde, Susone, & Catharina, unde radiò gratiæ, radiò gloriæ cœlitus cum D. Matthia illustrentur; hic lusus æternum reddet beatos, divites, & fortunatos, alterum verò lusum profanum, lusum verè orcinum totis viribus ejurent, anathematizent. Dixi *Lusum orcinum*, & quod dixi, nunc etiam probare intendo.

Quot oculos alea, quot numeros chartifolium numerat, tot simul grandia flagitiorum portenta profanum lusum circumstant. Levi digito tur.

E.  
Cribran-  
gito tur.

(16) Pröv.  
23.  
(17) Ja-  
hod. Domi  
Sexag.  
(18) Engel-  
grav. Do-  
min. 12.  
post Pens.  
p. 1.



gito signemus nonnulla, quis enim singula ad numerum revocet determinatum? Lusor si fueris *professionatus*, qualis in jure notatur, qui licri gratiâ inolitam ludendi consuetudinem contraxit, proprium ei est quartô modô, perenne mendacium, fraus, dolus, furtum, imô perjurium, & si burfam phitidis corripiat, multiplex blasphemia, quam modô ipsum in Deum, modô in Divos Cœlites ore sacrilego despumet. Hi in unum collecta vitia usque adeò lusoribus familiaria sunt, ut vnum reperias *professionatum* lusorem, qui hæc & alia conscientia de-

(19) Zahn-  
nius de  
Mend. l. 1.  
c. 6.

cat. De hoc lurconum genere ita Zahniius Jurista (19) enunciat: *Lusor professionatus ut plurimum mentiri præsumitur; cum enim plerumque Deum mentitur, creditur longè facilis hominibus mentiri.* Horum thep-  
tiorum & vel maximè blasphemiarum participes sunt omnes illi, qui tam scelestis capitibus mentas indulgent aut domicilium, vel cum illis ludunt & græantur. Scimus etiam Deum sæpè non tantum de blasphemis lusoribus, sed eorum etiam sociis & patronis grandem vindictam sumpsisse. Obsigno præfens assertum prioris seculi exemplo, quod

(20) Steng-  
de Jud. t. 2.  
c. 3.  
Hist.

Stengel. (20) suppeditat. Ludebant chartis An. 1546. blasphemii *Cosiviva* (nec locum auctor nominat, nec nomina detegit, annô signat) contentus, ut famæ parcat viventium amicorum, his cum zytho deciente in cellam caupo descenderet, tanta irruit tempestas, ut domus fulmine tacta, & à fundamentis avulsa, procul abiceretur, lusoribus ædium ruinâ oppressis. Cum sedata tempestate dissipata domus videretur, reperti sunt lusores, adhuc chartas manibus in altum sustolentes sed exanimes & nigro carbone notati, ut scires, unde tanta in ceponam sit tempestas accita, nemine totius domus salvo, præter cauponem, qui concameratæ cellæ beneficiô inter dolia, homo fortè minutus doliaris servatus est v. id satis correctus; quòd non tam ædium lusorum, quàm uxoris liberorum passus sit jacturam. Expectant, ut fallor, reprobi lusores, & lusorum patroni aliam symbolam, hæc mento crudiolem; dabo dabo mensuram bonam, confertam, coaugmentatam & supereffluentem, eum in finem, ut, qui nullis rationibus, multis scandalis se ab oreino lusu abstrahi patiuntur, nunc saltem horribilibus pœnis tantò scelerum cumulo decretis, à tam prava & superbia

(11) Gobat.  
tr de Blas-  
phem.

visa lusorum societate absterreantur. Gobat. (21) hunc *cajulum* vult scriptus, qui verò professionem suam grandibus vitiis conspurcavit, à omnem vitæ licentiam qua data porta effusus. Aliqua ex innumera

libemus. Quoties famulatio instructus magnificè urbis plateas vel obambularet, vel obequitaret, omnium in se oculos, digitos pariter & linguas convertibat. Sanguis ei fuit è prima quidem nobilitate, de cetero tamen plures opes numerabat quàm virtutes, & minor eum vitæ fama stipabat, quàm officii sacri autoritas. Cedebant de via obvio, pileis honorem deferrebant, non item animis; transgresso exfertâ passim linguâ medium unguem pueri ostendere, & brachiis utrinque in latera ridiculè reflexis, thraconicum bambalionem visi sunt explodere. Calamistratam casariam contractior pressit galerus, nunquam in verticis medio stare, sed sinistro lateri semper incumbere ac de cincinno pendere visus. Veste tota splendidus non rarè psittaci instar multicolor, aulæ se primum assecclam profitebatur, non Ordinis aut Ecclesiæ columnam. Officii statum nemo ex incessu, nemo ex vanissimo vestitu cognovisset, nisi, quis esse deberet, crucula vestibus assuta propalasset. Quacunque ibat, non bonus Christi, sed unguentorum muliebrum odor, aures & plateas inficiebat; hoc ipso enim malè olebat, quia gynecæum olebat, cui plures in horas colludere summa erat voluptas. Eò nempe hòc avò ventum est, ut non tantùm viri sed ipsæ etiam feminae licentius peccent ludendo; hæ viros hodie quoscunque à seriis negotiorum causis ad chartas luforias non tantùm provocant, sed provocatos etiam triumphant; hunc triumphum nisi ex luforia societate reportent, ocius hæ viperæ immanem in modum excandescunt, & continuò vel bardum, vel inficetum pecus illum proclamant, cui mollioris sexûs reverentia & aulæ urbanitas non fecerint persuasum, honestissimum seu discretissimum esse ab hoc sexu superari, esseque lucri partem haud levem, ad earum victoriam & inde prognascentem lætitiâ artificiosè conniti. Novit hic, nomine tenus religiosus Cruciger, muliebribus lamiis longè ardentius servire quam Deo ac Coelitibus, sæpius in lustris & in ganeis quàm in templo spectatus; cujus etiam manu sæpius poculum aut chartifolium versabatur, quàm officiolum ex speciali Summi Pontif. gratia locò Breviarii decurrendum. Ex ore illius nil nisi vomitus, & quod adhuc foedius est, nil nisi Veneres prodibant, & lupambulæ. Ab eo providi parentes suas filias, mariti suas uxores abscondebant, & quod caput est, tot flagitiis obseptus, nunquam visus est confiteri; malè acta tamen in lustris & in popinis, in angulis & turpibus conventiculis coram Camillis & Suillis palam prædicare nunquam veritus; ceterum homo undique indoctus, fastu & tumore turgidus, vino ardens & libidine, omnis commonitionis impatiens, & immodicis lufibus addictus, illis maximè, quos datum

F.  
Luforum  
blasphemæ divi-  
nitus castigantur.  
Hist.

O

fuit

fuit domicellarum in gratiam perdere ut paulò antè memoratum. Hanc ergò tot pravitatibus hirsutum Crucigerum tandem scelerum ultrix perfidia corripuit, extirpavit. Quæris, quod scelus ultimum fuerit malitiæ complementum, quo scelus mensura expleretur? dico, huius fuit enormibus blasphemis conclusus. Hæc nempe Dei erant iudicia, ut, qui toti urbi erat scandalum, toti etiam orbi fieret exemplum, & mul ab unius exitio sapere discerent omnes illi, qui si ab Ecclesia magnas pecunias & præpingues census panè gratis recipiunt; si omnibus aliis se fastuosè præponunt; si tunicis effulgent; si sint in pocula fortes, in lustris & in lucis ac lusorum conventiculis frequentes, non nisi se suo ac officio apprimè credunt satisfacere, plus sibi licere perfidiam quam qui vel in oculis profanissimorum principum, vel in castris augustissimorum militum vitam agitant sine lege, sine mente, sine conscientia, sine disciplina. Redibat domum Strobilus iste frequentatis victis benè serus, benè madidus, & ob bursam sæpè lusu exinanitam graeco cestro percitus & furibundus. Erat domi parens vidua Deo impetrata addicta; hæc filium correctura nil inausum, nil intentatum reliquit, à filio natu grandi nil præter fannas retulit & martiales sarcasmos. Mortis minas adjecit mater, & pro mulcta, serius si domum rediret, tam coenæ sublationem quam firmam ædium obserationem intentavit, sed & hæc veluti vana seminarum terriamenta irrisit & exploravit, verò stetit vidua verbis suis ac minis; cùm iterum fratre suo & sociis stipatus nocte concubia fores pulsaret, à promo & à condo, atque omnibus à domesticis ædium ministris, imperia matris artè obseruari vertit. Vidua parens jam se multò antè cubitum receperat, relictis omnibus ad repetitos clamores filii crucigeri, nec pedem locò aut locum suò moventibus, ut pessulum reducerent. Jam dixi, nullum scelus probis lusoribus tam affine est, quam blasphemiae scelus; mox ergò tetras in parentem viduam evomere, inde Deum & Superos execrari, horrendis blasphemis cœcam noctem polluere, Satanam enteis vocibus cœcò evocare. *Nugæ in ore secularium nugæ sunt, in ore religiosi sunt blasphemie* olim erat Hieronymi Maxima. Ah! quid dicturus fuisset S. Peter, si Ordinis professum, qualis iste fuit Cruciger, seu rectius crucientes meritis lurco, tam tetras blasphemias ore despumantem audisset? repressit frater secularis multoties blasphemii fratris sui pessimiores, at irritò conatu. Mulcta maternæ & ipse particeps, fratrem perperam blasphemantem, atque alium mensæ socium affinem ad viciniam hospitium abduxit; hic haustu facto in lectum & unà lethum, qui tunc

pro tribus præstò erat, se simul recipiunt terni. Medius fratrem inter & alterum Nobilem cognatum jacebat blasphemus irarum plenus. Irruit non multò post in cubiculum, cum etiam lecto illatus, identidem diras in Cælum excrearet, Dei Summi toties lacerati vindicta. Quæ illa? audite blasphemi lusores, & utrumque tam *lusum orcinum*, quàm blasphemiam lusûs orcini filiam ejurate, profligate. Subiit tandem effractis impetuose foribus conclave, gigantis specie horribilis Satan, duobus terrificæ magnitudinis & ferociæ molossis stipatus. Corripuit horripilatio accubantes, blasphemiarum toties profusarum haud immemores; studebant novis horroribus attoniti, qui extremi accubabant, cum medium blasphemum à ferociente Satana evocari, & frustra reluctantem etiam prehendi, ac elusa sociorum operâ per vim lectò abstrahi conspicerent. Nunc primum veri nominis tragœdia horridum finem sortietur, aures oculos & animos advortite. Lectò protractum in mensam fenestræ proximam abjecit Satan, abjectum grandi cultro in frustra dissecuit Satan, eaque binis molossis devoranda projecit, ut nil præter largum cruorem mensæ affusum remaneret. Feralis officio perfunctus Satan, justum Dei judicium in blasphemum contestatus, nec sibi in reliquos duos nullâ blasphemiam infectos quidquam licere professus, abiit, excessit, ac femineces præ consternatione in cubiculo reliquit, tragœdiæ tam luctuosæ tremulos spectatores. Fratrem ex fratris clade supra modum mœstus, ubi suspiria stitit & lacrimas sicavit, perenne cordolium circumgestans, omnes seculi curas abjecit, & in sacram quandam familiam adscriptus, vitam vixit concepto de divinis judiciis horrore conformem, socius affinis D. Brunonis Carthusiam irrepit, in cinere ac cilicio perenni poenitentiam acturus. Mater audito fatò ita horridò ex mœrore contabuit. Unum est, quod hac in tragœdia ritè quoad literam intelligenda commonefaciam. Ait Gobat, hos fratres ea nocte, quâ Orcus secuit blasphemum, serius ex venatione domum remeasse, domi jam omnibus altò somnò sepultis. Terminò nimis modestò, ut alii perhibent, usus est Scriptor iste. Duplex est venatio, *licita & illicita*. *Licita* est, quâ feras animantes naturâ quadrupedes captamus. *Illicita* est, quâ bipedes feras lupi & lenones insectantur. Subobscuri nominis dicta in apricam lucem extrahet S. Ephrem Magni Patris Augustini docilis discipulus; hic quæstionem ponit (22) quam ocuis plura per synonyma enodat his verbis: *Quid est mala mulier? immanis bellua, impudens bestia, insatiabilis fera. O malum malorum maximum mala femina!* has has feras ad mensam lusoriam eo, quò suprâ meminimus, ritu venatus est Crucia-

O 2

rius

(22) S. E.  
phrem. c. 1.  
tr. contr.  
improb.  
mul,

rius iste ; ab hac venatione satur & potus serò domum regressus, sors  
reperit oppellulatas ; hinc maternis ædibus exclusus, omnes blasphemias  
oris cataractas primò in matrem, inde in Deum ac Divos Cœlites relin-  
vit, dignus, quem Orcus raperet & in partes millenas comminueret,  
offæ Cerberæ bolos !

Hos nempe fructus parit lusoria societas. Similes tragedias  
dit lusoria familiaritas, quæ si bursam exhaustit, in animam sumit  
& in putidam carnem stygios provocat tortores, ut in blasphemias  
effusos lurcones etiam vivos justò Dei iudiciò profcindant. Sigan-  
gant his auditis comæ illis maximè, quos à laicis ecclesiastici Status  
gnitas immensis gradibus discriminavit. Clericis & vel maximè Pa-  
chis ex Concil. Gener. Lateran. sub Innocent. III. in Cap. Cler. de  
& honest. Cleric. aleatio interdicta est ob blasphemiam & decoctum  
scandalosa periculum ; at par ratio chartaceum urget lusum, in  
hic æquè ac ibi fortuna dominatur ; hic pariter & ibi fraudes & mes-  
dacia, perjuriam & blasphemiam nidulantur. Hic æquè variorum  
minum multiplex occasio porrigitur ; hic pariter & numerosa  
decoquuntur, quibus nulla Ecclesiæ beneficia utut pingua suffi-  
ant ; quæ causa fuit cur Lusum in genere *Orcinum* diceretur  
quò tot animæ ad Orcum promoventur. At verò quotus hodie  
nonem illum curat ? quotus hodie seridè & constanter lusum  
rat ? plures certe diem se crederent perdidisse, quò non plures  
ras alearum aut chartarum lusui dicassent, una sessione plures  
reos è sacris Missarum sacrificiis & Beneficiis collectos dilapidantes  
Suaserim ego huic hominum generi, maximè cura pastorali disten-  
ut voto undique innoxio, ut juramento undique sancto, omnes  
lusum tot peccatis, tot scandalis & blasphemias hirsutum ejurent. Et  
tantò fortius & efficacius in laicos lusores ex pulpito detonabunt.  
totius septimanæ labores una vel altera sessione dilapident. Exite  
justum Numen, ut omnes ac singuli lusum tam periculosum, lusum ve-  
rè *orcinum*, societatem ita noxiam totis viribus devitent, & omnes  
blasphemiam spiritum timore pœnæ proscribant, ii maximè, quibus  
quam populi Rectoribus seu sacris seu profanis illud identidem  
Lusum verè *Orcinum* quia per hunc ut plurimum blasphemiam generantur  
per blasphemiam verò in omnium perniciem Cerberæ moloss  
ex Orco provocantur. Dixi.

(23) Jer. 1.

(23) occlamat: *Ego posui te ut evellas, & destruas, & dissipas,* quid ? horridum blasphemiam scelus, blasphemiam protoparentum

CONCIO XIII.  
FESTVM S. JOSEPHI.

*Joseph autem cum esset vir justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere illam. Luc. 1.*

Ilias Liberorum.

**N**Ullum connubium tam sanctum est, quod omnibus careat arumnis. Opt. AA. Sanctius non datur sub Sole, quàm sit Virgineum à Deipara & Josepho contractum, verum undique & validum, licet nonnisi ratum esset. Deiparæ gravissimi dolores, quibus hoc in matrimoniali statu Regina Martyrum meruit saluari, loci hujus non sunt, alibi locorum ex instituto producendi; at verò si maximos animi angores, quos passus est maritatus Joseph, sollicitus exquiras, non injuriâ, Josephum *Virum* dixeris *Dolorum*; tantos nempe animi cruciatus, curas, & ærumnas totò vitæ spatiò sustinuit Josephus. Aliqui numerant in eo septenas, quarum facilè primas tenet hodierna. Quid actum sit hodiè, paucis innuit Evangelista. Domum ex Elifabethæ amica visitatione rediit Joseph, cepit more suo fabri laboribus insistere; hæc inter cùm divinis voluptatibus ex consortio Virginis domi suæ frueretur, en subito prægnantem Conjugem. deprehendit; horruit ad inexpectatum rei eventum tristis, anxius, irrequietus, inde tam perplexis cogitatibus agitari cepit, & cruciari, ut animò diu in diversa jactatò, tandem à lectissima Coniuge clanculò secessum moliretur; quâ quidem fugâ tanquam *Vir justus & nolens eam traducere*, seu legi offerre, Virginis famæ ibat consultum. Mœror iste ex tumido Virginis utero conceptus, tantis auctus est incrementis, ut illud (1) Threnorum de Josepho fidenter posset enunciari: *Magna est velut mare contritio tua; ex una enim parte Virginem sponsam à se intactam, modò gravidam spectabat, & quantum inde, si palam fieret se prolis parentem esse, probrum accresceret, seridè secum agitabat: ex altera verò parte totam vitæ rationem quam Sponsa vixit, accuratè perferutatus, omnia verba, omnes motus & actus ejus,*

A.  
Connubi-  
um etiam  
sanctissi-  
mum, æru-  
mnis scaret  
probatur  
ex Josephi-  
no.

(1) Thren.  
2.

O 3 nil

nil nisi summam modestiam, puritatem & sanctimoniam spirare videri, quæ omnia quamcunque reprobam suspicionem procul in auram dissipabant. Inde autem rursus occurrit, qui fieri possit, ut fidem oculis abnuat, potuisse forsitan contingere, ut quidpiam passa esset invita; videtur sibi proin esse consortium ejus, quæ saltem aliqua esset alterius specie notata. Inde iterum expendit, quantâ prudentiâ quantâ cautelâ ipsi esset hoc in negotio procedendum, ne quid temerè statueretur, cujus tandem seriò poeniteret; una tamen semper hoc perplexo rerum statu totam mentis afflictæ molestiam moestum taciturnus summa cum patientia tolerabat, ne quid ex tanta moestidine Virgini sponsæ innotesceret, Deo interim totum hoc negotium committens. Perspecta rursus Conjugis suæ intaminata virtute & pius animò cespitare accepit, an fortè Deum Hominem (prout SS. in Joseph. observant) uterò suò circumferret: quid si sponsa mea, qua nec umbra mali deprehenditur, illa ipsa Virgo esset, quæ ex veredico Jsaïæ Oraculo futura Dei Mater extollitur; unde se tanta Virginitatis consortiò indignum reputans, se tot & tantis mysteriis clarioribus subtrahere constituit. Ita sanè de pientissimo Josepho in terminis sequuntur Revelationes (2) Brigitanæ. Erat quidem Josephus eo temper animò, ut nullis unquam malis se frangi, nullis se adversis transversum agi pateretur; tritum illud Horatii (3) sibi præ aliis vicedicans: *Si frictus illabatur orbis, impavidum ferient ruina*; quoties tantam gravidam Virginem mysteriorum ignarus spectaret, gravissimè dolerebat, perenni angore compunctus, diu noctuque anxius, Deum in duè erectis in Cælum mœstis oculis, si solus esset, precatus, & ab solo solidam opem efflagitans, in quo uno afflictorum omnium aliarum curas omnes & acerrimos animi dolores deponeret. Ita Deo placidè integerrimi Josephi patientiam exercere, ut nullus alius post Josephum graves ærumnas matrimonio proprias obstupesceret, sed eas pari tranquillitatem cum Josepho exhauriret, juxta illud: *Sic hæc in viridi, in trinitis cogitationem turbis exagitatam mentem, procul acto motu per Angelum è cælo missum, tanta suavitate demulset, ut cum Psalte regio (5) jure optimo exclamaret: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde me Consolationes tuæ latificaverunt animam meam.* Gabriel Archangelus in somnis apparuit Josepho, ut SS. perhibent, teræ, eum his verbis affatus: *Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est; parietur*

- (2) Rev. S. Brig. l. 7. c. 25.  
(3) Horat. l. 3.

- (4) Luc. 23. quid fiet?

- (5) Ps. 93.

autem filium, & vocabis Nomen ejus JESUM, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Hic primùm disfractis omnibus cogitationum procellis, Sponsam suam è cœlo gravidam, ac proin Messia Matrem esse cœlitus intellexit, sibi que de hac nova felicitate, ad quam Dei erat beneficiò evehctus, mirificè applausit; divinis inde deliciis abundare, castissimo Virginis Deum uterò gestantis consortio, quantum antehac nunquam, refocillari cepit, extollendo identidem Dei erga se indulgentiam tam raram. Exhaustit Josephus plures alias arumnarum tempestates, ut cum crudos Bethleemitas nullis posset precibus inflectere, ut ædium simplicem angulum Deo ac Deiparæ indulgerent, cum porrò Dei Filium ad caulam relegatum, duro feno incumbentem, & hiberno frigori expositum coràm spectaret: cum Circumcisioni afflueret, & Sanguinem colligeret divinum: cum Herodis metu in Ægyptum exul JESUM duceret & Mariam incertus de loco, tempore, victu, vestitu, ac ceteris omnibus necessariis in exilio comparandis; dolor inde prognatus totum tenuit septennium; Cum ex Ægypto altiori ex Imperio reversus regnare audiret Archelaum, Herode patre multò immaniorem tyrannum. Erat, ut constat, supra exemplum crudelis Herodes, sed Herode deterior filius metum ac timorem Josephi grandibus modis adauxit; tandem cum JESUM perderet duodennem ac perditum toto triduo investigaret. Non extraxit vitam Joseph usque ad trunculentam mortem ab hebræis Messia illatam, morienti centies commoriturus, si & ipse cum sanctissima Conjuge sua sub Cruce stetisset. Nemo adèd ex conjugatis sibi de matrimonio suo in terris contracto mitiora spondeat; nemo sibi dies serenos promittat. Surgent venti tribulationum, crescent in horas onera & arumnæ; curas curis, timores timoribus accumulabit jam viro femina, jam feminae maritus; augetur dolores partus cruciatus, quotidianos prolium educatio centuplicabit; ut curas taceam rei familiaris, zelotypiam, mariti dominium, bilem, nauseam, & in lusu prodigalitatem; ut silentio involvam feminae intemperiam, rixam quotidianam, studium superbiae, & utriusque compartis circa hæc omnia continuam occupationem. Dies, imò annus non sufficiat, si mala omnia & arumnas maritalis decretas jubear enarrare. Rectè *malorum omnium illadem conjugatorum* in Analog. tub. p. 1. Dom. 19. post Pent. produxi, ubi omnia unum in cumulum coacervavi, quod premere solent conjugatos. Aliam *malorum illadem* Dom. 2. post Pent. Tub. præsentis exhibui, cum Zelotypiam malorum maximum malum connubio adscriberem. Festum S. Andreæ

B.

Si hæc in viridi, in arido quid fiet? plus ergò arumnis alii omnes conjugati peribunt.



Andræ Tub. Clem. statum omnium ærumnosissimum esse probrum  
matrimonium, cui nec Capueinorum nec Carthusianorum valeat  
steritas comparari; crucem in eo maximam dices esse Zelotypiam,  
quâ in virum femina, in feminam maritus exardescit. At verò si  
li Zelotypiæ detur locus, quæstio restat, quid tunc malorum  
mum, quæ crux omnium maxima dici debeat in Coniugio? huic  
stiumcula ocus enodanda dico, proximum Zelotypiæ malum esse  
perosissimam Liberorum Educationem, quam idè dixerim *Liberorum*  
*Iliadem*, seu quod idem, Mala connubio annexa ab Educatione  
enasci solita. Accingor operi & asserti hujus solidæ probationi.

(6) Joan.  
16.

Verum est, quod Christus (6) dixit, tristitia mulieris parit  
& condolentis mariti moeror multum levatur, cum partu felici tem-  
solvitur: *ubi peperit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium*  
*quia natus est homo in mundum.* Gaudet partu fausto mater & pater  
nec malè; at vero ipsum hoc gaudium centies turbatur suspitione  
jectura, eventu subito, immatura pueri morte, vel sanè ita moribus  
formati, ut eum parens uterque primò balneò suffocatum optat.  
Ita sæpè in partu præfestina est lætitia, quam sequens tragedia ev-  
tat; licet enim mater de prole sua certa sit, dolet tamen enormiter  
si de illa virum videat dubitare. Sunt alii hóc maximè avò  
carneò, nimis tumidò & avarò, qui parùm curare videntur, unde  
lem habeat mater, modò ipsi habeant putatitium hæredem. Lep-  
mam an illegitimam prolem suscipiant, non morantur; quorum  
dem gaudium non esse potest diuturnum; ut enim Sacra meminitur

(7) Sap. 3.

(8) 1. Reg.

4.

ptura (7) *filiis adulterorum erunt in contuminatione, & ab iniquo rebo-*  
*men exterminabitur.* Expertus id est David (8) cujus parvulum  
gitimè susceptum Dominus sustulit, quem peperit uxor Uriæ; imò  
diutius, & in majorem spem viunt liberi, eò in majores luctus  
jiciunt parentes adulti. Credunt sæpè, se morigeros Isaacos, se  
reos Jacobos educasse, & ecce, suis è laboribus & curis meros  
unt Absalones parentibus suis rebelles, quos diro fati genere e-  
tollat justum Numen. Hæc hæc liberorum incerta & periculosa  
catio multos hanc in horam à Coniugio absterret; vident enim  
fidie ante oculos, quantum parentibus laborem creent filii etiam  
vi; quantam illis curam, crucem & dolorem pariant si adu-  
Quò major sæpè proles est, tantò etiam major de illa sollicitudo  
ne in morbum irruat, ne ferrò cadat, ne aleâ vel charta, vel  
parentum bona operosissimè collecta consumat; ne inconsulto &

ep̄to se matrimonio involvat; ne ipsos in parentes audacia plus quàm  
barbara infurgat, & vel vi vel fraude vestes & pecunias subducat. Hic sa-  
nè non rarò etiam sanctissimos parentes audias ejulare, quòd filios suos  
domi optimè educatos foris audiant factos esse pessimos; quanquam  
nec mali parentes sine cruciatu tolerant pessimos filios; quòd enim in iram  
sunt proniores, eò etiam impatientius ferunt, si à suis cognatis quameun-  
que contumeliam patiantur. Bonus imò optimus fuit nostrum omnium  
protoparens Adamus; at nunquid Cain filium vidit fratricidam? Vir  
erat secundum cor Dei regius David; at nunquid Absalon fatales insi-  
dias optimo struxit parenti, dignus qui fieret duræ arboris anathema.  
Quid non tulit Abraham ab Ismaèle, à Ruben Jacob, à filio Cham pius  
Noè à maledicta prole turpiter illusus? ah quoties hic illusionibus, dictis  
& cachinnis bilem suis parentibus discolis filii exasperant! Exemplis hic  
loci superfedeo ubique obviis.

Ex his omnibus perspicuum redditur, conjugium utut pium, san-  
ctum, à numerosa prole à sapenmerò felle oppleri. Rectè ait Apostolus  
(9) si acceperis uxorem, non peccasti; & si nupsit virgo, non peccavit; (9) 1. Cor.  
at verò probè notentur sequentia: Tribulationem tamen carnis habebunt 7.  
*bujumodi.* Hoc acetum Deus Conjugio affudit, ne qui merum mul-  
tum in matrimonio expectaret, vel matrimonium cum hæreticis cre-  
deret præstantius aliquid esse, quàm sit cœlibatus. Ah! quàm multi  
timēt, ne proles sit aliena, quam ut suam sustentant; hujus tamen ti-  
moris non pauci viri causam præbent ultroneam. Quomodo? quando?  
dicam candidè: fucos enim & phrasēs gallicas odî mordicus, execror,  
detestor. Ipsi viri sæpè perfidas faciunt uxores suas; cur enim eas  
tantoperè oculis ornant alienis? emptores quærit, qui equum comit.  
Cur ad omnes choreas, societates, nuptias, hortos & adipales mensas  
mittunt suas? dum comuntur, venduntur, foro dum parantur, empto-  
ribus prostituuntur. Quod modò de uxoribus dictum est, quas sæpè  
per luxuriantem vestitum faciunt reprobas mariti, idem de filiis sen-  
tiendum & de filiabus, si degenerent, atque omnibus ærumnis af-  
ficiant parentes, has ærumnas à filiis profectas sibi frequentis-  
simè ipsi parentes conciliant; cur enim eos à cunis in omnem edu-  
cant vanitatem, luxum & lasciviam? cur eis omnia permittunt  
& indulgent? si nolint habere malos filios, sanctius educant filios  
suos; si velint fortiri longævos, corrigant refractarios. Ipsi hodie à  
pueris pueros & puellas avaritiam docent, gulam, superbiam, luxuriam,  
accediam. En ut aurò infasciant, qui necdum sciunt, quid rei sit aurum.  
cant.

(9) 1. Cor.

7.

D.

Accetum  
conjugio  
affusum  
est.

E.

Hoc acce-  
tum ipsi  
sæpè pa-  
rentes  
multipli-  
cant.

P

En

En ut purpurâ involvunt adhuc à matre rubentes pullos. En ut melle & saccharo stomachum evertunt. En ut vix pedibus insistere docent propudiosos saltus ostentant. En ut inter pueros & puellas, nuptialis choreas primis annis instituunt. Ubi tam miserè proles educatur, nemo miseretur, mille curis, mille angoribus ob hispida sobolem parentes lantinari.

(10) S. Aug.  
Serm. 33.  
ad frat. in  
erem.

Tragicam rem narrat Aug. (10) his verbis: Accidit hodie terribilis casus clarissimo civi nostro Hipponensi Cyrillo; filium habebat unicum, & quia unicus erat, eum superfluè diligebat supra Deum hoc superfluo amore inebriatus filium corrigere negligebat, damnam iam potestatem faciendi omnia, quæ placita essent illi: ô dolosa creatura! ô grandis filiorum perditio! ô paternus amor mortiferus!

F. Probatur ex August. filios se dicunt diligere, quos jugulare procurant. Dicunt eos amare, quibus jam suspendia parant. Dicunt patres se filios enutrire, ecce, jani pater & filius ambo in foveam cadunt. Quare pater & filio cadit in foveam, nisi quia pater cæcus est, quia malus est.

Hist. quia salutem suam ac filiorum negligere videtur; quando & quomodo pater hæc neglexit, nisi quando filio libertatem dedit! quando eum corrigere neglexit, nisi quando virgæ pepercit, eique læta & serenorum vultus exhibuit? Cupitis audire nunc, quomodo pater & filii lapsi sint in foveam? Ecce Cyrillus vester filiū habebat, ut nollis, quem negligere negligebat, ut luxuriosè vivendo partem bonorum absumeret, sed en hodie ebrietatem perpeffus matrem pregnantem oppressit, & violavit, patrem occidit, & duas alias sorores ad mortem usque cecidit. Quam gravibus damnis filius iste discolus patrem affecit! quam gravibus probris matrem afflixit! quam grandibus malis matrimonium conturbavit! at horum omnium prima causa parens exitit. Quod timet pater intrivit, exedere debuit pater; tulit pœnam, qui fecit culpam. Nemo miretur, à filiis malè educatis pro ignavis parentibus tantas cruces elaborari. Non pauci parentes ad certum tempus in hac vita in altera verò propter filios neglectim educatos, æternum puniuntur.

Dedimus paulò antè luridum proles educatorem Patrem, qui filio in letalis conniventia: pœnam trucidatum ex Augustino nunc ad Matrem pari ex causa damnatam ex Hieronymo produco. Est ea nobilis & locuples femina Romana, nomine Prætextata, quæ ab Hymetio marito suo Virginis Eustochii cognato se passa est induci, ut Eustochium Virginem, quæ jam multos calces illidere, & se Deo sacros inter cœnobii parietes statuit.

(11) S. Hieron.  
est ad  
Læc.

G. Et ex S. P. Hieron. calces illidere, & se Deo sacros inter cœnobii parietes statuit.

lære, vanis ac profanis vestibus exornaret, & crines ejus in turrivos cincinnos ligulis splendoris crisparet, qui luxus vel hodie in procacibus feminis & domicellis superbiæ capillares nidos infestat. Satagebat hoc ornatu innocentem animam à clauistro avertere, eique tam virginitatis, quàm vitæ solitariæ nauseam conciliare. Audiant modò quæ sequuntur omnes illæ matres & femellæ, quæ totæ sunt in commendis, in pingendis, & Dearum ritu vestiendis puellis suis. Hic probè perpendantur, quid boni, imò quid mali pariat unguentorum odor, coma undique calamistrata, ut luxuriantibus ligulis innodata, ac vestium omnium procax ornatus. Vix dies abiit, quò Prætextata Eustochium affinem suam dictò modò expolivit, en proxima nocte dormienti adstitit, favo vultu intuens Prætextatam Angelus, gravi & sonora eam oratione hunc in morem salutans: tentane tu audaciæ, tantæ sis temeritatis, ut mariti tui consilium seu mandatum pluris facias quàm Christi præceptum? tu ne ausa es Virginis Deo devotæ caput sceleratis manibus atrectare? en nunc illæ tuæ sacrilegæ manus tibi occius exarescent, & ex immani cruciatu addisces, quantum facinus pataveris; hoc tamen supplicium sceleri tuo decretum nondum sufficit; post exactos quinque menses præceptis ageris in Avernum. Dicti virtutem probavit eventus; fatò repentino occidit Prætextatam, sine sacris extincta, ostenditque, seram illius poenitentiam extitisse! Eustochium filia non fuit Prætextatæ, sed affinis, instar filiæ tamen habita, idèò tanquam prava mater acheronticis ignibus punita; ut Deum sanctius discant parentes timere, qui liberos suos nullum Dei timorem edocent, sed eos potius ad omnem vanitatem luxum & luxuriam educant, sustentant.

Sive ergò liberos habeant in Conjugio parentes, sive liberis careant, semper inde cruces prodeunt: non dantur liberi conjugibus, assiduos inter curas expectantur, & votis desiderantur millenis, ut tot opum certos capiant hæredes, effatæ senectutis baculos, & fractæ gaudia vitæ. Si dantur liberi, Deum bonum! quæ onera, quæ juga iterum parentibus accrescunt ex prolium sustentatione & earum educatione, à quibus tamen etiam probè, ne dicam, improbè educatis, nil præter sannas & ludibria reportant. Suis etiam morigeris jure occinunt tritum illud Joannæum: *Quis putas iste erit?* aut hæc puella? an solatio erunt, an cordolio parentibus suis! omnia cum fecerint parentes, semper tamen sacrum inter & saxum hærebunt nescii, quid futura pariat dies, grati an ingrati liberi sint futuri? an in gratia morumque innocentia sint duraturi?

Hist.

ri? centies hic falli videas parentes & solamine destitui praecepto.  
 Quomocunque ergo liberos suos respiciant parentes, cura de pre-  
 senti, cura de futuro animos lancinabunt. Educari videant suos ad-  
 mnam vitae modestiam, semper in curis versantur, ne fatò rapiantur.  
 Irruit mors & florem amputat, cura curis, lacrima lacrimis auge-  
 tur, sed non nisi stultis à parentibus; si enim innocens est anima, pe-  
 care nescia, sacris tamen Baptismi fontibus ritè abluta, certi lumen  
 lem animam rectà coelis illatam esse; ut quid ergò tot ejulatibus  
 mum complent & viciniam? an coelos invident suis, quibus forsitan  
 ternum excidissent, si adultiore obiiissent. Adorent Providentiam

(12) Sap. 4. vinam hic loci parentes & se illo Sap. effatò (12) solentur; *rapine  
 ne malitia mutaret intellectum ejus.* Subinde à cunis etiam infantem  
 piuntur, ut parentes probentur, prout scimus probatos esse Abra-  
 mum & Jobum; ille speravit contra spem in spem, cum Isaac  
 sus esset è medio tollere paterna manu, cujus obedientiae centum  
 accepit: *Suspice caelum & numera stellas (13) sic erit semen tuum,* Job.

(13) Gen. 15. *labiis non peccavit, nec stultum aliquid contra Deum locutus est,* est  
 tis iteratè nuntios acciperet, id unum ingeminare auditus: *Nudus egres-  
 sus sum de utero matris meae, nudus revertar illuc. Dominus dedit Do-  
 nus abstulit. Sicut Domino placuit, sic factum est. Sit Nomen Domini  
 neditum!* Sic omnibus ac singulis parentibus loquendum, suos  
 mittant; si verò suos sine culpa ipsorum videant in probrum famam  
 & incendium gehennae excrescere, irrità industrià correctioni  
 impensã, rebelles animos Deo cordium expugnatori committant,  
 quod viribus deest humanis, supremum Numen compenset.

Tandem hunc in finem, ad leniendas quasvis matrimonii arum  
 omnibus suaserim conjugatis, ut D. Josephi efficax patrocinium  
 tidie implorent. Hic afflictis condolebit, ac fel in mel, abis-  
 thium in saccharum convertet.

Amen.



CONCIO XIV.

Festum Annuntiationis B. V. M.

Ave Maria. Luc. 1.

Salutatio Angelica.  
Execratio Diabolica.

**A**liā terris, alia coelis recepta est politia, Opt. AA. Illa grandem morum crepat barbarissimum committi, si quocunque modō Prælatum subditus & inferior, Herum famulus, Magistrum discipulus, licetor Prætorem, verna curialis Consullem, imberbis Frischlinus grandævum Senem, Principem cubicularius, Nobilem ruralis Mopsus, Parochum ædituus, legis-Doctorem illiteratus scriba, Virum femina prior salutet; hæc contra urget, imperat primo quantocius manē Deum ipsum ac Divos cœlorum satrapas, per abjectos terrarum filios salutari, aliter rarō admodum exoptata salute cœlitis donandos, nisi antē vicibus iteratis Superos terricola salutārint. Scimus Dei summi matutinam salutationem ab homulo intermissā, vitā neglectori suo stetisse. Legi olim in Annuis Soc. tit. Funiculi (1) Adam &c. fuisse Belgam, qui cadis patrata spectator, auditoribus fugā dilapsis, tanquam sceleris complex comprehensus, etiam capite damnatus est. Mortis inexpectatæ nuntio exanimatus, animo inquam humi corruit; ubi verō animus cum voce revertit, has in voces linguam resolvit: justus es Domine, & justum est iudicium tuum! parentes enim mei imminente bello cūm præviderent fore, ut eorum liberi aut communi malo penitus opprimerentur, aut à se mutuo avulsi, in varias Syrtis agerentur, quorum corporibus non poterant, animis saltem prospicere statuebant; cūm itaque nos omnes convocassent, salutaribus præceptis singulos animarunt, magnoperè obtestantes, ne quando committeremus, ut illa nobis memori mente disfluere: præcipuum erat hoc, quod seriō inculcabant, ut quotidie prima luce salutem & gratias pro acceptis beneficiis per preces matutinas Deo dicere-mus, ejus auxilium pro animæ ac corporis salute firmanda pientissimè implor-

**A.**  
Deus ac  
superi con-  
tra mundi  
politiā  
volunt à  
terrícola  
primo ma-  
ne salutari.

(1) Ann.  
Soc. seu fu-  
niculi A-  
dam &c.

**B.**  
Neglecta  
salutatio  
stetir vitā  
mortali,  
Hist.

P 3

implor-

implorando. Id si faceremus, salutem salute refundendam, atque ipsam vitam nostram custodem futurum ter clementem Deum: sin negligemus, Deum vindicem & ultorem nos certò habituros. Vera fuisse ocula piis à parentibus profecta, tristis modò eventus confirmat; ab eo tempore nulla dies abiit, quàm non salutarum eorum consilio promptus eorum direm: unus ille dies, qui me veteris præcepti oblitum offendit, tam periculo inermem objecit, ut cædis per alios factæ ipse poenas exsolverem, qui sceleris potius testis eram, non particeps; hoc proin supplicium mihi non tam ab hominibus, quàm ipso à Deo decretum, non placidè subeo, meaque morte religionem sancio paternæ disciplinæ. Hæc dixit & vixit, infami gladio peremptus. Discant hinc parentes à domesticis piis leges præscribere, & salutem primo manè Deo dicendam seriò urgere. Discant inde filii haustis legibus ardentè obsequi. Discant inde omnes ac singuli primam salutem Deo impertire, ut ea ab omnium bonorum largitore Deo cum largo gratiarum sœnore repetent. Sed & Matrem illius purissimam Virginem, Patronam, ac Tutricem suam, sœquentes salutare discant universi, eam maximè formidantem, quàm hodie scimus à cœlesti Genio flexo poplite juxta (2) Bernardum salutatam esse MARIAM, quo fructu ad nos refluo hæc Salutatio angelica reiteretur, quò damnò negligatur, aut illius in vicem stygia precatio Marianæ exsufflatio subrogetur, jam fusiùs eloqui mens est.

(2) S. Bern.  
Serm. de  
Verb. Ap.

C.

Deo ac  
Deiparæ  
Salutatio  
placet An-  
gelica,

(3) Nirn-  
berg. de  
Am. B. V.  
c. 21.

Salutatione angelica nihil gratius esse Deiparæ, nihil ad corporis animæ salutem roborandam efficacius, gratiæ innumeræ & Marianæ devotes salutantibus exhibiti, palam reddunt testatum. Nempe humanissima & urbanissima est MARIA, prout in festo Visitationis ejus abbas in Tub. Anal. demonstravimus, & idèd vix unquam piè ac devotè Gabrielis æmulos salutatores sine reciproca salute dimittit. Nirmbergensi si credimus, (3) S. Mechtildis his olim Deiparam fidentissimo amplexu compellabat: *Si te, o dulcissima cœlorum Regina Salutatione, nunquam excogitare potuit humanam pectus, salutare possem, te promissè salutarem!* Necdum ultimam horum syllabam elaboravit, jam curata habuit spectabilem gloriosissimam Matrem, quæ in virgineo pectore aureis litteris scriptam Salutationem angelicam gestabat, his eam verè affata; ultra hanc Salutationem nullus hominum pervenit, neque illi me salutare poterit dulcius, quàm is, qui me in illa reverentia salutavit, quàm Deus Pater me per hoc verbum *Ave* salutavit, confirmans me omnipotentia suâ, ut essem immunis ab omni Evæ culpa; per quam Dei filia suâ Divinâ Sipientiâ sic me illustravit, ut sim clarissimum Sidus, cui

caelum & terra illuminatur; per quam etiam Spiritus Sanctus tota sua dulcedine me penetrando, tam gratiosam reddidit, ut omnis, qui me per gratiam quaerit, gratiam inveniat, quam quaerit. Haec juxta Nurnbergium Deipara. Fac ergo per recitatam Salutationem sanitatis tuenda, & cujusvis mali seu sacri seu profani nostris à capitibus profligandi gratiam quaeri, hanc ipsam gratiam facile invenient Oratores Mariani, qui hodierni Gabrielis ritu ac forma Augustissimam Coeli Reginam didicerint salutare. Docuit eandem Mechtildem clementissima Mater, ut ne quis vel imparatus, vel inexpiatus fatò pereat inopinatò, Salutationem angelicam ternis vicibus in honorem Sacrosanctae Trinitatis cum aliis tribus oratiunculis post singulas salutationes pie persolvendas recitare. Prostant haec passim in Legibus Sodalitii, & in precatoriis libellis, illis maxime, quos Mechtildianos dicimus, ut ad eò necessarium haud sit, ternas illas preces praesentibus chartis allinere. Viatorem illum hac una Salutatione centies iterata, praesentanae morti subtractam esse, refert (4) Nadasiacum enim orantem in silva vitae prado eminus conspexisset, à pradone factus est propugnator illius, atque ibi vitam suam ipse reperit, ubi mortem alterius sollicitè quaesivit; paulò post vitae genus amplexus est religiosum, spectaculo circa orantem visò ad sanctiorem vivendi normam protractus. Vidit ille oranti obvium se dedisse formosissimum puellum, qui ex orantis ore prodeuntes rosas colligeret, centum è rosis corollam formaret, eaque coronatus se in caelos usque celerrimo volatu sustolleret. Potuit hic loci Salutationum centuria promptam, & alterius neci paratam romphaeam exarmare, idem sanè nostra valebit, si eò, quò par est, animò ac corde Virgini Matri offeratur. Quid multis? idem gratiae ac servatae vitae beneficium etiam ratione carentibus aviculis collatum memorat (5) Bernardinus de Buis. Alebatur à pia Virgine psittacus, ita tamen, ut garrere, ac binas hasce voces, *Ave Maria*, articulatè disceret decantare. Audiit eum magno cum solatio Magistra, & propter hanc pientissimam garrulitatem magnis in amoribus avem illam Virgo habuit. Accidit autem, ut è sinu Magistrae suae longius quàm par erat, abiret, & in hiantem milvum loquax psittacus incideret. Quid ageret misellus? alae ad fugam non sufficerant, neq; nutrix ferre poterat auxiliatricem manum; dedit proin ipsa necessitas trepidanti psittaco efficax consilium in arena: cecinit ille hoc in articulo suum solenne, *Ave Maria*? & ecce rapacem milvum aureo carmine suo ita repressit, ita incantavit, ut mox humi rueret extinctus; Ita psittacus libertati pristinae ac nutrici suae restitutus, piceos ungues rapacis milvi

(4) Nadaf.  
in An. Puer.  
Jesu. hebb.  
11. n. 7.

(5) Bern.  
Serm. 1.  
P. 12.

D.  
Fructum  
Angelicæ  
Salutio-  
nis etiam  
aviculae re-  
cipiunt.  
Hist.



milvi falvus, integer evasit. Ave unius virtutem avis si experta, praedixit potuit fatum eludere, quidni Deo ac Deipara devotus homo, tua salutatione morti objecta, aut Orcino accipitri decantata, offeas Stygios praedonas evadat? Evasit offeas tota panè Gallia, cum Ludovicus undecimus Galliarum Rex, pro sopiando bello, bellicae pedum qua lue certius abolenda, ad cultum publicum per Angelicam Salutationem Deiparae deferendum, etiam sub meridiem pulsari voluit. Pulsus Angelicae Salutationis iucum & Orcum pro-scribit, risienses Campanas; unde sub Annum 1462. se mos iste in alias que terrarum oras diffudit, qui vel hodie, ubicunque sedem fixit, des Catholica, suum tenet solenne. Stygios hostes hoc facerrimo Angelicae Salutationis pulsu pro-scribi, ipse Orcus fassus est, pacta nempè cum Styge inita illò momentò everti, & omnes tartareos conatus dissipari, ut primùm ternis ductibus signum datur Angelicae Salutationis. Fac; suis à circulis ferius domum bicipiti effuso stygies vertant, signò hòc eminùs auditò, mox ope cerberea destituta, ex alto decident in dumeta, vel eo tempore cellis vinariis conclusa flagranti, ut ajunt, deprehendentur, quia pactum cum Orco in inito illò momentò dissipatur, quò Angelica Salutatio pulsatur. Hæc ratio est, cur plerisque in locis ritè constitutis, ubi rei hujus sollicitudine habetur, hæc utilissima consuetudo vigeat, quâ solenni camporum pulsu pro avertendis tempestatibus decreto, terris tractibus Salutatione Angelica præmittitur. Docuit nempe multiplex experientia ultronea maleficarum confessio, nubes noxias longè fortius dissipant, fulmina longè citius retundi, aëreos spiritus viciniam infestantes longè feliciter profligari, si vel eminus audiant pulsum illum, quò ad Deiparam Gabrielis exemplò per Ave colendam Christianus populus stimulatur.

Hæc inter tamen probè fuerit singulis curandum, quibus tantum seos quàm stygios hostes potentissimæ Salutationis beneficio triumphare, ut per nos eo semper ritu Dei Genetrix salutetur, qui flectere possit Salutata, ut Salutatoribus suis animæ simul & corporis salutem refundat. Hunc in finem salutanda est, non ore tantum, sed corde; pessimè sc. & infructuosè Deiparam salutant, qui eam dumtaxat labiis honorant, corde illorum procul ab ea recedente. Signavit præidem Rich. de S. Laur. (6) verbis illis: *Corde, ore, ac opere salutata, meritiò possit illud nobis* (7) *ex Isaiâ reponere: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Longè est à Deipara, qui impurus est & contumeliosus, & quam verbis salutatur, pravis moribus conspurcat.

(6) Rich. præidem Rich. de S. Laur. (6) verbis illis: *Corde, ore, ac opere salutata, meritiò possit illud nobis* (7) *ex Isaiâ reponere: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Longè est à Deipara, qui impurus est & contumeliosus, & quam verbis salutatur, pravis moribus conspurcat.

(7) Isai. 29.

cem Angeli profert, qui Mariam salutat; Angelicum *Ave* pronuntiat, qui Deiparam salutat, ergo ore ac corde puro Angelum assumat, eumque vita & moribus referat, quem voce & Angelica salutatione ostentat; hæc alia si fuerit, indigna erit, quæ ab Augustissima Cælorum Regina exaudiatur, prout bellè iterum observare visus est Richardus I. c. minus efficax & minus utilis est Mariæ salutatio, vel ad eam directæ oratio, cum præsumitur ab indigno &c. Vim ergo ac virtutem Salutationi affundant præcordia nostra & lingua, nullis libidinum motibus contaminata, nullis detractionum spiculis confixa, nullis rancoribus & inimicitiiis infecta, & pariter nostris à cervicibus quavis ignea calamitatum, quævis stygia tentationum tela Virgo mater profligabit.

Vidimus hæctenus, quid mali nostris à capitibus proferat, si Divi Gabrielis præviò exemplò piè ac devotè, humiliter ac reverenter Deipara salutetur. Restat modò, ut & illorum pertinacibus animis saluberrimos timores incutiamus, qui nil credi volunt, nisi quod palmaribus literis exhibet Scriptura. Ut quid ergo tam enormès calumnias in Virginem nostram eruçant, quam Angeli Gabrielis & Elisabethæ scripturificò exemplò coli vident & prædicari? ostendunt hoc ipso ex capite se ex pestifero tartarei Serpentis semine prognatos esse, qui odio plùs quam vatiniàno in Deiparam accenso, etiam Nomen ejus diris & fannis continuis lacerate contendit. Memorabile est, quod Franc. Bencius (8) in annuìs recitat Peruanis, sub finem prioris sæculi accidisse. Irruit forte ex Flandria turpis lenò in Peru; hic eum more his fratribus pessima libertate recepto in omne scelus præceps ageretur, solam Catholici nominis femellam deprehendit, cui multum invita ac vana sine viribus irâ reluctanti cum turpe vitium inferret, ecce tibi ocuis mugire tonitrua, micare fulgura, magno fragore quassari terra, tumultuaria ventorum conjuratione stimulari aura, fæda omnia & hostilia cælorum atria minitari. Rapuit consternatio totam mortalitatem, solus hic ganeo pessimè securus neutiquam percelli aut metu concuti. Nesciebat injuriam passa, qui genus unde domo esset reprobis lurco, persuasà, suæ fidei domesticum esse, Mariam invocat, & pariter monet scelestum lavernionem, ut in auxilium vocet Deiparam, eamque cum Angelo resalutet, ne ambo fulmine feriantur & consumantur. Vix hæc ad stygium caput puella, mox sacrilegus lurco reposuit: & quid tu mihi trivialem mulierculam occentas? quid opis præstabit Marilla tua centies salutata? demens es, si salute huic feminae dicta quidquam præsidii speres? nec tum ultimam blasphemix

F.  
Puro cori  
de Deip.  
salutetur,  
ut fructuo-  
sa salutatio  
reddatur.

(8) Franc.  
Benc. in  
An. Peru.  
G.  
Calumniator  
Deiparae  
timeat  
gravem  
vindictam  
Hist.

sylla-

syllabam effutiit, fulmen irruit in cubile & miser leno lecto in par-  
 mentum excutitur, salva puella, quæ mox integra stratò profuit, re-  
 probum lenonem cœlitus exanimatum, ex oculis in angulum protu-  
 ctura; & ecce Numinis vindictam! vix pedes sustulit, ambo pedes  
 truncò corporis soluti manibus hærent trahentis; ostium ingressi vi-  
 ni humi stratum, ore patulo, excussis dentibus, linguâ radicitus  
 vulsâ exanimem vident, dumque cadaver efferre satagunt, quam quæ-  
 que partem corporis arripuit, manibus hæere deprehendit, clarò in-  
 que & perspicuò testimoniò, sacrilegas Deiparæ exercitationes, lup-  
 bri lessò & tragico planctu terminari. Possent hujus argumenti exem-  
 pla producere centena, si tempus supeteret. Scimus, hos Marianis ho-  
 minis blasphemos laniones, Orco prædam cessisse, fractâ gulâ exparâ-  
 medios cum Juda crepuisse, fatò momentaneò ad Tartarum emigra-  
 fulmine cœlitus tactos calumniatricem animam evomuisse, terris ha-  
 stos disparuisse, pediculari morbo infectos fatentem animam exhal-  
 se. Desinant proin tot evidentibus scelerum vindictis exterrita tu-  
 dem aliquando in Deum ac Deiparam fidei hostes malignari. Spiritus  
 amor est, quò Christum prosequeris Salvatorem, si odio interim peccati  
 Servatoris Matrem proscindas, ab Angelo & Elifabeta juxta S. Scri-  
 pturæ Oracula solenni cultu honorificatam Virginem. Creditur ip-  
 sus Lipsius Deiparæ Bonitatem ita grandem esse in quoscunque ho-  
 tales, ut si etiam à pessimo hæretico jam morti proximo has binas pro-  
 set vuculas obtinere, *Ave Maria*, jam firmiter crederet, ope ac par-  
 cinio Virginis hujus hoc ritu imploratæ, expugnandum hæretici pro-  
 ctus, & vera fide illustrandum, ut contritus in Domino mori posset  
 sacerdote orthodoxo destitutus, aliàs in dæmone obiturus.

Interim saltem ab ore nostro, qui Catholici sumus, non recedat  
 nec recedat à corde, qui Deo ac Deiparæ fida mancipia famulamus  
 cultus Deiparæ. Amen.



CONCIO XV.

Festum Resurrectionis D. N. J. C.

*Surrexit, non est hic. Marc. 16.*

Damnosa Relapsio.

**M**Eminerint AA. mei, Qualis quaestio Epiphaniae festo hic loci nuper fuerit eventitata. Posuit eam Cornelius (1) an solis (1) Cornel. è Catholicis plures hodie salventur, an damnentur? dictam in Jac. 2. est, plures Orco cedere. Assertum hoc unico probatum est A. argumentò, ex stygiis Pseudopolitiae principis desumpto, Plures ex quia nempe plures etiam ex Catholicis animò & lingua, verbò & factò Cathol. damnantur, haec pessima Machiavelli principia fovent & sectantur, iis passim innu- quia tanto- perè per re- triuntur & immoriuntur. Modicà synopsis potiora haec principia con- lapsum pa- schalia fe- clusit, qui dixit: *Factam injuriam talione vindicandam, inglorium haberi- sta con- spurcant.* & *infamem, qui id negligat: inimicitiam fidei amoris pallio tegendam, ut tanto certior occasio præbeatur vindictæ: duellum si offeratur, acceptandum, ne ulla honoris jactura incurrat: in convivis ad haustus aequales respon- dendum esse propinanti, licet inde tota ratio tumuletur: ante omnia statui, prolibus, & familie consulendum, quidquid contra clament Divina vel Ec- clesiastica leget: vitam & fortunas etiam cum dispendio utriusq; legis tuen- das esse &c.* Quid labis, quid luis ac pestilentiae hæc avernalis politia Republicæ pariat christianæ, dictum est Festo memoratò. Nolim ho- die crambem apponere bis coctam. Nunc bona cum venia AA. hanc ipsam quidem quaestiuunculam reassumo, eamque pari sententia decido, longè plures sc. ex Catholicis damnari quàm salventur; firmando tamen huic asserto aliud Argumentum exhibeo, quod Festo respondeat hodie- no, numerò quartum, si Cornelium sequamur. Ratio damnationis hu- jus nunc pro tempore à Paschalibus festis hauritur, quæ cum turpibus ausis plùs dedecorent & conspurcent orthodoxi, accidit pariter, ut tan- to ex sacrilegio rite nunquam expiato plures pereant; & hostiæ occum- bant teterrimo Phlegetonti. Hæc una ratio præsentis hodie Sermonis objectum erit; quod dum breviter exentero, flexiles animos & attentas aures flagrantibus votis exopto.

Q<sup>2</sup>

Juben-

B. Jubentur passim pro Paschate per Ecclesie Matris preceptum, et  
 Describi- immmani flagitiorum Veterno, ex foculento scelerum tumulo, ad vitæ  
 tur rela- tiam resurgere Catholici; eum in finem annua exhomologes & re  
 plus & pro- schalis Confessio omnibus fidei domesticis sub interminio negatio  
 batur. sepultura imperatur; at verò quotus ex animo, ut par est, tumulus  
 deserit, tot undique pravitatibus coopertum? quotus hodie feri  
 cram colit Anastasin? quotus hodie à morte ad vitam totis viribus  
 surgit? nunquid potior hominum pars præcepto Ecclesie pro forma  
 pletò, ocius in antiquam scelerum silvam revertitur, & in idem  
 recidit volutabrum? vix die confecto, iisdem flagitiis contaminantur  
 liqui mox iterum suæ salutis vivunt incurri, toti colligendis opibus inter  
 toti cocervandis honorum titulis immerfi, toti fabricandis ædifi  
 hortis, villis & vineis addicti, ut rarò vel nunquam de Deo, de  
 aterna, de conscientia sua recogitent, nisi ipso in Paschate, idque  
 tantum, quia præcepto Ecclesie confiteri, & mensam Eucharistie  
 adire coguntur. Alii mox iterum usuris & simonijs irretiti, bona  
 quæ parva ne quidem somniant restituere, licet centies tritum illud  
 gustini audiant recapitulari, non dimitti peccatum, nisi restituatur  
 latum. Alii suas etiamnum pellices domi fovent, licet expiati, in  
 scœnis amoribus usque adeò reimpliciti, ut illis se nequeant expelle  
 quia se nunquam serio volunt extricare. Alii denuò lites semina  
 rixas fovent, & odia decumana, vindictas animò recoquunt centies  
 Alii mox etiam in Paschate popinas frequentant, & luforias tabern  
 quas tamen ob tot & tanta flagitia ibi perpetrata coram conscientia  
 bitro tam fortiter ejurabant. Quæ & qualis quæso hæc confessio  
 ubi nullum efficax propositum de peccatis conceptum stipar dolent  
 Requiritur essentialiter ad absolutionem, firmum Pœnitentis propositum  
 dolori sociatum, hoc tamen propositum ita luridè ita oscitanter pro  
 rant, nec habere satagunt sed simulant se habere, ac sibimetipsos  
 persuadent, se officium pœnitentis ad numerum explevisse. Est tamen  
 hoc propositum res sanè perardua, res sublimis & difficilis; hi vero  
 nullam sibi vim inferre velint, ad rem tam arduam nullatenus commo  
 tur, maximè si morbus & articulus mortis accedat, ubi ratio, judicium  
 sensus & hominis ægroti vires enormiter debilitantur. Accidit  
 ut extot annorum prævio habitu etiam in articulo mortis æquè pro  
 tum forment, quale solent Paschalibus festis effigiare, sc. superbia  
 verbale, mucidum, emarcidum, emedullatum. Esto itaque pœnitentia  
 Catholicorum in agone sacris omnibus communiti diem obeant super  
 ma.

mum, si tamen post factam exhomologationem plures dies decumbant, re-  
 currit sapientissime pristinorum cupiditatum viva memoria, quae animam  
 iis se pacere solitum, ad impium consensum inflectant, ut in pravam  
 cogitationem & morosam delectationem praeferat voluptatis consen-  
 tiant, ideò maximè, quia tunc daemon eam menti obicere solet & re-  
 fricare, gravissimèque hominem in ultimo illo duello tentare consuevit;  
 id etiam daemone, in poenam scelerum & negligentia iusto iudicio Deus  
 permittit, quae negligentia infecti, adhuc sani pravas cogitationes & re-  
 probas cupiditates expugnare noluerunt, sed iis potius quasi equus &  
 mulus omnia indulerunt, nullis unquam remediis serio adhibitis, qui-  
 bus se inebriandi, fornicandi, rixandi, lusingandi, pejerandi & maledi-  
 cendi pravissimos habitus fortiter reprimerent & extirparent. Accidit  
 adeò ut plurimi Catholicorum efficacis Propositi defectu confessi licet &  
 communicati daemone tentationibus succumbant, & numero propè  
 innumerò aeternaliter pereant. Hoc ipsum est, quod à Francisco Pezo-  
 lio palam voluit poenitens praedicari, de quo ipse Pezoli (2) sequentia  
 commemorat. Venit fortè ad me grandis Peccator, his me verbis cor-  
 ram affatus: audiatur, quæso, Pater confessionem meam, & tunc ad po-  
 pulum, quæ dixero, declamet: incidi nuper in rixosum tumultum, ubi  
 lethali plagâ fauciat, humi fusus, jam animam agi credebam. Voca-  
 batur ocius sacer Curio, qui meam exciperet confessionem, meque Sa-  
 cris omnibus ritu catholico instrueret. Alia inter ex me Confessarius  
 querebat, an etiam ex animo hosti meo ignoscerem, sine quo nulla esset  
 confessio. Annui, verbis disertis contestatus, me ipsi toto ex corde fa-  
 cti veniam dare plenariam; cum autem mihi hæc affirmanti non cre-  
 deret, iterum iterumque quaestionem repetiit, an verò imò ex corde ac-  
 serio hosti meo ignoscerem? quod si clanculo rancor hæreat cordis me-  
 ditullio & spiritus vindictæ, actum esse de salute sempiterna. Adjecit,  
 homines facillè verbis lactari, Deum autem cordium rimatorem falli  
 non posse; hunc esse, qui verè contritis, & suo cum hoste serio reconcili-  
 atis cælum aperiat, & his deficientibus cælum claudat; cum iterum  
 annucrem palam denuò testatus, me hosti meo totaliter ignoscere, ab  
 eo primùm sacram absolutionem accepi; nunc verò fateor, me nonnisi  
 verba Confessario dedisse; nunc enim cogitabam: salvus hac vice mor-  
 tem si evaserò, fatales insidias hosti struam, ut probe plagas ulciscar; sic  
 pessimè animò constitutus, etiam sacrum Viaticum accepi, & Unctio-  
 nem. Ita si occubuissem, aeternum periissem; at verò placuit Deo & in-  
 finita illius Bonitati, me adhuc praesenti fato eripere, animos Orco pro-  
 ximos

(2) Franc.  
 Pezoli  
 in lib. de  
 emendac.  
 Vic.  
 C.

Rari ad-  
 modum in  
 Paschate &  
 in articulo  
 mortis ho-  
 stibus suis  
 totaliter  
 & cordia-  
 liter igno-  
 scunt.

Hist.

Q3

ximos sursum ad gloriam promovere. DEO sint gratiæ immortales, quæ me sacris Concionibus tuis voluit assistere, ut inde veri nominis profecto rite concepto animos expiarem; nunc verò ex imo pectore tua teor Paternitati, me nunc primùm seriò hosti meo ignoscere, nulla mentis reservatione intus grassante; rogo unà Patrem, hic audita populo prædicare ne gravetur; credo enim oppidò raros esse, qui salventur; quia oppidò rari sunt, qui etiam in agone, (ne dicam in hosti) confessi & communicati, hostibus, quos nacti sunt, totaliter corde ignoscant, & omnem penitus rancorem ac vindictæ spiritum animò proscribant.

Quod de ira & inveterato rancore præsens poenitens edixit, id omnibus aliis piceæ generis sceleribus, maximè de luxuria fuerit intelligendum. Longè major numerus est illorum, qui pravis Astrodiaæ pedibus irretiti, sine debito emendationis proposito moriuntur, quam eorum, qui rancore in hostem succensi sine serio veniæ hostibus actu, & proposito reconciliationis, iter adeunt vastissimæ æternitatis. Extant rei hujus Exempla quàm plurima oppidò tragica & funesta. Unum ex centenis adduxisse sufficiat, ut omnes intelligant, quæ effugiendi obiri debeat poenitiæ Sacramentum, ne, quod à potiori sine sermo emendationis proposito expeditur, tandem etiam pravo habitu possumè contracto in ipso mortis articulo perpetim obeatur, cum animæ pereuntis damno nulla unquam temporis ætate reparando.

Factum, quod narrare aggredior, nobili suo de Confessione præperagenda tractatui Vega (3) inseruit, cujus fides è nullo in dubium trahi potest, nisi cæstrò invidia in Hispanum vitæ integrum vesano impetu excedat. Pulsabat fortè intempesta nocte certi Cœnobii portas famulus regans, obsecrans, ocius hero suo Confessarius assistat subita infirmitate correpto. Abrupit omnem moram Pater Operarius, & celeri pede ad portam contendit, famulum pro votis comitaturus. In via sat prolixa quaerit ex verna Pater, unde fatò herus prematur tam repentino? cui ocius verna reposuit tritum illud: nescio; id scio herum à medicis depositum esse, quorum una fuit sententia, eum antè funus fore, *quàm Sol flammivomum vitreis caput eruat undis*; interim certum erat & passim omnibus compertum, quàm sceleratam vitam herus duxerit currentem in horam. Ultimam in diem domi secum invisam pellicem retinuit, quam tamen ipse servus baculò jussus est totis ædibus proscribere, ut tequam Pater vocaretur. Cum lecti spondam Confessarius attigisset, vidit ocius potiores vitæ horas jam difluxisse, & agrum magnis passibus

(3) Christ. Vega lib. de Confess. p. 2. c. 3.

D. Rari Venerem inolitam animò proferant, probatur exemplò.

Hist.

bus ad tumultum properare; mox ergo sine ullis ambagibus, hīs eum stimulis ad celerem pœnitentiam induxit: ut video, jam conclamata esset salus corporis; id proin agendum, ut anima servetur, divinæ particula auræ; migrandum est, moriendum est Domine mi; nisi verò ante æternitatis aditum vero dolore ac emendationis proposito scelera sua Dominus expiet per integram confessionem, certa erit Orci victima. Agnovit periculum ægrotus, sensit etiam scelerum mole animos gravari, quot ut relevaret, anxius de salute in ævum firmanda Patrem rogabat, an adhuc medium restaret, quò peccatrix anima salvaretur? lætus hōc quæsitō Confessarius illicō reposuit, nullius salutem conclamatam esse, quamdiu anima suo esset corpori unita: seria confessione animus expietur, salvus erit Sacramentali gratiæ immortalis. Mox ergo se confessioni maturandæ accinxit ager, quam etiam tot inter veræ pœnitentiæ signa, uberes inter lacrimas, & repetitos singultus ita feliciter absolvit, ut modicā pœnitentiā mulctatus, plenariam scelerum absolutionem à Confessionario reciperet. Paulò post

*Venit summa dies & ineluctabile fatum,  
Visus abit, fugit auditus, vox tota recedit,  
Volvitur ante oculos tristissima mortis imago,  
Spiritus intus agens tenues vanescit in auras.*

Læti omnes ac dulci solamine pleni, Deo grates persolvebant pro Sacris ultimis lacrimanti ægro indultis, persuasi malè mori non potuisse, qui tantos inter pœnitentiæ actus ritè per Sacerdotem expiatus, mox sensibus suis orbari cepit, ut peccare ultrà non posset. Pater officio suo perfunctus precibus solitis pro funere fufis, domum revertit, ac re optimè, ut credebat, pœracta, se ad quietem recepit. Excussō somnō, primus omnium primo manè ad Sacristiam descendit sacris pro defuncto operaturus. Sacros inter parietes solus harebat Pater; solus ergo sacras vestes induere statuit, certus, venturos interim, qui ad aram sacrificaturo servirent. Jam linteum humerale scapulis aptabat, sensit à tergo linteum dimoveri; stupuit nonnihil ad insolitos motus, & cum retrò versus nil oculis spectaret, resumpsit linteum, idque humeris reposuit, sed unà majori quadam vi sensit, linteum à scapulis repelli. Horrui ad alteram repullam Sacerdos, & mox in seipsum regressus, curas animò revolvit pœnitentes, hīc seipsum affatus: quid hoc rei? an an Deus hōc Sacrificium meum averfatur? altera enim vice dimoto humerali passus sum repullam. An fortè conscientiam premit pravitas aliqua



aliqua Superis invisa & ritè nunquam expiata? Iustrabo sinus; excruciam  
 angulos, ne quid labis oculos offendat divinos; cùm verò nil usquam  
 malignitatis reperiret, eam in sententiam abiit, se ab orco quodam  
 alastore ab hoc misericordiæ Sacrificio repulsum esse, ne animæ purgatis  
 tormenta per virtutem Sacrificii dissiparentur; se itaque novam in hoc  
 Sacrificii peragendi ultrò erexit, seque omnibus paramentis sacris,  
 tente Orco amixit. Unus calix restabat suò nigri coloris peplo  
 landus, quem cùm manu preñaret, ecce, alia nigricans manus  
 tum præripuit: primùm attonitos subitus tremor irruit artus; de  
 primùm comæ in altum surgere, & gelidus ima per ossa currere  
 sudor. Sacris indutus fugam captâisset; at Deo dante fores reperit  
 ter obferatas; interim tristis ex angulo gemitus & horribilis ejulatus  
 ejus pullabat; loco itaque affixus & ab alto novâ Dei gratiâ suffusus.  
 statuit tandem dissipato metu rei certitudinem explorare; cum  
 nem resumpto spiritu invisibilem spiritum adjurare, ediceret, quod  
 tos gemitus hic locorum effunderet; his dictis articulata vox ex angu-  
 lo prodiit: quid oceptas Sacerdos Dei! cui mox iterum Sacerdos  
 Domino recens defuncto Missæ Sacrificium offeram. Necdum  
 mam syllabam ritè Pater protulit, jam denuò spiritus subintulit: ego  
 ego ille sum, cui supetias ferre properas; at verò cùm pro me aternam  
 damnato preces omnes sint irritæ, ideò totum hoc Sacrificium  
 mitte. Nunquid autem, reposuit Pater, uberrimis lacrymarum  
 tibus scelerum luem emaculasti, neque credo à te ullum esse scelus  
 tio suppressum, ad hoc iterum Spiritus: verum est, rectè animos  
 piavi; neque ullum crimen subitici; ut verò scias, cur & unde  
 fulminata sit damnationis æternæ sententia, totam rei pessimam  
 paucis accipe & tuis auditoribus recense: cùm audiendi & loquendi  
 su excidisset, tentatus sum gravissimè ab Orco genio his verbis: non  
 vero amica tuæ (pellicem intellige) totaliter oblivisceris? reperi  
 ter primùm Orco assultum, dixique, pereat dies, quâ cum hac abjecta  
 frontis muliercula primam familiaritatem contraxi! Post aliquod  
 poris intervallum in memoriam reductâ muliercula, alterum remanens  
 assultum Phlegeton dixitque: ecce te illa tam teneris amoribus  
 ribat, & tu nec signum ultra præbes tam inveteratæ charitatis? sed  
 & hunc arietem dixique: & quid inde lucri leno retuli, nisi quod  
 die anxius pertimescam, ne me cum illa Justitia divina rogis  
 cæt sempiternis. Non cessit Acheroa, altera etiam vice rejectus,  
 me tertium affatus: non miror ego, te contra illam tam despoti-

qui, quia oculis tuis tetra mors obverfatur; si verò scires, te vitam tuam plures adhuc in annos extracturum, an etiam tunc amicitiae tam suavi totalem nuntium remitteres? Nec dum omnium dierum lapsus est Sol; poteris adhuc facili negotio corporis salutem in numerosas messes extendere. Sic ad me sentium meorum usu destitutum Orcus tentator. At mea quid voluntas ad hunc ultimum Tartari assultum! ita sane inquebat illa tacito murmure, pristinos amores meos resumere, si fato praesenti subtractus plures in annos durarem; huic pessimae voluntatis Concluso immortuus sum & aeternum damnatus, licet visus sim pientissimè in Domino occubuisse. Ita singultiens spiritus evanuit, & solitariam Patrem de suo miserabili transitu, seu rectius de suo fatali interitu coram edocuit.

Optimi AA. Id quod huic Domino accidit, pluribus aliis imò pænè innumeris legitur accidisse. Non peccavit confitendo flagitia sua praesens poenitens, sed dolendo. Dolor firmari debuit efficaci proposito non relabendi; hoc proposito perperam everfò, una etiam confessio emarcuit, facto in idem lutum relapsu. Vident hinc, quanto cum periculo propositi efficaciam vivi eludant & vegeti; sic enim etiam moribundi flecti ceream voluntatem in turpem assensum & hoc ipso in Tartarum detrudant, si eidem immoriantur. Non sine causa magnus P. August. (4) in hanc proteam peccati destinationem conclamat his verbis: *Pœnitentes, pœnitentes, pœnitentes, si tamen estis pœnitentes, & non irridentes, mutate viam, Deo vestro reconciliamini. Vos pœnitentiam agitis, vos Deo vestro genua figitis, interim Dei patientiam ridetis & subsannatis. Si veri estis pœnitentes, seriò pœniteat vos, si verè non pœnitet vos, pœnitentes non estis; si autem pœniteat, cur facitis, quod male fecistis? si fecisse pœniteat, nolite facere; si adhuc facitis, certe pœnitentes non estis.* Sc. Hæc optima argumentatio est, quam omnibus hodie disputandam propono; quomodo enim displicere poterit, quod placet? *propositum pœnitentiæ* (verba sunt Blesensis (5) *perseverantia comitatur*; quid enim omnia Sacra proderunt pœnitenti, si ad vomitum pœnitens revertatur? Oraculum est Augustinianum: *Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa.* Vulnus iteratum tardius sanatur. Lugens & peccans veniam non meretur. *Nil profunt lamenta, si replicentur peccata, nec valeat de malis veniam petere, & mala denuo iterare.* Oraculum est Gregorianum (6) *qui admissa plangunt neq; tamen deserunt, se inaniter mundant & nequiter coinquinant; pro iniquitatibus in oratione suspirant, neq; tamen iniquis operationibus mentem avocant; fatentur se male fecisse, neq; tamen*

E.  
Nulla est  
Confessio,  
efficaci  
proposito  
destituta.

(4) S. Aug.  
Serm. 217.  
de temp. &  
hom. 41.  
& 50.

(5) Petr.  
Bles. tr. de  
Conf. Sa-  
cram.

(6) S. Gre-  
gor. 3. past.  
mon. 31.

R

finem

finem volunt suis male factis imponere; accujant humiliter in conspectu Dei peccata; & eadem peccata, que humilitate sermonis accusant corde peroso contumaciter accumulunt; medelam postulant à medico, & in perniciem suam subrogant adiutorium morbo, & sic inaniter verbis querunt placatum. In iudicem, quem factis reprobis ad furorem provocant; tales nunquam diluunt peccatum gemendo; quia non desinunt peccare post gemitum; pro- minibus gemunt, & post gemitum ad scelera sua revertunt. Hæc Gregorius. Curemus proinde, ut nostra, nostris à peccatis Resurrectionis vina respondeat, de qua Angelus dixit hodiernus: Surrexit, non est. Surgamus è flagitiorum vetero per seriam per integram confessionem per veri nominis contritionem, cui suum semper efficacis junctum propositum, omnes pravas occasiones posthac constanter devitantur omnibus popinis & lusoriis tabernis, lustris, angulis, & reproborum cietatibus nuntium totalem remittendi, omnes pellices & iniquum mammonam ædibus & præcordiis nostris proscribendi; ita & nobis lix Alleluja accinetur, si tamen prius etiam de nobis dici potuit: Surrexit, non est hic; surrexit alius à se ipso, Deo suo per Sacramentum scelerum expiationem integrè reconciliatus, Deo suo perpetuo unitus hic per gratiam, illi per gloriam insolubili vinculo uniendus.

Amen.





CONCIO XVI.  
Feria secunda Paschæ.

*Finxit se longius ire. Luc. 24.*

Caro Asmodæa.

**O**die antiqua ex consuetudine passim recepta mei quoque AA. vel fabulam expectabunt vel Apologum ex pulpito declamari. Non improbo votum, cuius solidum præbet fundamentum præfens Evangelion, ubi Christus ipse se longius ire finxit, & ipsi Apostoli non nisi fabulis ac figmentis visi sunt accensere prodigiosam Anastasin. Defendi receptissimum hunc morem tribus locis, nempe Dom. 5. Dom. 6. post Epiph. & Fer. Paschæ 2da. Tub. Analog. cui etiam hodiernum sermonem paucis accommodo. Dabo proximè, Deo calamum confortante, *Tubam Mythologicam*, eaque ostendam, quam utiliter ac piè singulis anni Dominicis aptari possit Apologus morali doctrina probè instructus, Zoilis nequicquam reboantibus; quantò magis hodiè vetustissima consuetudo propugnetur, quæ ex altero mysticis moralitatibus prægnans fabula producatur. Hodiernum ego non ex Æsopo aut ex Joco serio huc loci transfuro; nimis sunt triviales præfentes fabulini, cathedrâ indigni. Authôr præfentis erit S. Pater, pluribus prodigiis divinitus illustris Scriptor, cui manum ab hæreticis truncatam, prodigioso actu Deipara redintegravit, ut ex vita constat. Est is P. P. Jo. Damascenus, qui Barlaam & Josaphat historiam (1) propriâ manu miraculosè curata conscripsit. In hac historia memorabilem apologum author recitat, qui licet primo sui obitu solum generis feminini sexum tangere videatur, fatebuntur tamen ipsi etiam masculi, maximè discoli & effaminati, se æquè ac feminas hoc apologò liberaliter cribrari.

(1) S. Joa. Dam. in Vir. Barl. & Jos.

Erat quidam Rex, qui cum mascula prole careret, animò vehementer angebatur grandem calamitatem se ex eo pati persuasus, quòd opum tantarum nullum haberet hæredem. His curis cum plures in annos premeretur, tandem summa voluptate perfusus est; conjux enim ejus masculum in lucem edidit regis characteribus insignem; cum autem ex

A. Pro veteri more hodie apologo sacro Auditores Hario-lactantur.

R 2

Hariolis & medicastrois masculi hujus ætatem anxius parens inquirere dixerunt nonnulli eruditionis famâ illustres Galeni, fore, ut si pater iste intra duodecim annos vel solem vel ignem spectaret, utroque lumine orbaretur; id enim ex oculorum ejus situ evidenter prædixit. His auditis statuit Rex utrumque oculis subtrahere; cum in finem cubiculum perobscurum in præalta rupe condidit, ibique filium cum nutricibus conelulit, necante duodecimum ætatis annum ei lucis splendorem passus est exhiberi; confectio tantis temporis cum filio, qui nil penitus rerum mundanarum ad hunc usque perspexerat, hoc è cubiculo solenni pompa in apricam lucem extraxit & tum ei omnia juxta suum quodque genus palam jussit ostendi, cominus exhiberi; stabant adeo uno in loco varii generis & condoniterum variae, quarum aliqua ad stuporem usque splendidis vestibus dilucidis phrasibus veluti novæ Junones radiabant. Alia ex parte hinc fusum jacebat argentum, alibi aurum, uniones alibi, & exquisiti pretiosi lapides numerosi, vestes alibi perelegantes & luculentæ, curru super insigni pulchritudine simul cum equis regis aureo fronto munitis, unacum aulais purpureis sedibus aurò undique obductis. Alia ex parte integra stabant boum armenta & greges, canes, alini, canes vulpes, ursi, & leones; atque ut summatim dicam omnia, omnia in toto ordine digesta Regis filio monstrabantur in natura. Cum autem duodennis iste Regis filius curiosè scrutaretur, quo nomine scelerata essent nuncupanda, Regis satellites ac stipatores uniuscujusque nomen singillatim exponebant; cum verò ante omnes alias rerum presentium entitates etiam mulierum nomen scire appeteret, Regulus perfectus lepidè asseruit ac festivè, has *diabolos* nuncupari, à quibus hominum mentes in gravissimos errores traherentur. Novit nempe Præfatus Reguli sui pectus earum amore ac cupiditate longè vehementius quam alius alterius rei desiderio, ex primo earum aspectu illectum ac delectatum esse. Cum tandem rebus omnibus ritè perlustratis ad Regem ducere arderet, ocus in has voces erupit: *Diabolos diabolos* illos exambulant ut homines in gravissimos errores trahere dicantur; *diabolos* pater mi; neque enim ullius rei ex his omnibus, quæ vidi hodie, amore quàm dæmonum illorum animus meus succensus est. Vixit pater, quàm violenta, quàm tyrannica res esset amor feminarum, quæ ipsa natura in malum prona, nullo instigante, adhuc à matre rubescit.

bus pueris dictaret. Non disputo, quo jure, aut quò titulò hoc stygium nomen in sexum devolverit femininum. Joco dixit, quæ dixit Regis Præfectus; seridò si feminas hoc nomine compellâisset, eodem anathemate meritis fuisset fulminari, quod olim Severianis illisum fuit hõc ipsò hæreticis, quò *mulierem opus Satanae* proclamâissent. Nihil adeò mali feminis, maxime probis ac timoratis ex hoc ludicro Præfecti apologo accreuit; quod si tamen urgeas, quo nomine, quò titulò pravæ ac reprobæ, lascivæ & adulteræ baptizari debeant femellæ, dico, hunc Præfecti titulò stygium in hoc hominum genus ritè devolvi, ita tamen, ut non tantùm lupis & prostibulis hæc nomina Orcò haufta attribuas, sed ipsis etiam viris, ipsis etiam efrontibus ripaldis, obscœnis leonibus adscribas. Sordeant hõc putidò carnis vitiò seu viri, seu feminae, *dæmones* dixeris seu masculos seu femellas, quòd ocus probare intendo.

Non multùm tricabimus in re obvía. Ipsa si libido fuerit gehenna, hoc ipso *dæmon* jure suo proclamabitur vir aut femella, libidinoso spiritu infecta. Illud multoties Spiritus S. Sacris in literis affirmat; hoc ex prævio dogmate per bonitatem consequentiæ ultrò dimanat. Ex pluribus unum vel alterum Scripturæ Oraculum elucidemus. In ea nil ita titum est, quàm ut ignis luxuriæ cum igne stygio comparetur, quasi verò is aut illa, quæ ardet libidine, jam etiam Orcino igne in vivis amburi, & ante mortem pati videatur gehennam. Placuit hæc ignis utriusque analogia Jobo, Siracidi, Davidi, & Salomoni.

Jobus (2) deceptionem cordis super muliere cum maximam iniquitatem, & summum nefas vocâisset, hæc subnectit: *Ignis est (libido intellige) usque ad perditionem devorans & eradicans omnia genimina*, in quæ verba sic exclamat August. *En ignem concupiscentiæ ignis æterni æmulum Jobus vocat.* Non celavit duos hosce ignes sibi mutuò unitos Apulejus, sic jam olim suis amoribus colludere solitus (3) cui passim hodie idem carmen accinunt luxuriosi:

*Ne metuos: nam me ignis & ignis torreat ut vult,  
Hæc duas flammæ, dum potiar, patiar.*

Siracides (4) ex specie mulieris concupiscentiam quasi ignem exardescere dixit, quem nemo amplius extinguat; ita nempe ardore venerei in æternos transeunt pessima metamorphosi.

Psaltes Regius (5) vinculo velut insolubili ignem connectit utrumque his verbis: *Supercecidit ignis, & non viderunt solem*, quasi diceret, ignis luxuriæ post se trahit ignem gehennæ, ut tenebris meris orcinis,

R 3

B.

Rectè diaboli titulò sordescunt lascivientes seu viri seu femellæ.

C.

Ipsa libido gehenna est, ergò &c.

(2) Job. 31.

(3) Apulejus, apol. 1.

(4) Eccl. 9.

(5) Ps. 17.

- (6) Ps. 81. nis, nullum ultra Justitiæ Solem spectarent libidinosi. Alibi (6) in terminis terminantibus luxuriam vocat gehennam, & consequenter omnes illos, qui luxuriâ inardescunt, Gehennæ incolas, seu vivos demones compellat: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*. Quid vocis huius signetur, dicit iterum August. in l. c. hujus ex sententia *inferno infernus est gehenna*, at verò *superior infernus est luxuria*. Erepta est illi anima ex inferiore inferno, veri nominis gehenna, quia relictus à lascivia, factus poenitentium idea. Potest quidem quodvis peccatum, quævis anima grandi flagitio infecta dici *avertus* aut *diabolus*, per excellentiam tamen seu per præminentiam, aut quod idem, in tonomasticè ante omnes alias pravitates sic anima libidinis igne locusta compellatur. Audiamus hac super re S. Pet. Damian. (7) *tibi videtur infernus* (verba sunt S. Patris) *in quo videlicet diaboli habitatio, & ignos concupiscentiarum non cessant astuare; hic enim de luxuria sapienter dicitur sator oboritur, & de cogitationum crebrescentium tenebrosa caligo tanquam teterrimi sumi volumina generantur. Sic stebilis anima sit gehenna, quam etiam sua cruciant tormenta, quam curarum & vitiorum circumdant incendia*. Sed hem quid clarius nostro pro asserto hæcenus elucido, at verò quem latet, ex inferno gradum revocare, superosque evadere in auras, hoc opus esse & laborem propè ferreum, certè decernendum, sicut ergò, nisi per extraordinariam dispensationem, quam fructu nonnulli Trajano adscribunt, nemo ex inferno inferiori regreditur, nisi ex hoc superiori libidinis inferno agerrimè, & nonnisi maximo cubore remigrant animæ, quæ illum aliquando subintrârunt. Sed de hoc difficillimo regressu mox plura Salomon effata produci. Inde unum vel alterum transeundo libemus.
- (8) Prov. 1. Prov. 2. (8) omnem regressum ex Orco libidinis amputat libidinosus verbis: *Omnes, qui ingrediuntur ad eam* (sc. meretricem) *non revertentur, nec apprehendent semitas vite*. Vult dicere, ita difficilem esse reditum à libidine ad poenitentiam, à luxuria in perennem gratiam, ut rari sint, qui hoc è visco emergant; ut plurimum ignis veneris stygium accendit, quem nulla sopiat ætas. Hæc causa fuit, cur S. P. Chrysol. (9) libidinem diceret *demonem voluntarium*; ratio nomenclaturæ hujus modò ducitur, quia æquè difficile est libidinosum callitati, quam mortuum vitam restituere, juxta illud (10) Olex: *Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum est*; ergò per hoc scelus ultrò irruunt gehennam, ultrò formam ambientem diabolicam, cui tandem etiam miserè immoriuntur.

Prov. 5. (11) idem Sapiens peccatoris nomine sui loquitur: *Pene* (11) Prov. 5.  
*fui in omni malo.* Cornelius hæc sumi vult de Lascivia, quæ origo sit  
omnis mali. Alii per *omne malum* capiunt malum pœnæ, ac si omnes  
erumnae, quibus homines vexantur, à lascivia deriventur. Alii cum  
Chryl. & Tertul. per *omne malum* ipsum dæmonem exponunt juxta il-  
lud Orat. Dominicæ, *sed libera nos à Mulo*, seu à Dæmone. Totam hanc  
sententiam ita paraphrizat Cornelius: *Cum inter fortis & lascivias mul-  
terculas degere, versabar quasi inter demones impuros & obscenos, qui  
ignem gehennalem, cui similis est libido, exhalant.* Alii per *omne malum*  
ipsam intelligunt Gehennam; sicut enim Coelum definitur, *omnium honorum  
congregatio*, sic infernus est *omnium malorum congregatio*. Post-  
quam ergo luxuriosus vivendo luxuriosè, se Orcò mancipavit, quasi al-  
terum in dæmonem conversus, alter dæmon reputatur & non solum  
inferni scintilla, sed ipsa dici potest gehenna, juxta D. P. Augustinum  
(12) cujus hæc sunt verba: *Anno tu p' quantas habes molestias, quantas* (12) S. Au-  
*sollicitudines, omitto gehennam; vide ne jam h' se tibi sit gehenna in hac* gust. in Pl.  
*vita.* Sic ergo luxuriosus homo, seu vir fuerit, seu femina, alter dæ-  
mon est, altera Proserpina est, & gehennam suam secum semper cir-  
cumferunt h'c flagitiò conspurcati. Inde Sodomorum libido rectè di-  
cta est à Greg. Naz. *gehennalis incendi' fumus, & luxuria ignis*, quò la-  
scivus amburitur, *ignis æmulus sempiterni* ab (13) August. prout simile (13) S. Au-  
quid ex eodem Authore paulò antè memoravimus. Nempe, omnia gust. in Pl.  
alia vitia faciliùs curantur, quàm carnis vitium, si sit inolitum. Sum-  
mam rei hujus difficultatem parit summa naturæ propensio malo habi-  
tu roborata, quâ infelix voluntas consuetudinem facit necessitatem.  
Ex hac perversa voluntate, ut loquitur August. (14) *facta est libido, &* (14) Idem  
*dum libidini servitur, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resisti-* l. 8. Conf.  
*tur, facta est necessitas*, unde moralis emergendi impotentia crescat. c. 5.  
Per hoc ergò scelus ultrò magnis passibus in gehennam properant, &  
larvas diabolicas repræsentant libidinosi. Dò hujus recens Exemplum,  
à Vega suppeditatum, unde jure suo sequiora timeant luxuriosi, nisi  
multò ante ultimum mortis articulum totis viribus resipiscant.  
Vocabatur fortè Confessarius propter ad ægrotum, huic vitio us-  
que ad fatalem morbum perpetim immersum. Fuerit, credo, ipse Vega  
confessarius ad agrum propter accersitus in urbe Hispaniæ Valentina  
gnavus tunc temporis Operarius & Concionator, qui quod sequitur suo  
ipse tractatui de Conf. (15) inferuit. Vita cum esset per Medicos con- (15) Christ.  
clamata, statuit quidem uno actu omnes pravos actus & reprobos ha- Vega de  
bitus excutere, sed naturam per tam inolitas consuetudines roboratam, Conf. p. 2.  
furcâ c. 3.



**D.**  
 Ex Orco  
 reditus non  
 datur, à li-  
 bidine ad  
 puritatem  
 omnimo-  
 dam rara  
 fit conver-  
 sio.

Hist.

furcâ expellas, tamen usque & usque redibit; & nisi multò antè omnia rimas Almodæo occluseris, etiam scortis tunc primùm velis nuncium mittere, cùm jam tumulus fauces referat corporis truncum haustum, dubito sanè, num vera sit pœnitentia tam sera. Instabat Orcus, & oculis mille illicia, mille fomenta objiciet, carni pabula suggeret mille in visceribus omnes stimulos commovebit, & carnos ardores in facto corpore per ostentationem complicum tamdiu succendet, donec fracti hominis voluntatem in assensum & antiquæ consuetudinis bene placitum devolvat, sui que juris faciat funus. Idem videtur in moribundo accidisse. Jam actu cepit Sacerdoti sua peccata confiteri, nec dolor defuit pœnitenti, quem tamen Orcus tandem totaliter vertit: jam propè suam ad coronidem deduxit seriam confessionem, subito æger oculos suos à Sacerdote avertit, eosque ad pedes reflectit unà in patentem risum ora resolvit; horruit ad intempestivum cæcurnum Pater, eumque redarguit, jam flendi tempus esse non ridendi, tam ejus tota esse urbe difamatam, curet adeò, ut qui tot annis vixit, nunc saltem ritè pœnitens moriatur. Audiit hæc æger, & mox ad Patrem conversus, hem, Pater mi, non vides ad pedes meos formam amasiam meam, corculum meum & dulce suavium? nunquid hæc formâ suâ omnes Veneres transcendit & Junones? nil quidem oculis vidit Pater, sed hoc ipso ex ostento clarè collegit, ipsum Orcum femina indutum ægro assistere, ut in assensum & complacentiam ex aspectu bellissimæ Veneris ægrum præcipitet; totis itaque viribus ægrum moriari cepit Pater, ut suæ salutis memor Orcum proscribat, Deoque suo è præcordiis studeat reconciliari. Credebat quidem ægrum tentanti Orcum strenue renuntiaturum, at vero cum horridas hæc voces ore Judæi eruçtaret: Da Pater ut vel semel adhuc meam ante obitum amplectamur, Pater ex animo consternatus, ad fores cubiculi cucurrit, inde aquam benedictam haustus, quâ lectum aspergeret, & tentantem Orcum profligaret, alius pro re nata aspergillum deproperabat, alius sacra cereos succendit, alius Christi crucifixi sacram effigiem è muro pedunculam exhibuit; at ecce, cum tantillò temporis spatio ad varia discesserunt unà omnes cum Patre ad lectum reverterent, nil ultra in lecto præteritum reperit, animam cum corpore lascivis hisce cupediis irretitam præteritum demon abripuit.

En optimi AA. ita nobis fracto corpore ultimis horis diabolus ostendat; ita veteres formas in memoriam revocat; ita veneres inolititas veteris scientibus oculis repræsentat, ut unum cachinnum, unum beneplacitum de præteritis actibus extorqueat. Væ væ omnibus illis, qui tam præteritum

habitibus impliciti agonizant; voluntatem nostram jam Sacris communitam, vel Sacris obeundis pie accinctam ita gyrabit, turbabit, & millenis venerum formis inflammabit, ut uberrimo fletu in fardonicos ritus translato, tandem animam corpore migraturam gaudio pravis ex voluptatibus hausto immortuam deprædetur. Sicut vivos vegetos multoties tentat, iisque jam amasiæ, jam proci & amasii formam dæmon mentitur, cujus evidentia dedit exempla Tubæ hujus Dom. I. Quadrages. ita vel maximè ægris ac moribundis hoc scelere infectis veteres meretricum & lenonum formas repræsentat. Nemo cum viribus floret, fidem habeat tartareo alastari. Nullam formam frequentius dæmon mentitur, quàm formam lupæ coram lupambulis, & formam lenonis coram prostibulis. Nullum aliud argumentum si suppetat, omnem vagam Venere mordicus ejurandi, id sanè unum sufficiat, toties cum Orco peccari à libidinosis pessimè per stygem seductis. Caveant nocturni bubones, qui ut suas expleant pravitates, in lustris & in angulis, ad valvas & ad fenestras suis cum amasii pernoctant; quid si procum, quem amas, dæmon referat? quid si pellicem, quam deperis, exhibeat alastor? cæcus est omnis amans, & cæcu impetu in vetita ruit. Tempus si restaret, pluribus exemplis demonstrarem, quàm multos hæc mentita diaboli forma in abyssum pœnarum præcipitaverit. Similis simili gaudet, communis inquit paramia; at quis dæmoni similior, quàm qui fescenninis æstibus inardescit, lenam agit aut lenonem; uterque sanè, ut superius demonstravimus, secum sinu suo gehennam circumgestat; uterque dæmonem repræsentat, tantò periculosiorem, quantò tectiorem.

Cuperem ego, ut omnes ac singuli hoc in puritatis prælio Wolfstani Spiritu essent succensi, eoque ritu Virgines lenonum insidias, & lenonum blanditias generosi mares reprimerent! venit ad hunc Sanctum adhuc floridum juvenem, paulò post ad Episcopatum Wigorniensis sublimatum, nobilis Matrona à qua cum petulantibus jocis ad tetrum scelus titillaretur, non aliter ac præsens esset ipse dæmon, factò crucis signò, unam atque alteram sonantem alapam lupæ inflixit dixitque: *Apaga mortis filia, vas Satana!* Surio (15) teste. Sic sanè Orci tentantis victores in vivis: facili etiam negotio nostris à tectis & præcordiis, fati angustiis pressi, Dei gratia aspirante, totum Orcum fortiter ac feliciter debellaremus.

Amen.

E.

Sequantur omnes Wolfstani, qui lupam quasi vivum dæmonem Crucis signò & alapa profligavit. (15) Sur. t. I. in Vit.

S

CON.

CONCIO XVII.  
FESTVM S. GEORGII,

Mart.

*Ascensor equi non salvabit animam suam. Amos:*

Equus Sejanus.

**R**ostat sapius nobili Apellis penicillò in tabula descriptus vel acu phrygia in peripetasmatis vivaciter expressus equus magnitudine inusitata, cervice ardua, colore phoeniceo flava & comante juba, cujus pedibus subtratos videas proximis heròas numero quinos. Ut sciant Opt. AA. rei ac nominis equus iste importet, epigraphen legant equino trabalibus literis insertam *Equus Sejanus*. Sed hæc obscura inscriptio lucis affert præsentis equo; eâ lectâ, suis etiamnum gardiis implicata hæret, quid propriè sit *Equus Sejanus*; eum ergò hic loci obiter elucidamus. De hoc equo fusiùs scripsit Aul. Gellius (1) eam in sententia digressus, hunc equum ei illorum genere fuisse, quos Hercules occidit Thracia Diomede secum Argos in Græciam deduxit; Multi, quibus cura ac cordi erant equi, vastum ac prolixum iter emensi Argos contendebant, ut hunc Bucephalum vel oculis spectarent, vel emptum jure sibi totum vendicarent. At verò sicut nil sub sole datur, equus omni ex parte dici valeant perfectum, nullis nævis aut naturæ defectibus sit obnoxium, ita sanè splendidus hic equus unà fuit fatalis equus, quisquis enim eò usus est, fatò semper violentò vitâ ejectus est. Quotò seculò post fundatam Urbem Romam, mortuo Dictatore Quinto Cincinnato, in Græciam à Romanis ablegatus est hujus nominis *Equus Sejanus* Consul; hic primus omnium hunc equum Argis coëmit et struxit, ut Cneum sessorum reciperet; at brevi factum est, ut Cneus quoddam Octavii Augusti partes soreret, à Marco Antonii Octavii hunc è medio tolleretur, acerbò ac violentò fatò macatus. Usus est equus hoc jumentò senis tantum mensibus, & quia primus omnium equus hunc jus egit domitorem *Sejanus*, nomen à sui domitore etiam equus transsumpsit.

(1) Aul. Gell. noct. Att. 13. 6. 9.

A. Explicatur equus *Sejanus*, quem nemo potuit domare.

sumpsit. Cneo Sejano in Consulatu successit Dolabella, qui hunc equum mille philippeis coëmit; at nôset, quantam sibi calamitatem hoc immani pretio comparâset, duplò plura pro equi carentia expendisset. Antequam annus dilaberetur, populus in Epiro jugum excussit Romanum, & in Senatum grandem movit seditionem. Contendit properè in Epirum Consul Dolabella, equò recens emptò sublimis, sed à Cassio rebellium Duce captus, occisus, & per omnes Epiri plateas ignominiosè tanquam rabidus canis raptatus est. Ut tota Epirus citius & nervosius pacaretur, Dux eorum Cneus Cassius in officio Consulis subrogatus est Dolabella; in equò usus est per biennium; hòc confectò, quòd Epiratis contra Curiam Romanam colludere videretur, clanculò cum conjuge, liberis, ac domesticis suis venenò sublatu est. Post hunc, Marcus Antonius equorum insanus amator, equum illum magnò pretiò coëmit, is, qui hoc jumentum Antonio tulit, dicitur idem pretium suo pro honorario accepisse. Dilapso bimestri, grande prælium inter Marcum Antonium & Octavium Augustum exarsit, quò non tantùm Eques Antonius peremptus est, sed etiam Cleopatra Ægypti regina, spuria uxor Antonii, viso ex funere sui facta carnifex. Prælii totius causa erat impudens Cleopatra, quam cum repudiatâ Octaviâ Augusti Sorore uxoris locò Antonius haberet, jure in eum Octavius Augustus odium concepit, quòd sola mors extinxit. Tandem equus iste in manus venit Equiti Asiatico, cui nomen Nigidius; jam quidem annotus erat equus iste, cum eum Nigidius coëmeret, viribus suis & recalcitrandi ferociâ notabiliter fractus; placuit tamen Nigidio, cui vitâ stetit equitatio. Properabat fortè ad urbem Marathon, hòc equò sublimis Nigidius, ubi cum ad faciendum viæ compendium torrentem transgredere, cespitans equus corruit, seque unà & fessorem suum undis misit & suffocavit. Hi sunt quinque illi Equites, equi hujus pedibus affusi, nempe Cneus Sejanus, Dolabella, Cassius, Marcus Antonius & Nigidius. Cum ergo omnes ac singuli hòc equò usi mortem appetere violatam, inde proverbium natum est, ut homines calamitosi equum Sejanum habere dicerentur Gellio teste. At quousque hæc fusior de Sejano equo præambula dissertatio?

Optimi AA. ubique terrarum nobis S. Georgius cujus hodie Festum diem celebramus, equitis generoso equo insidentis specie Catholicis representatur, manu seu ensè seu lanceâ instructa, ut puellam nobilem, cui draco imminet, periculo eximat, confectò dracone. An vera & historica, vel tantùm symbolica hæc sit Gregorii representatio,

S 2

adhuc

B.

Aptatur  
D. M. Ge-  
orgio. ☉☉

adhuc sub iudice lis est; pars tamen potior Authorum eam in sententiam inclinat, ut dicant symbolicam, ita tamen ut symboli fundamentum in re præbeat vita per Georgium consummata. Vt Nadasi memorat, fuit Comitis titulo exornatus militum Tribunus; Alexandram Diocletiani Conjugem ethnicam ad veram fidem convertit, & ad Martiri palmam promovit. Sic ab idololatria præter alios plures abstractam Imperatricem, magni draconis faucibus Augustam eripuit Georgius.

(2) Georg. Vicellius in Hagio-  
log.

Juxta Georgium Vicellium (2) idem præclarum facinus omnes illi operantur, qui in salutem animarum & præsertim à ruina abactam operam impendunt; draco enim diabolus est, Regis filia Christi Spōsa est Anima; hanc à mortiferis faucibus tartarei hostis eripere, & reddere intactam, est Georgium præstare, si ad speciem diabolice inmanitatis non expavescat Minister Christi, sed fortitudine plus quam Spartana verbi divini gladio, & acuti sermonis lancea aut feræ commotionis spiculo bestiam trucidet, & opima spolia Deo referat, plurimum aliorum salvatione. Hac Imperatricis Alexandræ inopinata conversio usque adeo Diocletianum irritavit, ut omni tormentorum genere interdictum Heroem proferderet. Quid & quantum pro Deo ac fide nostro passus sit, dictum est in Analog. Tub. hoc ipso die, ubi ex instituto huius Sancto titulum adstruximus *Martyrum Coryphæum*. Antequam verbum confodiendum hostem stygium accingeretur, opus fuit, ut equum suum multo ante ritè nosset moderari; quod ita strenue, ita fortiter præstitit Georgius, ut præ aliis gloriosi Equitis titulo condecorari mereretur. Non loquor ego hic loci de pictura equitantis Georgii mechanicè sumpta, sed mysticè ac symbolicè accepta, ut symbolico draconem equus respondeat symbolicus. Ut sic equus Georgii nil erat aliud

C.

Domuit  
bellissimè  
corpus ceu  
equum re-  
calcitrantem.

(3) S. Laur.  
Justin. Ser-  
mon. de S.  
Georg.

(4) S. Bern.  
Serm. de  
OO. SS.

quàm corpus Georgii, quod apprimè novit & ab illicitis continentibus franò restringere, & rursus variis virtutum stimulis ad ardua quæ erigere, atque iterum divinæ charitatis impulsu ad piorum operum exercitationem relaxare. Quantus fuerit equi huius domitor Georgius ex primo ejus principio, quod semper Justiniano (3) teste in ore habuit & opere ipso constanter exercuit, abundè colligas. Maxima ejus hæc: *Incongruum est, ut patiente Rege, & pro salute animarum occurrat, segniter vivat Christianus, & sine certaminis exercitio d. si. tot.* S. Bernardus (4) expressit: *Non decet, non decet sub spinoso Capite membrum esse delicatum.* Vixit Christus ab omni fastu remotissimus, pluribus ærumnis afflictus, communitatiæ purpuræ palliastro ad risum amictus, toto corpore concisus, plura

lividus, vulneribus obseptus &c. & ego corpus peccaminosum tot delictis enutrium, tot bellariis faginem, tam molliter & delicatè meum tractem jumentum, ut tandem Sessori suo recalcitret, ac sede sua ejectum in fatum præcipitet horridum, execrandum? fecit hæc meditatio, ut opibus & fortunis prædives militum Tribunus, quidquid bonò titulò bursa conclusit, in pauperes erogaret, corpus pro Deo ac Divina fide secandum & cremandum barbaris offerret, machinam cultris horridam fortibus ausis exantlaret, viva calce totum hominem obrui permetteret, ferreis & igne candentibus crepidis lætus atque hilaris sub effero & truculento Cæsare Diocletiano ad Gloriæ metam cursitaret. Et verò si nullus præstò fuisset Diocletianus, qui labis expers corpus discredicaret; si nullus carnifex Georgio insultasset, ut innocuam carnem excarnificaret, ipse sibi factus fuisset Diocletianus, ipse carnificis vicem obiisset, & jam inedia ac forti abstinentia, jam cingulis & ciliciis, jam flagris & arundina longa, atque alia corporis edomandi suppellectile in sui corporis jumentum sæviisset; timuit nempe Georgius, ne corporis jumentum, si mitius tractaretur, in equum abiret Sejanum, qui in præceptus ageret efforem; quod sanè omnibus illis fuerit timendum, qui omnem luxum & libidinem, omnes cupedias & voluptates, omnem gulam & summe noxiam libertatem strigoso corporis sui equo indulgent. Hostem validiorem, hostem periculosiorem non habemus, quam sit equus iste domesticus, firmum ac vegetum corpus nostrum; quanto majoribus blanditiis fovetur, tanto acrius reboat, tanto impudentius recalcitrat, efferatur, & exasperatur. Expertus est equi hujus insolentiam & immanitatem leno ille & obscænus adulter, de quo in suo Castitatis triumpho sequentia Ballingham (c) enarrat.

Vixit priori seculo turpis mæchus, qui corporis & carnis suæ lividus sectator, thorum conjugialem improbè protrivit, alienæ pudicitia perpetim insidiatus, quò lucrò? quò emolumentò? mox audietur. Accidit fortè, ut præter mōrem præproperè suum Bucephalum conscenderet, & jure suo anxia uxor inquireret, quorsum tam celeri abitu iter maturaret? tulit ægerimè luxurians eques, quæsitò tangi stygios amores, & mox efronti audacia sordidam itineris decreti metum detexit, dixitque, in lupanas propero; unà equò calcaribus incitatò, recto tramite in veneras ædes contendit. Quid ad hæc tam perfidò responsò exacerbata uxor? id, quod animo graviter læso præceptus ira dictavit; abeuntem his votis prosequi audita est uxor flammea: abi, abi procax bestia, & ad hos lares tuos nunquam ultrà revertè! ut te

(c) Anton.  
Ballingham.  
c. 1. c. 7.  
D.

Multos alios protrivit hoc jumentum, probatur. Hist.

mille diaboli in foveam præcipitent, ubi medius crepes mastigia! Deum immortalem! non opus est tot Diabolis, ut alteri fatalem strus nemanam; unus simplex dæmunculus sufficit ad fragem toti urbecula referendam. Videntur pondus habuisse vota ore uxorio profecta. Cum in morem prodigi illius lurconis pravos animi affectus Orci filiquies saturâset, equum suum properè conscendit, alio properaturus, ubi centes cupedias venaretur; at ecce! vix tergum pressit bucephali equus totus furere, recalcitrare, omnem se in gyrum circumagere se in altum attollere, tamdiu fremere, bacchari & tumultuari, donec adulterum tergo suo dejectum, sed altero pede stapedi nexum, Oco funus traderet; sic enim innodatum per omnes urbis plateas terrens equus raptabat; sic pendulum per lapides & foetentes cloacas pertrahebat, sic omnia corporis membra luxabat; sic totum caput in quassabat, ut cerebrum violenter excussum saxi & lapidibus allidetur. Nec potuit equus iste ullis artibus pacari, donec peragratis omnibus plateis tandem iterum ad lupanor diverteret, ubi ultro terro quillus stetit equus, ut nempe pendulum funus eo in loco deponeretur, in quo vivus leno conjugii fidem nefandis ausibus fessilit adhibere & simul in se justam Dei vindictam provocavit, spectaculo futuræ omnibus illis, qui pravis effectibus suis ita promptè velificaverunt, qua data porta, in voluptates unâ & in barathrum se per atmosphæra demones devolvi patiuntur.

Sodes iste, Optimi AA. miserrimè equitavit, quia equum conscendit *Sejanum*, & efrane corpus suum in omnem libertatis luxuriam devolvit. De tam misero equite rectè dixit supra citatus

Amos: *Ascensor equi non salvabit animam suam, sed potius* (6) *equum & ascensorem deiecit in mare,* (6) *excit equos & ægyptios equites, impium Pharaonem & sequaces eius altò hausit Justitia Divina. Fuit ægyptius, eques spurius, turpis molochus, de quo meminimus, quia corpus impium salutis habens in omnem proterviam, in omnem lasciviam resolvit, & ideò nec animam suam salvavit, sed animam simul & corpus in mare mortuum, in abyssum miseriarum, & æternæ damnationis barathrum præcipitavit, ubi hodiè medius inter efferos Pharaones; corporis sui pessimos moderatores, carnis & luxuriæ fumantes procos plagis cruciatur molochus. Ut anima salvetur, cum Georgio equitetur. Ut anima salvetur*

(7) *1. Cor. 10. redigatur, prout à D. Paulo (7) didicit Georgius. Ut anima salvetur*

Georgii exemplò veluti jumentum rigidè non blandè corpus nostrum tractetur, ne spiritui recalcitret. Adhuc hodie omnium animis intonat (8) Joannes: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* (8) Matthi. Juxta SS. PP. Chryf. Hier. Greg. Basil. Bedam vim cœlo inferunt, qui corpus per pœnitentiam emaciant, qui sensibus suis fortè injiciunt luparum, qui pravos affectus suos refrœnant, qui in camo & frano-reprobos habitus suos constringunt, qui efferas domant passionès. Perdet sui sessorem corpus nostrum tanquam equus indomitus, si suæ libertati relinquatur; si nullis legibus nullis frœnis à gula & à luxuria à luxu & à superbia, ab ira & acedia, à detractiõne & blasphemia seriò revocetur. Spiritus Sanctus equo huic in frano & camo vult maxillas constringi, quod licet molestum accidat, frano tamen infra gingivas ductò gula & ingluviès reprimitur. Sicut camò non impeditur respiratio, ita tamen camò omnis morsciatio profligatur. Acedia equum si corripit aut libido, stimulis & virgis, calcaribus & pœnis in officio continetur, & à via perditionis in salutis semitam revocatur. Sic ergò ritè corpus nostrum castigetur, ne quis reprobis efficiatur, ut paulò antè monuit (9) Paulus. Audiamus hac super re unum Patrem Basilium, & totum idem sermonem nostrum concludamus. Sic (10) loquitur cit. *Corpus nostrum fere instar coërceatur, & ab ipso adversus animam suscitati tumultus ratione veluti flagello compescantur, ne frœnum voluptati laxando, mens à contumaciis equis rapiatur.* Ah! quàm durè quàm acerbè corpus suum innocui Cœlites, cum adhuc in terris agerent, habuerunt, licet nequiquam spiritui reboaret, sed in omnibus se juxta Legis divissimæ frœnum regi, dirigi, ac sursum duci promptissimè paterentur. Erant, qui plagas corpori suo inflictas nunquam coalescere paterentur; erant, qui licet omni culpâ carerent, suum tamen corpus vespis & vermiculis cruciandum spontè objicerent; erant, qui sanctò quodam oidiò in carnem suam accensi, ita corpus quotidie excarnificarent, ut crederes, eos gravissimorum scelerum reos esse, qui ne quidem totà vitâ suâ ullo gravi peccato animam contaminabant; erant; qui ultrò in sui corporis lanienam tetros carnifices extimularent: en huc tela exonerate, huc flagra excutite, huc ferrò & flammis savite; quos inter cum Georgius noster tanquam Martyrum Coryphæus teneat primatum, nos quoque ab hoc Sancto hac horâ sanctum quemdam Zelum hauriamus, quò equum hunc Sejanum corpus nostrum ita semper moderemur, ut tanquam gnavi ac providi corporum rectores, nullo unquam casu

(8) Matthi.

11.

E.

Coërceandum est corpus nostrum, ne sessorem excutiat &amp; conculect.

(9) 1. Cor. 9.

(10) S. Basil. de leg. gentil. lib. 2.

F.

Hanc in rem SS. Exempla.



casu excussi, recto tramite Jerosolimas contendamus, non terrestres illas sed cœlestes, ubi nunc soli equites cum animavictoriae toties in terris de equo Sejano relatæ immortalæ gloriæ corollam recipiant, cum verò illuc etiam ipsi equitum equi, ipsa corpora nostra extollentur, et suis cum rectoribus & animabus pari laurea coronentur juxta illud Regi Psaltis (11) effatum: *Homines & jumenta salvabis Domine.* Verbum dum vivi sumus & vegeti, corpus nostrum cum S. Paulo, cum

(11) Pl. 35. S. Georgio ita providè castigemus, ita patienter aliunde castigati feramus, ne unquam reprobis efficiamur; Efficiemur autem reprobi, si more hactenus recepto impetuosæ carni perpetim abbediamus, pravæ ejus cupidias prompti expleamus, eique nil moleste nil adversi unquam irrogari patiamur; Sic enim corpus nostrum iniquum migrabit Sejanum, qui sui Sessorem excutiet, eumque ab un flagitio in alterum devolvat, donec totum hominem in æternitate raptatum vita privet immortalis; de quo in æternum & ultra verum erit dicere: *Equi ascensor non salvabit animam suam*, quod maximum malorum omnium malum nostris à cervicibus per merita S. Mar-

Georgii clementissimè Deus avertat!

Amen.



CONCIO XVIII.  
FESTVM SS. PHILIPPI  
& JACOBI.

Vado parare vobis locum. Joan. 14.

Mendax Orcus.



N homine non forma spectari debet, sed animus, Opt. AA. bella frons, sed animum non habet, bellè dixit Diogenes cum venales larvas spectaret, quibus in bacchi encaniis putidi lurcones uterentur, ut bestificatum hominem hominum oculis subtraherent. Sicut in gemmis sub ignobili & fusco colore eximia sæpè natura delitescit, sic in deformi corpore non rarò insignis animus tegitur & carneo trunci peplò velatur. Rursus sicut in ipso adamante potentissimum est venenum, Gallis apprimè cognitum, ad vitæ stamina certos in annos secanda accommodum, si ritè conteratur, & sua dosi præparetur, ita millies contingit, ut homo formosissimus mente sit undique virulenta. Quid conchis asperius? quid magis verrucosum? intus tamen lucidissimi latitant uniones. Animi domicilium corpus est; ut ergò sæpè vilem casulam Reges atque Cæsares subintrant, eamque gratiâ. Decorant speciali, ut patet ex Ingheimensi casa Rheno adlita, per Carolum Imp. ibi pernoctantem ad insignem Comitatum evecta, sic sæpè in exiguo & curvo corpore rectæ animæ habitârunt & præcellæ. Ostendit hoc ipsum natura in Æsopo, cujus animus excellens fuit, licet vultus esset barbarus & totius homuli deformis forma. *Deformes natura nemo reprehendat*, maxima fuit (1) Aristotelica, sed eos potius, qui ob otium vel ob negligentiam tales evadunt. Quod si illos reprehendimus, quos natura fecit deformes, eum unâ reprehendemus, qui dixit (2) nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate. Oris deformitatem ut plurimum sapientia refarcit & ingenium. Præstat testam habere malvaticò spumantem, quam calicem crystallinum cerevisiâ plenum sordidâ, crucigerariâ. Ego in deformatis corpore præcellentem ingenii formam suspicio, quoties nominari

A.  
Forma in homine non debet suspici, fallit millicies.

(1) Arist. l. 3. Ethic. c. 5.  
(2) Jo. 7.

T audio

ON.

B. audio Æsopum. Claruit ingenio, quod nemo assequeretur. Potuisset ille pedem figere, terram credo ipsam loco suo ingeniosus hypodasculus movisset. Id certe, quod passim hodie inter entia numerantur impossibilia, effectui dedisset Æsopus, si modo laboranti Ælopo laboris etiam socii rite fuissent cooperati. Porro, quod in vita ingenio fabulonis hujus tanquam historiam Maximus Planudes his verbis recepit: Rex Ægypti Nechtenabo statuit ad perpetuandam nominis sui memoriam turrinam extruere, quæ nec cælum nec terram attingeret; cui autem nullus esset, qui tanti operis expeditionem Regi adpromittere operam suam promptè condidit Æsopus, si modo graves ipsi operarii qui materialia murariis porrigerent, constitueret. Latus hoc nuntius Rex, se ultro, quotquot vellet operas, conducturum spondidit; turrinam Æsopus quatuor aquilarum fortes pullos capi iussit, captosque affabre instruxit, ut pueros in Sportis unguibus aquilarum affixis postando in altum tollerent, atque ita pueris obtemperarent, ut quocumque vellent, volatu pertingerent. Exacta hieme Æsopus cum aquila & cum pueris ad Regem profectus, spectaculum aula exhibuit, turrinam Ægypto admirante. Rex visò Æsopò recreatus, adduxisti, inquit, qui turrinam extruant desideratam? cui Æsopus, ita omnino Augustus & Paterfamilias, si modo sine Rex, præstò sunt promptique turrinam pro votis extruere, si modo locum ostendas; inde urbem egressus Rex in planitie locum ostendit dimensum, hinc velim cælum inter & terram turrinam ædifices; addidisti ergò Æsopus ad demonstratos loci angulos quatuor aquilas cum pueris suis per corbes appensis, ac fabrorum instrumentis, in puerorum manu depositis, evolare iussit; ita in altum educti, vibratis per aëra malleis unà omnes clamabant: jam ergò lapides nobis date operarii, jam calcem porrigite & cœmentum, jam materiam ædificio paratam suppeditate, nos reliqua expediemus. Hòc naturæ miraculo attonitus Nechtenabo unde inquit volucres homines Æsopè? victus sum. Fateor, Deditus es ingeniosus, ars tibi non defuit, quæ turrinam in aëre construeres, unde illuc per operarios posset materia sublimari. At verò si etiam parum aqua per aquilas sursum abducta esset materia, ubi locorum in aëre regerentur prima ædificii fundamina, primum lapidem Nechtenabo posuisset? hæc! fabulæ! maneat inter entia rationis aërea ædium structura; patitur hæc, & nullò unquam avò consummantur. Id uni Deo proprium est, qui sicut totum hunc spectabilem & terraqueum orbem super orbem fundavit, & totam terrestrem spheram paro aëre circumfudit, pro-

(3) Ovid. 6. ut etiam Ovid. (3) cecinit:  
salf,

*Terra pila similis nullo fulcimine nixa.*

Ita pariter hanc in horam poterit supra mediam aëris regionem, aulas & palatia extruere, extructa firmare, ut in perpetuas aeternitates perdurent. Quod ergo suis hodie Apostolis & Apostolorum sequacibus discipulis, omnibus Christi fidelibus Servator adpromisit, se nempe hinc abiturum, ut singulis in suprema aëris contignatione, in empyreo caelo præpararet habitaculum, etiam actu explevit: *Vado parare vobis locum*, imò jam paratæ, jam perfectæ sunt ædes splendidae juxta illud: *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, omnibus illis decretæ, qui per avia & in via, per aspera & dura, per vepræta & faxeta, verbò, per cruentam Crucis semitam sursum ad gloriam assiduis motibus contendunt.

Volupe fuerit, hæc palatia eminus spectare, oculos in altum tollite, & à longè tecta aurea virtuti erecta suspicite. En ibi stat domus undique splendida aureis ex laterculis Architecto Numine fabricata, quam Gregorio (4) teste, hanc in horam *Deus dedit* inhabitat, è terris ad coelestes Jerosolimas translatus Sutor. Erexit ei hanc Regiam ter clemens Deus, quia quidquid lucri per hebdomadem è subula & calceis referebat, id totum in egenos Sabbathò erogabat, tenui victu & necessario vestitu contentus, ut plus posset pauperibus erogare. Altera illa Regia magnifico luxu erecta Joanni Eleemosynario Alexandriae Archiepiscopo & Patriarchæ inscripta est; hujus tanquam Metropolitanæ Pontificis potestati suberat Troilus Episcopus, qui cum fortè famulo suo in mandatis dedisset, ut sibi argenteam suppellectilem triginta libri auri coemeret, suasit ei Patriarcha, ut hac pecuniarum summâ sibi potius caelum Troilus coemeret, & aeterna tabernacula compararet; voluit dicere Sanctus Pater, sanctius & utilius tantas opes in pauperculos, quam in tam immodicos & profanos luxus effundi. Paruit quidem suasori Troilus sed invitus; aurum in mendicos dispertiit, sed mox animum subit poenitudo, potuisse his expensis hæc & hæc emptionis jure comparari, splendori futura & gloria, quoties grati hospites mensæ esset sybariticæ admovendi; paulò post cura multiplex ex poenitudine prognata, valetudinem Troilo eripuit, anhela & corrosiva febris imas præcordiorum fibras irruit, quàm cum ab auri prævalida siti natam esse crederet Joannes, illicò tot auri libras Troilo restitui jussit, quot paulò antè in pauperes erogabat; & ecce novum dictu visûque prodigium! ubi aurum recepit, unâ etiam valetudinem pristinam visus est recuperâsse, ut scires, Episcopum hunc non anginâ sed argentinâ laborâsse; tota nempe valetudo ejus in auro latuit, quod cum ad pauperculos migrâisset, simul etiam

D.  
Turrim in  
auro extru-  
ere, Soli  
Deo pro-  
prium est.

(4) S. Gre-  
gor. Dial.  
1. 4. c. 36.

E.  
Exhibetur  
in cly-  
peo mansio-  
nes in cœle-  
stibus paratæ.

cum socio fratre fanitas abiit, excessit, & cum reduce ad propria revertit; poterat adeò huic Troilo dici, quod Ambrosius (5) in Lucam enuntiavit: *Febris tua avaritia est, morbus tuus non tam corporis quam animi pestilentia est* &c. Auri dira fames & habendi insana cupido. Redditò auri pretiò, libris triginta, chirographum à Troilo petiit Patriarcha, cui lubens annuit, deditque hæc in verba: *Da Deus Joanni Patriarchæ Alexandrino Domino meo, triginta librarum mercedem que ante facti tibi, quoniam ego recepi mea.* Hæc è cœli specula Deus justus Jule contemplantur, qui ut palam faceret, quantum per insanam illam cupidinem Troilo decessisset, hanc ei sub amœna somni imagine spectamen objecit: surgebat ab alto grandis palatii speciosa moles eleganter materia, opere exquisito & arte supra naturam extracta, quam cum mentis suæ oculis eminus aspiceret Troilus, simul etiam in janua pereminari, hanc expressam legit epigraphen: *Hæc mansio est æterna requies Troili Episcopi.* Hòc visò, multum quidem sibi spectato Troilus applausit, sed plausum omnem mox casus absterfit inopinatum unus enim ex cœlestis Aulae Cubiculariis prodiit, qui hanc inceptum nem propriam sustulit, eique hanc subrogavit: *Hæc mansio est æterna, & requies Joannis Alexandria Archiepiscopi, triginta libris coemta.* Excessò somnò, qui oculos simul & animos malè occluserat, sibi ex cœlo redditus, liberalibus posthac eleemosynis cœlum emere didicit, & æternas mansiones jam in cœlo fidelibus animis erectas, & vellemè eleemosynariis decretas. Alteram illam aurò ac gemmis præfulgidam Aulam, utrâque recens memoratâ multis gradibus ampliorè & splendidiorem, Deus alteri Patriarchæ, Assisinati Francisco Deus præparavit, prout fusè testatur (6) Bonaventura; vidit hic divina revelatione splendidissimam in cœlo Regiam ac supra omnes alias sublimem, ex qua olim lucifer, præcipitatus est; cum autem anxius intraret, cui tam inclyta sedes assignaretur, vocem una suis auribus libi fensit: *Humili Francisco; factum inde, ut nonnulli Scripturæ interpretes illud Lucæ (7) de Apostatis angelis enuntiatur Francisco. Seraphim accommodarent: Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Placet nobis in alias cœlestis Jerosolimæ partes oculos reflectere, ubiq; magnò numero palatia occurrent, non tantum piis in pauperes eleemosynarum & humilitati deditis præparata & largiter promissa, sed etiam patientiæ, castimoniarum studiofis, gloriæ divinæ perpetim ampliandæ ardentes Zelotis, pro Deo graviter afflictis, & malè per malos pressis, splendide Deo erecta, & in Domino morituris hodie condita, cum omnes ac longe-

(5) S. Am-  
brof. in  
Luc.

(6) S. Bo-  
nav. in vit.

(7) Luc. 1.

los hoc blando solamine in spem vivam erigeret, *ego vado parare vobis locum*, quasi diceret Servator: Confolamini, confolamini, qui mille inter ærumnas ægrè spiritum trahitis, qui malè tecti, omnium laribus exclusi, omnium pedibus protriti, vitam in terra vivitis pœnè mortualem, curis & miseriis ericium in morem obseptam! confolamini pusillanimes, *durate*, & *vosmet rebus servate secunds!* in patientia vestra possidebitis aurea cœli palatia à Deo virtuti tumulo illatæ stipulata manu promissa; ibi morbus omnis in perennem vitam nullis ultra symptomatis obnoxiam, curæ omnes & ærumnæ, in plausus & tripudia, lacri centones in purpuram gemmis præfulgidam, vilis & abjecta conditio in cœlestis aulæ patritium splendorem, mucidus panis in nectar & ambrosiam sine fine fluentem, sudor in balsamum, casa straminea in auratis constructa palatia tignis felicissimo transitu commigrabunt. His promissis minimè vanis omnes læctat Christianos seu Christi affeclas Servator, de quorum veritate ita evidenter certi sumus, ut ante cœlum & terra in nihilum debeat resolvi, quàm jota unum aut unus apex ex promissis divinis vanescat. Fidelis Deus est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis; ut Psaltes canit Regius; idque passim in promissionibus Deo est solenne, ut non contentus stare pollicitis, ea etiam excedat; ut enim in eo hanc specialissimam bonitatem agnovit Aug. (8) semper plura & majora Deus tribuit, quam promittit; non est proinde, quod tam liberalibus promissis unquam diffidamus, quæ Deus ultra meritum, ultra condignum hanc in horam solitus fuit explere.

Illa illa potius promissa caveamus, quibus hodiè cœcis mortalibus ora sublinat stygius veterator, cujus pollicitationes nullam unquam fidem merentur. Quidquid Satan spondet, fucum redolet, & creditium ruinam maturat. Orco etiam vera dicenti negari debet fides, quia ut plurimum talis fides summam in perfidiam excurrit. Vana sunt & emortua Orci mentientis promissa, ut cum servis suis carnalium illecebrarum oblectatiunculas repræsentat; cum grandes opum accessiones condicit; cum secundæ fortunæ constantem allapsum adpromittit; cum sanos ac longævos vitæ hujus annos occentat; cum pulcherrimas insuper scientias instillare præsumit, quibus absentia velut præsentia cognoscantur, quibus perdita recuperentur, quibus abditæ thesauri eruantur, quibus Aër in furca vel scopâ voluerum more penetretur, quibus oculi circumstantium fascinentur, quibus variis agritudinibus forte medicamen præbeat. Hæc & alia plura tetra stygis promissa in obsequium satanæ animos trahunt mortales;

T 3

at

(8) S. Aug.  
Serm. 99.  
de temp.

F.

Exhibet  
sua etiam  
Orcus falso  
fundamine  
nexas.

at sicut spei multum hæc promissa exhibent, ita nil unquam rei repræsentant. Orci promissa pura vanitate & merò mendaciò nituntur. Pollicetur homini satietatem, si Orcò velit famulari, & tamen quidquid egerit, nunquam animos exsaturat; affirmat subinde jurato stygius cacodæmon, se homini servo suo veram libertatem daturum, at quomodo? quando? hæc adedò disparata quis combinet, esse Orci mancipium, & simul esse liberum? aliis spondet securitatem, sed quam securitatem habebit impius, qui Deum sibi hostem fecit, ubiq; præsentem, ubiq; potentem scelera vindicare. Multis aliis stygius lurco etiam ante ultimam vitam in melius mutandæ tempus promittit, at quàm luculento hæc mendaciò promittit! constat enim, id unum humani generis hostes solertissimè satagere, ut ne quidem unus ex sceleratis ad salutem respiscat, cum ultima linea rerum instat. Tandem & hæc mendacissima sponsio est cum Orci genius plenis buccis asserit, omne famulitium, omnem gloriam, omnes divitias, omnes delicias in hoc altero que simul orbe secum habituros acheronticæ stygis alumnos hæc nunquam ampliùs amittenda, Orci liberalitate semel possessas; hic con-

(9) Pl. 26.

Psalte Regio jure omnes exclamemus (9) *mentita est iniquitas sibi*. tamen sunt malè creduli mortales, qui patri mendaciorum diabolo fides habent, seque insuper ejus servitio addicunt, provocati magnificis vanis & inanibus promissis. Ne permittite, quæso, & natuti mortales, ut vos nasò cacodæmon suspendat! asserunt quidem beneficis corrupti laverniones & annosæ striges, vera ex auro palatia clientibus suam fatanam monstrare, inter aureas delicias post hanc vitam habitandas at hæc vaferrimi impostoris nova est ludificatio, monstrantis inania felicitatis simulacra, interim cælum & cœlestes alas diripientis.

G.  
Id probat  
Radbodus  
Frisiorum  
Princeps.  
Hist.

Expertus est hoc ipsum malò suo eòq; sempiternò Radbodus Frisiorum princeps. Narretur totum, ut pateat, quantis fraudibus & delictis suos procax acheron circumveniat. Accidit fortè septingentis post Christum natum annis, ut Surio teste D. Wolframus Episcopus multorum ex gentiliùm conversione in Frisia ad Christianorum sacra transferret; nam etiam principis filius piè persuasus, veræ fidei dogmata cum Baptismo suscepit; lætatur interim secum filii ad fidem conversi senilis parens Radbodus, qui post longam deliberationem ad sacrum fontem visus est latitare, cum ecce tibi adulta nocte teterrimus cacodæmon regali scheinante, sceptro fulgens & diademate, Ducem hortatur, ne à majorum sacra religione discederet; quod si vero in veterum superstitione perduret aureum etiam palatium ei spondet habitandum, quod crastinà esset ostendit.

rus si quos ex suis experimenti captandi gratia in proximam sylvam destina-  
verit. Jam in procinctu stabat Radbodus, ut Sacris Baptismi fontibus  
ablueretur, ecce cunctari coepit cum baptifmate Radbodus, antè  
adhuc exploraturus factas de palatio aureas spes. Habuit Wolframus  
Satanæ vestigia probè perspecta, conventum tamen est utrinque de tes-  
tibus rei monstrata fidem facturis; pergant igitur ad vicinum nemus  
Diaconus quidam nomine Pontificis & aulae Satrapa nomine Radbodi  
una cum famulis suis; ducti per viam satis prolixam pario marmore in-  
stratam, tandem domicilium conspiciunt planè aureum, magnificum;  
huc intromissis occurrit sublime ac regale solium, multum supra pa-  
latorum terrestrium formam & splendorem refulgent; mox simul al-  
ta & intelligibili voce clamantem audiunt: *Hæc domus est, hæc sedes est,*  
*quam Radbodo Deus (tuis post hanc mortalitatem se daturum spondit. Au-*  
*diit hæc Diaconus Numine plenus ac lumine cœlitus illapso, & mox*  
*palam reposuit: Si hæc ad speciem nobilis fabrica Deo surrexit architecto,*  
*eternum duret, & nullò unquam evò in cineres resolvatur! si autem pravi*  
*spiritus opus est momenti ò dispareat, & vaneat! hæc ut dixit, unà Crucis*  
*signum formavit, & ecce, in ictu oculi totius ædificii tam splendidi*  
*machina in deforme lutum collapsa est, Orco nequidquam reboante.*  
*Hem sanctam & prodigiosam S. Crucis virtutem, quâ omnes dæmonum*  
*præstigias Diaconus profligavit! Extant hujus virtutis exempla propè*  
*innumera. Rhemis atrocissimum templi incendium acheron excita-*  
*vit, quod S. Remigius unico Crucis signo extinxit Hincmaro (10) teste. (10) Hinc-*  
*Hoc signo Theodorus Archimandrita veneficium Theodori magi disjecit, marus in*  
*dæmones expulit, horridas frugum calamitates avertit, certis locis diabo-*  
*vit.*  
*los inclusit, & signo Crucis locum obfignavit, ne cui amplius nocere pos-*  
*sent Gregorio teste discipulo ejus. Docuit hoc ipsum S. Eligius Novio-*  
*menfis suos hinc verbis: Christiano nec auguria nec alia quælibet signa officie-*  
*re possunt, quia ubi signum Crucis cum timore ac fide Dei processerit, nihil ibidem*  
*nocere poterit inimicus. Fatentur hoc ipsi etiam dæmones à S. Putapio a-*  
*pud metaphrastem adjurati, clamantes & (11) vociferantes: Verè ter-*  
*bilis es ò Nazarene & ubique in omnes obtines imperium; quò ergò profici-*  
*scar? si in desertum? si in urbe? si quocunque duxerit alius, tu illuc præve-*  
*nis, sola Crucis tuæ figura, solo Nomine tuo nos expellens & profligans.*  
*Rectè itaque hoc potenti Signo contra tartareas hic loci imposturas*  
*usus est Diaconus, quod etiam felicissimè totas Orcini veteratoris ar-*  
*tes evertit & conculcavit. Vidit uterque explorator, quibus dolis &*  
*fraudibus Radbodum Satan luderet, mox ergò rei gestæ seriem prin-*  
*cipi*



cipi Radbodo missus Satrapa, & sacro Præsuli Diaconus statuit enuntiare; at ecce cum ad aulam Satrapa rediret, audit interim Radbodum è visis abiisse, nullis baptismi fontibus expiatum; hinc tristis illa species emerfit, quâ se sancto Willebrodo Episcopo spectandum dedit miser Frisiorum Princeps Radbodus, post fata sua igneis undique catenis costrictus, ut jure diceres, heu quantum mutatus ab illo! jam enim in gehenna longè alius & à seipso diversus est Radbodus! hic non amplius dives, sanus, lætus, potens, gloriosus, felix, qualis in Frisia fuit Radbodus, sed pauper, tristis, æger, contemptus, afflictus, infortunatus quem modo Satan ita captivum tenet, ita flammis & vinculis costringit, ita compedibus & catenis revincit, ut eum ex uno supplicio in aliud circumvolvât. Neque verò miserabilis princeps iste ulli aliter tam tragicam vitæ catastrophem imputare potest, quam proprio præproperæ credulitati, ac mendaciorum fabro dæmoni, cujus vanissimis aula habitandæ promissis, ita graviter illusus est, fabula facta proluxa æternitati.

Nunc bona cum venia meos AA. illis verbis extimulo, quibus olim Sennacherib Rex Assyriorum cives Jerosolimitanos erexit, cum urbem illorum arcta obsidione premeret, Hebreis imperante religiofilis (12) Ezechia: *Ne vos decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, ne credatis ei.* Hæc verba ego nunc meum ad propositum transfero, & omnes hortor christianos, ne decipi velint & deludi falsis Satanae persuasionibus, mendacibus Orci promissis, vanissimis illicitarum voluptatum obtrusionibus nullo fundamine nixis. Quotquot hic errant errorem in tartaro luent in perpetuas æternitates: Ita potius candidè providè Deo serviant in timore & amore, in legis divinæ accurata custodia, in omnigeno virtutum apparatu, ut tandem bonorum omnium præmiator Deus dignos inveniat, quos ad æterna coelorum tabernacula suscollat.

Amen.



CON

(12) 1. Paralip. 32.



CONCIO XIX.

Festum Inventionis S. Crucis.

Regnavit à ligno Deus. Ex Breviar. Rom.

Crux Dominica.



Uocunque oculos reflectimus, quocunque pedes exporrigimus, oculos ac pedes nostros numerosa cruce incurrun

AA. Ubiq, mors, ubiq, luctus, ubiq, desolatio: undiq, percutimur; undiq, amaritudinibus replemur, vox fuit Gregorii Magni (1). Nullus hic loci datur Status, qui dici valeat omni ex parte beatus, sed potius crucibus & ærumnis omni ex parte pressus & coarctatus. Ab hoc calamitatum onere nec opes exempta sunt nec inopia, nec dignitas nec mancipatus. Rusticus es? te obruent labores & tyrannorum principum cruenta imperia. Pauper es? ipsa te indigentia diu noctuque premet & affliget. Dives es? te ipsa etiam Delicia frangunt, corrumpunt & penitus enervant. Puer es? rerum omnium ignorantia te vilem reddet & abjectum. Adolescens es? te Studium coarctabit & Disciplina. Juvenis es? pravis Cupiditatibus vel jactaberis, vel opprimeris. Vir es? mille Negotiis atque animum morsicantibus curis consumeris. Senex es? omnes in te Languores, omnes morbi, & tandem mors ipsa impetum faciet. Solutus es, vegetus ac liber? aut quod hodie tam enormibus votis prensatur, conjugio illigatus es? neque tamen ut sic tui juris eris, vel à funestis crucibus & grandibus ærumnis immunis. Liber erat Paulus, & tamen (2) dixit: Datus est mihi stimulus carnis mee, angelus Satanae, qui me colaphizet. Datus est non à diabolo sed à Deo, permittente diabolum tentare, & veluti stimulo exagitare, tam concupiscentia spiculis, quam persecutionum aculeis nostram in carnem defixis. De conjugatis ita loquitur citatus: Si nupserit virgo (3) non percarit, tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Quam tribulationem? quam crucem? vel mala uxoris, vel pravi mariti, vel si horum uterq; bonus sit, multas tamen cruces pariet educatio liberorum, multas ærumnas coacervabunt familiae onera, quibus adversis ita conjugalit voluptas

(1) S. Greg. hom. 4. in Evang.

A. Ubiq; Cruces dantur in copia.

(2) 2. Cor. 12.

(3) 1. Cor. 7.

U

B. **Habent etiam opulenti & plenipotentarii rerum Domini cruces suas.** luptas eliditur, ut à pluribus sapientissimè contemnatur; fac enim optatam prolem conceptam esse, mox à conceptu fastidia subeunt & insomnia, vertigines & deliquia, præcordiorum angustia & graves melancholia, absurdi appetitus, & totius quasi naturæ perturbatio; quæ autem & quantæ cruces non ab ipsis liberis nascuntur? quæ negotia non faceffunt familia, servi, ancillæ, operarii, & ligatorum capitibus imperti magistratus, sæpè discoli, rhamnusi, perfidi, truculenti, sanguisugi &c. At verò dicit nonnemo, unum crucis expertem statim, ut re posse sine legibus, sine vinculis & ærumnis, si nempe datum sit, teris omnibus despoticè imperare, omnium digitis signari, omnium obsequia mereri, opibus insuper ac deliciis pro voto affluere, illis etiam firmas inter corporis vires liberè perfrui, aliis leges dictare, neque tamen illis coerceri, subditos ac cives in sua potestate habere ac dominio, hostes in timore; faciam tamen, ut omnes oculus intelligant, ut etiam suis grandibus ærumnis seu crucibus premi & infestari, quanto tunc erunt acerbiores, quanto hi grandes suo in principatu fuerint tranquiores. *Crux ergò Dominica*, seu dominis dominantibus propria obiectum erit Sermonis hujus; *Regnavit à ligno Deus*, hodie canit Ecclesia ita tamen, ut in cruce dominans nulli suorum esset onerosus, nulli teri crucem suam auget sed potius leniret. Hunc si mundi hujus detractores æmulentur, salva res. Sin minùs? sibi metipsis cruces cruciativi vivi accumulabunt & mortui.

Rectè dixit, qui scripsit: magni Domini, magni Servi, tot domitorum quot vitiorum. Magnas dignitates magnas esse servitutes Adrianus VI. affirmabat Pontifex Belga. Hausit sententiam suam ex Seneca, qui similia (4) Polybio suo transcripsit his verbis: *Magna servitutum magna magna servitus: omnium somnos summatum vigilia defendit, omnium illorum labor, omnium delicias illorum industria, omnium vacationum illorum occupatio.* Ita S. Ludovicus Tolosanus Episcopus, Caroli Sicilie Regis filius, terrenum Regnum *splendidam servitutem & honestum erga Deum* nuncupavit. Monuit hoc ipsum omnes ac singulos in publico sermone (5) Chrysol. *ne respicias diadema, sed curarum tempestatem*; non tamen solum caput corona circumdat, sicut animam fodicat sollicitudo. Cùm Carulus Quintus Imp. annò ætatis suæ quinquagesimò quinto se regnò suo abdicaret, & curam illius in Philippi filii humeros Bruxellis transferret, commiseratione illacrimans, his verbis usus est teste (6) Strada: *ret me, Proceres, filii charissimi, cujus humeris tam grave onus impositum nitur, quod dum gesturus est, vita ei in summis laboribus, curis, & ærumnis*

(4) Sen. ad Polyb. Consol. c. 26

C. Probatum.

(5) S. Chry. sol. hom. 6. ad pop. Ant.

(6) Fam. Strad. l. 1. tumult. Belg.

arumnis transigenda est. Nempe, expertus loquebatur Robertus, *omni ex parte maximus Imperator*, quò titulò eum dignatus est Paulus III. Pont. Rom. Hanc tiaram ita nihilominus deperire visus est Fridericus Palatinus, ut à rebellibus Bohemiæ Ordinibus peteret, sibi ut liceret regiam Bohemiæ coronam suo inaugurationis die toto tempore durantis prandii gestare; at verò hanc ipsam ad eò gravem sensit, ut sub ea propè fatisceret; unde illam continuò deposuit, certissimo imminentis ruinae suae portento, quò nil præter ludicrum Regis hiemalis nomen retinuit, regnò suò & fascià exauctoratus; proin non immeritò dixit Antigonus Rex, ritè coronam homines cognoscerent, neminem repertum iri, qui eam humifusam attollere, sibi que imponere vellet. Non tot gemmis vestes rutilant Magnatum, nec tot margaritis splendent coronæ, quos spinis eorum animus hirtescit. *Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur*, inquiebat (7) Jobus; quadrat hæc comparatio cuicumq; mortaliū vitæ, sed vel maximè in vitam mille crucibus & curis obseptam quadrat, quam in terris ducunt Magnates. *Succisa est velut à texente vita mea, dum adhuc orarier, succidit me*, ajebat Ezechias Rex, Isaia (2) teste. (8) Isa. 38. vitam suam & regale munus cum textoris tela appositè comparando. Vides texentem? sedet ille quidem, qui situs est quiescentis, at verò pedes semper sunt irrequieti, manus assiduè laborant, oculi perpetim excubant, mens operi operam navat indefessam: hic filum frangitur, hic aliud alteri innectitur, illic contorquetur; majora omnes illos, qui fasces vibrant publicos, negotia implicant publica, domestica; his veluti filis tela illorum implectitur, his curis animus eorum torquetur, ut ne quidem somnos liceat quieto capeffere; ut enim Agamemnonem in inforanis docuit Nestor: non decet, totam noctem dormire virum consiliarium, cui populi sunt commissi: hinc exhaustum ararium clamat, intonat, affer affer, & publicæ necessitati succurre; ibi nervus belli eviguit; hinc Vulcania pestis absumpsit tecta; inde aquarum illuvies amplas segetes evertit, & acerbos civium labores irritavit; ibi vasta horrea & uberem annonam hostis stygius flammis succendit, unde cum fame ac fato subditis luctandum; ibi judicia perperam per judices judicata ad incudem revocanda & alia hujusmodi sexcenta. Verbo:

*Curia dat curas; ergò si vivere curas,*

*Et benè securè, non fit tibi Curia curæ.*

Bonus populi Præses ac superior omnibus servire debet, dixit olim Tiberius. Primò quidem Augustissimo capiti suo Imperatori, inde Senatui,

natus, quin etiam populo, tandem singulis. *Cæsari*, iustis ejus legibus & decretis obtemperando. *Senatui*, probis ejus consiliis acquiescendo. *Populo*, commodis ejus studendo. *Singulis*, unicuique jus suum reddendo, & justitiam sine ullo hominum respectu administrando; servum ergo esse debet omnium, ideoque caput diademate gestat obligatum ut ostendat, mancipia quidem de vulgo, manibus suis vincula & pedibus suis compedes gestare, Reges verò & Summates in capite, quia illi numerum, pedum, ceterorumque membrorum officio dominis suis servant, hi verò plebi ac populo capite simul & animo famulantur, quæ ad eorum commoda semper habere debent intentum. Fuisse Tiberium nostræ fidei domesticus, primò locò non se ipsum, seu Cæsarem locuset, sed Deum; dixisset adeò, Servum esse omnium qui populis dominatur, sed vel maximè conandum, ut verus Dei sit minister, sicut verum esse vult Cæsaris, Principis aut Reipublicæ mediastinus. Juxta S. P. August.

**D.**  
Quid ad  
felicem regimen  
requiratur, ex-  
penditur.

(9) S. Aug.  
l. 1. c. 24.  
de Civ. Dei.

**E.**

Primum  
boni regimi-  
nis principium  
est Deo cor-  
dialiter famu-  
lari, ex  
August.

(9) *duæ leges* non tantum Principibus, sed etiam principum ministris & subordinatis Officialibus, prætoribus & præfectis, archiepiscopis & radamantis, Consulibus & Senatoria dignitate conspicuis *moribus universim præscriptæ sunt, quæ sub se omnes alias complectuntur, nempe integrè subsint Deo, ut justè præsent subsint.* Primum omnis boni regiminis principium est, integrè Deo famulari non ex parte sed ex toto; fieri enim non potest, ut aliis rectè imperet & bene præsit, qui Deo ac divinissimæ legi ejus nullatenus obsecundat; longè pluribus tantum populi præfides, principes, ac principum ministri, gentium & populorum immediati rectores Deo sunt subiecti, quàm humano moderantur homines subjiciantur; imò nisi hos optimò vitæ exemplò à malis abstrahant, & ad virtutes Christianò dignas seriò inflamment, dignè regere non possunt; ut enim veridicus canit Poëta:

—————      —————      *Componitur orbis*  
*Regis ad exemplum, neq. sic inspicere sensus*  
*Humanos Edicta valent quam vita Regentum.*

Fuerit ergò Respublica, fuerit urbs aut communitas, quæ principum principis officialem, prætorem, consulem, senatorem nacta est luxuriosum, avarum, impium, sacrilegum, gulosum, bibosum, adulentum, iniquum &c. jam pariter credi potest, hæc vitia totam in plebem adhaerere, vel proximis temporibus illapsura; quis enim hæc vitia in seipso edictis corrigat, quæ ipsi perpetrant Summates, nisi seipsum una cum aliis suo ex judicio nefariæ impietatis condemnet; cum porrò ante omnia

benè alios recturo incumbat, religionis ac pietatis in Deum curam subditis injicere, patet sanè, hunc Dei cultum malè aliis suaderi, quem ipsi Summates neglectim curant, impiè ac sacrilegè aspernantur; quàm verò rarum ac difficile sit, grandibus Viris in tanta vivendi libertate vitam & mores suos pietatis legibus adstringere, experientia firmat quotidiana; unde enim hodie tanta in Sacris tepiditas? tanta in cultu divino segnitias? tam tetricus in templis languor? unde, quæso, tam enorme in iis, quæ Dei sunt, frigus & desidia! in audiendo verbo Dei torpor & ignavia? nisi quia hæc & alia modico affectu nostri ævi Primores prosequuntur? unde tot alii, sub disciplina licet & severitate constituti, suis pariter cum Capitibus exorbitant.

Alterum, quod legis locò Augustinus paulò antè Urbium & Reipublicæ primoribus præscripsit, erat Juris administratio, *dicere jus læjis, injustaque tollere facta, reddere cuique suum.* Hoc hoc maximæ molis opus est, & tamen cuivis Regenti summè necessarium est. Hoc ut regiminis stabilimentum est dum studiosè curatur, sic ruina est, cum temerè negligitur. At verò quotus hóc ævo justitiam justè sine personarum discrimine, sine aternalibus unguentis tuetur? nunquid passim querimonix resonant millenæ, negligi judicia, subditos novis oneribus premi, in longum & in latum causas produci, jura omnium antiquissima disputari, millenis prætextibus & innumeris artibus opes congeri, bonò publicò insuper habitò consuli privato &c. & quid his omnibus pessimi Proceres lucrantur? lucrum in bursa, damnum in conscientia; cruces sua ex natura dignitatibus cognatas novis crucibus ampliant, centuplicant; & has quidem cruces etiam illi participant, qui tales iniquitatum patronos plures in annos tolerant, primo inthronisationis die exauctorari dignos. His & illis Sapientiæ divinæ oraculum probè pensandum occino (10) *audite Reges* (seu regum ac principum Administrum, plebis infimæ rectores) *audite & intelligite, discite iudices finium terræ: data est à Domino potestas vobis & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè judicastis, nec legem justitiæ custodistis; horrendè ac cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui presunt, fiet; exiguò enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.* Talem contra discolos Superiores sententiam tulit Sapiencia divina. Opt. AA. si quo in loco pietas deficit & religio; si alibi culpa in cubi Sacrorum cura eviguit; si Verbi divini frequentatio emarcuit, si culpa in educatio juventutis penitus exspiravit; si publica disciplina evanuit, si ho-

F.  
Alterum  
est Justitiæ  
cultus.

(10) Sap. 6.

G.  
Mali publici tota culpa in discolos Superiores devolvitur.

U 3

& ho-

& horum in vicem pestilens quidvis impunè agendi libertas succrevit, gula & libido invaluit, lusus & compositio inolevit, juris & justitiae cultus disparuit &c. totam hujus mali causam unò versiculò detegit Poëta:

*Infelix lolium & steriles dominantur avenae.*

Hic rhodus, hic saltus. Hinc summa lex pendet & propheta. Lustratur accuratè prima tantæ pravitatis principia, ad oculum patebit, *lolium dominari*, sedere ad urnam populi reetricem homines sui ac Dei oblitos, propriæ salutis incurios & alienæ, uni cuticulæ bellariis expleta natos heluones, uni bursæ pro chartis & vitris reparanda interu-syphones, gulæ & abdomini ampliando factos Eglones, lusuibus inmersos tenebriones, quorum ingluviem nec Salomonea exfatiet bursam in omnem audaciam & proterviam abjectos thrasones, cetera virtutibus Christianò dignis penitus steriles, in sacris justitiæ legibus hebetæ & elumbes.

Utinam, ah utinam ad hoc seculum prope ferreum, vel ut rectè dicam, aureum, quia passim aurò regitur; *Auro nullâ fides, aurò nulla jura; aurum Lex sequitur, mox sine lege pudor*; Utinam, inquam, hoc ferreo-aureum & aureo-ferreum seculum ex umbris reverteret Petrus Aragoniæ Rex, atque unâ Carolus Audax, Dux Burgundiæ! in omnè spes foret minimè dubia, futurum, ut omnes discolori populorum Rectores, & pravi principum ministri, reipublica officiales, vel ad iram seridè reducerentur, vel è medio tollerentur. Dicam, quid utroque justè ac laudabiter sit factitatum, ac simul hodiernum Sermonem de honorum ac dignitatum crucibus & arumnis maximè perempta centuplicatis concludam, Tinniant ad utrumque aures impudens populorum Præfectis. Vidit Petrus Aragoniæ Rex subditos suos per avaros officiales, judices, pratores, ita enormiter premi, multas exsugere, eviscerari & irritari, ut junctis viribus jugum excuterentur tiossi. Has regni turbas ut sedaret, statuit inaudito quodam remediò ipsa in capita savire; eum in finem proceres sanguifugos tantæ seditionis incensores locorum præfectos in palatium accivit, deliberaturus cum illis quibus artibus campana conflare possit, cujus sonus toto Aragoniæ regno audiretur. Regis consilium sannis quidem regii consilarii excipiebant, tum conclave dimissum, ibi capite plecti & trunca illorum cadavera in perisphæriam ad formam campanæ constitui jussit. Restabat aliorum omnium Coryphæus, à Rege primus, quem accitum his verbis

H.

Petrus Aragon. Rex pravos & iniquos officiales suos bellè correxit.

Hist.

est Petrus: en Campana! quid tibi videtur? dic, quid in ea desideratur? attonitus hoc spectaculo, harere primitus & tergiversari, tandem iustus sententiam profari, præclara, inquit subtimidè hæc campana est, sed malleo caret. Ad quem ocius Rex: bono esto animo Satrapa sanguifuge, & rebellium rusticorum perfide incensor, tu tu Malleus eris, quo dicto mox abreptus & capite suo minutus, medius pependit, ut mallei vicem exleret in hac horrifona campana; inde occisorum liberos Rex accersit, ad quos conversus, en inquit, quod supplicium suis pro meritis vestris exhauserint parentes! horum exitum si horretis, multo antè illorum facta ejurate & malo sapite alieno. Hujus campanæ sonus non tantum Aragoniam sed totam Hispaniam, imò totum Orbem pervasit ut perhibet (11) Bonartius. Animadvertant subinde pari supplicio in hispido & iniquos populi rectores terrarum Principes, nullus esset imprecationi, nullus esset rebellionis locus, sed in pace mutua cum subditis viverent Summates.

(11) Bonartius in Eccl. c. 45.

Ad Carolum transeo; quod iudicium in perfidum simul & luxuriosum Prætorem Dux Burgundiæ Carolus Audax iudicaverit, ex Justo (12) Lipsio audiamus. Cum adhuc Belgio imperaret Carolus, erat ibi prima nobilitate conspicuus Satrapa Duci ob raræ indolis talenta in paucis gratiosus. Admotus tandem ad ipsam præfecturam, graviter abuti cepit gratiâ & dominiò, cuticulam simul & bursam per fas & nefas saginando, factus pauperum tyrannus, plebis rusticanae flagellum, omnium sanguifuga, in omnem proterviam & auri aucupium promptus Scriba. Vix alterum in annum datum est frui opima conditione, ex immani otio oculos suos cum Senibus illis apud Danielem in alterius formosam conjugem detorsit. Multa tentavit incassum, ut hanc castissimam matronam irretiret. Nil valuere preces, nil potuere minæ, hamata munera, acus crinales & chirothecas, capitis tiaras & auri pondera fortiter elisit, & ne quidem manu sua contrectavit boni nominis Susanna; restitit in faciem sollicitanti proco, facta etiam in prætorem forti Invektivâ: prætoris esse, hæc in suis scelera vindicare, non accendere, fidem se viro suo jurasse in tumultum usque servandam; si porro esse pergat importunus, stentorea se voce impactum crimen propagaturam &c. O aureas voces! ô bellissimam crisin, quam in Prætores suos Subditi vibrare cogantur cum de peccato agitur manifesto. Hactenus se præfens femina gessit cordatè, heroicè. Modò in hac voti firmitate constans perseverasset. Una una perseverantia virtutum omnium coronis est, quæ si desit, cadit omnis operum piorum appa-

(12) Lipsio in Monic. polit. c. 9. I. Impium Judicem & præfectum bellissimè castigavit Carolus Burgundiæ Dux.



Hist.

apparatus. Non visus est hanc linguæ acrimoniam acerbò animò Prætor accepisse, optimè gnarus, naturæ imbecillis feminas suis à propofitis facile dislekti, si modò per intervallum novis infidiis petantur, & pluribus blanditiis amicè mulceantur. Nil ille intentatum reliquit, nil inausum, ut prædâ tot votis expetitâ potiretur. Occurrit tandem perfido lenoni nobilis occasio Ducis Caroli absentia, milite in aciem ducendo totam per æstatem distentò. Ducis sui primas vices obmi agebat Prætor, omnibus omnia; mox ergò obvio sub prætextu dixit feminæ, toties frustra tentatæ fideli marito; fictò accusationis tulò reum egit maritum perfidæ proditiois, eumq; hæc ex causa in carcere mancipavit, eum in finem, ut hac ratione suam in arcem pro supplicem femellam alliceret. Successit astus ex votis. Audita in aceratione totas vires exercuit, ut maritum pristinæ redderet libertatem malè per malevolos delatum; hæc de causa curis plena in arcem contendit, rogat, instat, & ex genibus orat innocentis mariti absoluti nem, oblati quibuscunque expensis. Hæc anfa fuit vota effera implendi. Visus est primitus magno commiserationis affectu in conjugem ferri Prætor, palàm protestatus, se planè invitum suo exitio ad iudicia tam acerba compulsus esse, testes adesse omni exceptionem majores, curaturum se tamen, ut rimam inveniat maritus, qui possit elabi, modò & ipsa pro lectissimo viro causam ageret serio, & redemptionem candidè urgeret, laboraturum se strenuè pro viri libertate, si tamen & uxor ejus pares conatus prætori deferret. His libi his promissis, quibus etiam violenta solitudo accessit & clausura, tandem votis paruit coacta. Agere hic loci Susannam debuisset palàm testando, *melius mihi est (13) sine opere incidere in manus vestras, quam* (13) Dan. *peccare in conspectu Domini*; at verò quid non timor extorquet & mari credula spes. Sensit ocus latrantis conscientie morsum post fractam marito fidem, lacrimas inter & singultus abiit confusa, & in rebus vindictam animò coxit exulceratò, ridente adultero, & in vos astus seducendi Seductam intento. Revertit post aliquot soles femella, cui iterum pro more, byssina dedit verba rebus vacua; nil aliud animò volutabat, quam eadem mariti, ut ducere possit viduam, eo se ritu, quò David olim Vriam sustulit, ut cupitis amobus tutius indulgeret; promisit quidem aureos montes supplicii lantæ, & causæ maturationem præsentis condixit, interim factò procedat in carcere clanculò iussit capite plekti captivum, certus ita se nobiliem viduam in thalami sociam accepturum. At iusta Nemesis laneo pe-

pressit adulterum homicidam, quæ spuria Prætoris consilia evertit, facta  
 cæde & funere tumbâ concluso accessit viduam; credebat hæc, jam se-  
 riò agi libertatem, propero pede in arcam excurrit, quam vaserrimus  
 Prætor hoc vanissimo solamine dimisit; iret modò & virum suum ipsa  
 domum reduceret, salva esse omnia. Nuntiò tam gratò lata conjux  
 grates gratibus Prætori affusus accumulabat, mox inde ad carcerem di-  
 gressa, ut virum reduceret. Vix pedem intulit ergastulo, vidit nigro  
 pannò carcerem obductum, inde in medio sandapilam nigro velo te-  
 ctam & tragico lumine illustratam. Ut porrò ex carcerario intellexit,  
 hic acephalum mariti corpus jacere, ad occisi viri funus propè exani-  
 mata humi corruit; inde furere, bacchari &c. quæ singulis cogitanda  
 relinquo. Sibi reddita, mox in arcem recurrere ac Prætori sceleris im-  
 manitatem exprobrare; cum verò veluti mente mota à foribus repelle-  
 retur, totam rei tragicæ seriem toti urbi & amicis explicuit. Nemo  
 fuit, qui non diras execrationes in scelestum urbis caput clanculò eru-  
 ctaret. Suavum tandem fuit, ut reducis Caroli pedibus advolveretur,  
 & ab eo tam horridi sceleris sententiam vidua efflagitaret. Horruit ad  
 enorme scelus Carolus ipso absente patratum, de quo nil unquam som-  
 niasset; examinavit seriò causam, obtulit gratiam, si sine fuce ultrò esset  
 veritatem dicturus; sic totius Tragædiæ seriem & expugnati pudoris sce-  
 lus ultrò Ducis pedibus affusus detexit, unà tamen se obtulit ad nuptias  
 cum vidua celebrandas, si clementissimo Duci consilium probaretur.  
 Placuit consilium Duci, si tamen etiam vidua consentiret; hoc enim me-  
 diò terminò tota hæc controversia componeretur. Noluit quidem af-  
 sensum dare vidua, precibus tamen adstantium persuasa, ut tantillum  
 Duci deferret, annuit tandem, & eo mox die coram Duce ac testibus  
 palatinis contracta sunt sponsalia de futuro. Jam extra omnem teli ja-  
 ctum se stare credidit Prætor, lætus, hilaris, multè pecuniariâ insuper  
 habitâ, se votorum metam lusò etiam Carolò attigisse; ocius tamen pa-  
 tuit, quo fine, qua mente hæc sponsalia Carolus urgeret. Nunc judi-  
 cium, in barbarum & adulterum Prætozem justissimè judicatum suspicite.  
 Sponsalibus utrimque stipulata manu coram principe & aulæ proceri-  
 bus contractis, primam in Prætozem sententiam tulit Carolus: nunc er-  
 go post rata utrinque sponsalia à te, Prætor, exigo, ut in aliquam irro-  
 gatæ injuriæ recognitionem, Sponsam tuam omnium tuarum opum &  
 fortunarum coram testibus his hæredem scribas, casu quo ante ipsam  
 fati concederes. Paruit promptissimè Prætor, & tabulis publicis per ju-  
 ratum Notarium inseruit hæc ultimam voluntatem suam, tot testium  
 propria manu subscriptam, quâ omnes fortunas suas viduæ nunc Sponsæ  
 trans-

transcripsit. Litteras hac super re expeditas ipse Dux in manus doli  
 Sponsæ, ex ea simul quaritans, an hoc modò ipsi esset totaliter satisfi-  
 ctum. Annuente Sponsæ reposuit Dux: ergò jam domum te recipi, &  
 nuptias adorna; ut primùm tamen huc vocaberis, reditum matris  
 verso inde vultu ad Prætorem, & verò, inquit, num & tibi factum  
 tis? Omnino, inquit Prætor, Serenissime Dux, sententiâ lætus tu  
 clementi & ardentibus votis accommoda; hanc tamen sententiâ  
 recens fulmen excepit; vultu ocius caperato, his porro vocibus Præ-  
 rem perculit: at verò mihi satisfactum non est latro truculente, & al-  
 ter homicida; hæccine tu me absente? an ideò ad te Prætoram devoti  
 ut subditos exlugeres, ut pauperulos opprimeres, ut feminas viris,  
 tribus liberos privares, ut violenta pravitate alienam pudicitiam con-  
 gnares, & innocuos cives meos Veneris causâ neci dares dictu horri-  
 abusus cum sis Prætorâ tuâ cum tanto meorum ac nominis mei dispe-  
 dio, nunc etiam tu in corio ludum sicut tu lusisti in alieno, totum  
 Orbi ostendam, iudicum iudicem esse Carolum, qui meritis poenâ  
 pravos Officiales animadvertat. Dixit hæc, & mox in eundem carcerem  
 abripi iussit reum, ubi occisus fuit innocens Sponsæ maritus; his  
 mora, talionis poenâ capite plexus est Prætor; inde ad aulam revocata  
 Sponsa, his verbis præsentem affatus est Dux: exigebat omnino  
 ris patrati gravitas, ut Sponsus tuus ad aliquot dies publico carcere  
 ceteretur; nunc ergò ex gratia speciali toto ipsum carcere absolvo;  
 modò & tuum Prætorem nova nupta domum deducas. Ita carcerem  
 ingressa vidit iterum nigro panno parietes vestitos, in medio ferè  
 pariter nigrum suo lumine instructum. Ut intellexit, etiam Prætor  
 truculenta nece poenas perfidiæ dedisse, paucos intra dies præmerore  
 erubescencia contabuit, expiravit bis vidua, sponsa comica, omnia  
 fabula. Opes Prætoris juxta testamentum liberis obigerunt à matris  
 relictis. Hem! quantas cruces crucibus accumulæ, si per dignitates,  
 quam *Dominicas Cruces* cives, subditi, pauperes & rusticelli tam enormi  
 premantur. Nunquam cruces numerosius augentur, quam si portu-  
 te sua in subditos ex alto data, principum ministri suum in commo-  
 & in aliorum perenne damnum sacrilegè abutantur. Si faciant vivi po-  
 nitentiam, & mammonam restituant vivi, Crux Dominica vere com-  
 tos ac ritè in terris expiatos sublimabit ad gloriam, sin minus? eos de-  
 met in gehennam, ubi centuplicatis crucibus multiplex scelus diluatur  
 & nullò unquam ævò expietur, quod omnium à capitibus tu  
 clemens Numen avertat!

Amen.

CONCIO XX.

Festum Ascensionis D. N. J. C.

Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos. Ephes. 4.

Descensus Ascensus,

&

Ascensus Descensus.



Ulla passio est, quae mortales animos acrius titillet, quam gloria ac honorifici nominis Ambitio. Humi repimus omnes, & sursum tendimus omnes. Omnes in altum scandere allaboramus. Ab utero materno primas aucupamur. Necdum ovīs exclusi cum Jacobo & Esau (1) de primatu contendimus, de primogenitura, de principatu luctamur. Eo ventum est hoc aevō, prout sua in Navicula Argentoratensis Ecclesiastes Kaisersbergius (2) deplorat, ut etiam vix ritē prognatis mitrati honores obrudantur; ita pluries in cunis vagientibus pullis tritum illud occinitur: *Vix episcopati? vix mitrari?* Vixit nobilis iste Veritatis Praeco in Navicula priorī seculo annis circiter 40. ante Argentoratensium à vera fide execrabilem apostasiam. Senecā teste (3) natura omnibus animalibus certum quendam spiritum infudit, quibusdam efferum & ferocem, ut tigribus & leonibus: aliis subdolum ut vulpibus & catis: aliis obsequiosum ut canibus: aliis pavidum ut leporibus ac cervis: aliis edacem & voracem ut lupis & ursis: aliis luridum & lutulentum ut porcis: aliis salacem & procacem ut foetentibus hircis &c. nobis verò qui homines sumus, indidit gloriosum & excelsum spiritum, quo instigante, ad ea quae alta, quae magna & honorifica sunt, spiremus omnes. Omnes adeo illud Caroli V. Symbolum sibi vendicant, clamantque, *plus ultra, plus ultra.* Civem qui egit hactenus, nunc ambit Senatū; Senator consulatum prensat; consultissimus in foro fieri ardet Consiliarius principum; curis & curiæ admotus ad usque secreti consilii adyta grassatur; Gregarius miles per mille pericula vitæ impigrè superata, fieri studet

(1) Gen. 25.  
(2) Kaisersberg in Navicula feule.  
(3) Senec. ad Lucil. A. Omnes Spiritu agimur sublimi, plus ultra cluante.

signifer, tribunus, centurio, chiliarcha. Qui nobilibus ceris conspicua aula caput inferuit, novis ocuis titulis inhiat Equitis aurati, Baro- nis, Comitis &c. plus ultra in gloriam quocunque modo, per pe- pum, per mammonam, per aliorum funera grassabundus throfo. In nemo forte sua contentus vivit hodie, quin potius omnium hoc fru- dium est, ut affurgant, ut emineant, ut in alta luctentur, ovans ac latantes, in titulos crescere posse novos, digitò signati, & a- cies, hic est &c. Hic mundi currentis stylus est, & tota politia, in am in crumenam ubertim ludere, ac seu fas fuerit seu nefas, alie- dere velle.

(4) Salust. in Catil.

Salustio Authore (4) gloriam & honorem etiam rudes a- petunt & ignavi; his autem cum bonæ artes sursum avolandi delicias dolis ut plurimum & fallaciis sursum contendunt. Id hic loci dole- dum, tantæ Ambitionis luem in ipsum quoque Sanctuarium grassa-

(5) Prosper l. 3. de vit. Contempl. c. 4.

Ejulat magnus ille Augustini Discipulus Prosper (5) quacunque via a- sacras Dignitates contendit, quibus splendor concilietur. Ingemit Cy- prianus (6) quòd *Simon Simon* adhuc hodie venalem putans Spiritum

(6) Cypr. Serm. de Jejun. & reat. sub finem.

Sanctum, Petros donis suis aggrediatur, & emere ardeat præeminet- tem gloriam, per quam plura lucretur, quæ tamen *negotia* vocat *diabo- lica*, & ipsos negotiatores, qui hæc commercia vel exercent, vel ex- erceri patiuntur, *diabolicos negotiatores*, satanizantes propolas Reip. te- cra simul & profanæ summè perniciosos; sic enim sæpè accidit, ut rudes pseudopolitici, pepones illiterati, pulte non pulpito digni, scientias a-

B. Etiam illi, qui om- nem glo- riam nisi sunt con- culcare.

virtutibus vacui palpones, in Sanctuarium irrepant. Viderint quibus modis suam hodie Simoniam coram Deo defendant, qui juxta illud, *ut des*, annuam votatoribus pensionem condicunt, ut mitram illam a- faciant juris. Alia olim judicia hos in *Simones* justus ille & omnium Judex renum ac cordium scrutator Deus fulminabit. Juxta Salvianum

(7) Salvian. l. 3. de Gu- bern.

(7) etiam illi, quorum gloria in gloria contemtu sita est, ipso & flata ipso ex habitu, qui demissionem spirat & mortificationem, ambitio- nis ramusculos captant, & nescio quam nominis sui magnificentiam venantur, suæ, non divinæ gloriae Pharisei aucupes. Tangit hos e-

(8) S. Bern. homil. 3. super Mis- sus est.

crius more suo Bernardus his (8) verbis: *Video & doleo, post pretam p- culi pompam nonnullos in humilitatis schola plus superbiam addiscere, sub- ti ac humili magisterio Christi gravius insolescere, plus impatientes in do- stro fieri quàm essent in seculo, quodque magis perversum est, in domo Dei non patiuntur se haberi contemti, qui in sua non nisi contemptibiles haberi poterant, ut, quia sc. ubi à pluribus præeminentiæ appetuntur, ipsi locum ha- bere non meruerunt, saltem ibi honorabiles esse videantur, ubi ab omnibus bonis*

honores conculcantur. O quam multa paucis complectitur sancta Veritatis præco Bernardus: usque adeo nullus est, quem non ambitio infestat. *Cupidi sumus omnes ascensionis, exaltationem concupiscimus omnes.* Verba iterum sunt Bernardi, quibus omnes involvit. Sed utinam omnes ritè intelligerent, quibus modis alti vertices attingantur! Errant & toto cœlo aberrant, qui per Simoniam, per virtutis turpissimos abusus, per alterius moralem sepulturam ad quamcunque præminentiam eluctantur. His fidentes dixerim: *Hec via quam vadis, via pessima, plenaque cladis.* Alia quærenda est, quæ sine ullius damno aut præcipitio fursum ducat gloriæ candidatos. Hem novam eamque certam hac festa Luce digitò signat Paulus: *Qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cœlos.* Solus nempe descensus ascensum, & solus ascensus descensum promovet; quod licet nonnullis esse credatur paradoxum, faciam tamen, ut firmam fidem impertiant docenti.

Descensus juvat ascensum. Sit hominis animus ritè ac seriò demissus, hœ ipsò mediò ad omne honoris fastigium aptissimus reddetur. Ut ascendas descendes. Magnus esse vis à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, verba sunt Africani Præfulis. Adhuc tamen clarius nostram ad mentem Bernardus (9) perorat: *Descende, ut ascendas; humiliare ut exalteris; hæc enim ad sublimitatem illam via est & non alia; aliter qui vadit, cadit.* Hem, quæ viâ fursum ad gloriam eluctari valeat ambitio. Veri nominis via humilitas est, aliam si vadis, cadis, quia omnis alia præter hanc spuria est, & ducit ad ruinam, ut infra dicitur. Hanc voce sua & facto palàm omnibus hodie Servator inculcavit, de quo pridem Paulus edixit: *Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos,* quasi diceret: ideò Christus Rex Gloriæ cœlos conscendit gloriosus, quia multò ante infra omnem terram descendit, nunquam ad tantos gloriæ apices ascensurus nisi Majestatem suam ad tantam profunditatem sui que contemptum demississet. Christi Humilitas omnem superbiam triumphavit. Christi Demissio summos gloriæ triumphos promeruit. Christi Descensus via fuit regia ad Ascensum. Ideò summus evasit, quia fuit infimus. *Humiliavit semetipsum Dominus JESVS,* Paulus testes propter quod & Deus exaltavit (10) illum. Vultis autem ejus descensus simul & ascensus ex descensu factos agnoscere, numerabit eos à primo ad ultimum Gregorius M. (11) *De cælo venit in uterum Virginis* (prò quæ profunditas!) *De utero venit in præsepe* (prò casum altero mille gradibus altiolem!) *at necdum finis. De præsepio venit in crucem.* An castus

C.

Modum  
novum a-  
scendendi  
parit De-  
scensus.  
(9) Idem  
Serm. 2. de  
Ascens.

D.

Probat  
exemplò  
Christi.  
(10) Phi-  
lip. 2.  
(11) S. Gre-  
gor. M.  
hom. 29.  
in Evang.  
dari

dari possit altior memoratō; reperit Christi Humilitas adhuc maiorem. De Cruce venit in sepulchrum, & ad infimas partes terræ, ad ima inferorum receptacula. Ohe! jam fatis est! surge tandem, & tantæ profunditati proportionatam gloriam capeffe. De sepulchro, de limbo rediit in cœlum. Sic multiplex descensus præsentem Ascensum peperit. At verò si placet, vita tota quam in terris vixit gloriosissimus Servator, laudatur, & patebit, quoties ille etiam in terris ad imum humilitatis gradum descendit, ocibus ipso è descensu gloriosè promotum esse ascensum ejus. Natus est in tenebris, Servator, cum nox in suo cursu esset, altissimum silentium tenerent omnia; sed ocibus nova luce trabente Sol, fugata nocte, se toti mundo spectabilem infudit. Severo, & Tulliano si credimus, centuplicati soles Romano Senatori ipsa nascens Dei Celebritate totum visum sunt horizontem coronare, qui noctem diem vertentes toti terrarum orbi ortæ Felicitatis Natalem mutis vocibus proclamaret. Nactus est Hospes divinus humum rigidam, factam lentam, scœnum, stipulam, sed mox in seipsam regressâ tanto Hospiti dignos protrusit liquores.

*Desudant oleum quercus, opobalsama rupes  
Et pretiosa novo flumina rore fluunt.*

Reclinatus est in præsepio, quia non habuit locum in diversorio; sed in templum fit ex antro, cœlum fit ex stabulo, ex caula fit aula, ex hinc prodit ara ignoti Dei. Accinunt illic Regi gloriæ cœlestes chorales, assistunt Summo Sacerdoti suo ex Judea per administratorios ipsius acciti pastores, de quibus Ambros. (12) dixit: *Pastores sunt sacerdotes* Adorant Regem Regum & Dominum, non fervorem sed dominorum mortali carne vestitum, humanâ simul & angelicâ Naturâ recens tantumculum obstupescente, quò Virgo generat Filium omnium Creatorum quò Genetrix nutrit Puellum omnium nutritorem.

- (12) S. Ambros. in Luc.
- (13) S. Bern. Serm. 3. de Circumcis.
- (14) Phil. 2.
- (15) S. Pet. Dam. Serm. 29.
- Post octo Soles Idem veluti latronis cauterio infigitur, prout dicitur in (13) Bern. & proprio sanguine innocens Agnus purpuratur, & circumcisus legi ultro subjectus, nullò piaculo contemnens, nullis legibus adstrictus Legislator, ubi multò pressius humiliatus est, quàm cum ante octiduum *Caro factus est*: tunc enim ut Paulus inquit (14) *exinanivit semetipsum, habitu inventus ut homo*, tunc vero etiam formam induit peccaminosi hominis. Tunc in exornatione *ita Sole*, ut Petrus inquit Dam. (15) *solaris umbra decem gradibus minor sit, paulò minoratus ab Angelis, & servi formam accipiens Deus*, tunc

tem gradibus dici debet retrorsum abiisse undens, quia etiam peccatoris imaginem assumpsit, in similitudinem carnis peccati. Sic depressum mox iterum videas sublimatum. Haussit ex hac sui demissione:

Nomen nobile, dulce, delicatum,  
 Nomen thurilegos olens Sabæos,  
 Quò nil gratius est, amœniumq;  
 Quò nil fortius est, potentiusq;  
 Quod si forte pio colatur ore,  
 Mox Pœni reprimat jubas leonũ,  
 Mox seve tigridis domet furores,  
 Sistat flumina fluminumq; cursus,  
 Pennatos volucres regat per auram,  
 Et sacra populante corda flammis,  
 In sacros animam resolvat ignes.  
 Nomen nobile, dulce, delicatum,  
 Quod cum siderea canunt in aula,  
 Cœlorum vigiles moventur ignes,  
 Surgunt ætheris incola beati,  
 surgunt sacciduo genuq; nixi,  
 Nomen nobile, dulce consalutant.  
 Ter fastigia montium supino,  
 Nutant vertice Pindus, Æmus, Otbrĩs,  
 Ter læta resonant ad astra valles,  
 Cedunt nubila conciduntq; venti,  
 Cedunt æquora, ridet alma tellus;  
 Clametur stygias Nomen per umbras,  
 It toto tremor insolens averno;  
 Quassata horribili fragore ab imis  
 Tristis concutitur domus cavernis.  
 Nomen nobile, dulce, delicatum!

His Phæleuciis Divinum Nomen primi seculi celebrat & prædicat (16) (16) Imagi  
 Imago Soc. Nomen omnium linguis declamandum, Nomen omnium  
 calamis exarandum, Nomen omnium cordibus obsignandum. Ita ra  
 ra humilitas, & depressio sui per Augustissimum Nomen JESU ad sum  
 mos gloriæ apices sublimata est in Circumcisione.

Vix natò, vix Augustissimo Nomine donato Infante, furiis agitur  
 purpuratus latro, coronatus furcifer Herodes, irâ succensus, invidia stimu  
 latus,



latus, novi regis titulò efferatus, ad internecionem quaerit Deum Vire-  
rem. Non domus ulla tuta est, non recessus, non angulus; matrum vices  
ferrò rimatur; sed quem è medio tollere statuit Herodiana tyrannis, eam  
divinis honoribus prosequi visa est regia virtus. Ecce Magi ab Oriente  
stellâ cœli linguâ in Judæam acciti, omnium Regum ac Subditorum no-  
mine JESUM Regem Regum demissimè adorant, & munificè veneran-  
tur. Fugit inde persequentem tyrannum Deus pedicularium caput ce-  
li terraque Monarcha formidat; interim tamen divinissimo transi-  
filvas peragranti exanimes plantæ, immanes trunci, alta ac ramosa  
bores pronos vertices inclinant, suum Authorem veneratura; Ægypti  
simulacra ultrò humi ruunt, & casu repentino veri Dei præsentia  
reverentur.

Sed antè templum subiit Jerosolimitanum Deipara, quam  
Sponso ac divinissimo infante suo se tam vasto itineri committeret,  
ut quadraginta diebus à puerperio exactis macula expurgaretur, quam  
nullam Virgo Mater contraxit, sed ut se ac Unigenitum suum Domum  
sisteret, qui lytrum Redemptionis daturus esset pro toto mundo

(17) Rom. *am viventem, sanctam, Deo placentem*, ut Paulus (17) meminit, cuius Syn-  
bolum esse debebat innocens columba. Poterat animus Virginis

(18) S. Bern. *dicere (verba recito S. Bern.) quid mihi opus est purificatione? (18) De*  
de Purif. *templum (sine ulla lustratione) non ingrediar, quæ peperit Dominum tem-*  
B. V. *pli? nil in partu meo purgandum est. Proles ista fons puritatis est, & purga-*  
*onem venit facere delictorum* &c. His tamen insuper habitis omnibus

minibus superior infra omnes se demississime abjecit, & cui natura nullam  
potuit legem dicere, se legi subjecit, quasi veteris noxæ labem commu-  
xisset, ea puritate illustris, quæ major sub Deo nequit intelligi, Antistitum

(19) S. An- (19) teste, lustranda templum petiit, tantam sc. demissionem à Filio  
selm. lib. Mater edocta; sic enim porrò loquitur Bern. l. c. *Tibi atq. opus non est*  
de Conc. *ulla purgatione, ô Virgo, sed nunquid filio tuo opus fuit circumcisio?* &c.  
Virg. *ergo inter mulieres tanquam una illarum licet, nec primam similem esse*

*nec habere secundam; nam & filius tuus in numero stare voluit peccato-*  
rum &c. Cùm sc. ab omni lege immunis, carnis tamen suæ lætitudinem  
subiret, se in speciem ac formam peccaminosi hominis erroris capere  
professus, cum tamen esset ipsa via, veritas, virtus, puritas, &c.

(20) Ans- *O humile spectaculum*, exclamat (20) Ansbertus, quò non nisi pili ac lana  
bert. Serm. *les letari probantur! stat hinc Virgo & Mater, non cuiuscumq. sed Dei filii*  
de Purif. *pitur inde infantulus Virginis filius, cuius Divinitatem non capit Orbis. Ma-*  
*ter se hostiam Deo immolat pro filio, Filius se Patri offert victimam pro matre*

do. Non potuit tanta humilitatis portentum sine novis miraculis exhiberi: Anna vidua prophetizat; Senex Simeon à Spiritu in templum trahitur, funditq; multò antè oracula, quam sacris stringat amplexibus Puellam, non visurum se mortem, donec videret Christum Domini; veri nominis Cygnus ætate ac innocentia candidus, cantator funeris ipse sui, corde magis quàm ulnis gestans totius universi Salvatorem, Lumen ad revelationem gentium, quod è Cælo doctus Senex detexit, & palam predicavit &c.

Tricenarius, ut Matthæus (21) perhibet, non dedignatus est cum ceteris ad baptismum venire, non jam mundari, sed mundare volens aquas, ut nobis æternæ salutis Lavacrum suo baptismò consecraret. Non potuit capere tam enormem humilitatis actum Joannes, quem tanquam baptismi ministrum elegit; hinc admirandus simul & venerandus dixit, quod Mater ejus multò antè Matri Numinis edixit: unde hoc mihi, ut veniat tanta Majestas ad me? mihi potius opus est à te baptizari; descendit adeo in Jordanem, at confestim ascendens de aqua vidit cælos apertos. Descensus novum peperit ascensum; insolita humilitas novam gloriam produxit, miracula miraculis accumulavit. Apertum est cælum, descendit Spiritus Dei in forma columbæ, vox patris ex alto allapsa est, *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, quam omnes affusi spectatores distinctè audirent. Sic pluribus illicò prodigiis prodigiosa humilitatis descensum coronari voluit Deus.

Post baptismum duci se passus est à Spiritu in desertum tanquam ad lucta stadium cum Satana ineundæ. Prima tentatio erat guliæ ut ex lapidibus panes educeret. Altera erat vanæ gloriæ, ut se templi pinna præcipitaret. Tertia erat avaritiæ & idololatriæ, ut Stygem adoraret cum promissione regni totius mundi. Sustinuit ternas tentationes nostrâ causa humillimè, ut suo nos exemplò ac responsò doceret, primam Inopiæ tentationem superandam esse spe firma in Deum Dei que providentiam directâ. Alteram Superbiæ coercendam esse per reverentialem Dei timorem. Tertiam avaritiæ pellendam esse generosissimo insultantis mundi contemptu. Ita mox Angeli accesserunt Creatori ac Domino suo famulaturi. Sumit hinc efficaces stimulos Damianus (22) quibus omnes Christicolæ ad tetram stygem fortiter debellandam inflammet: *Victor demonum socius est, utur Angelorum: exul mundi fit heres paradisi; sui abnegator Christi est sectator, cui tanquam amico & domestico Dei, victoriam & coronam administratorii Spiritus aggratulentur &c.*

(21) Matt. 2.

(22) S. Damian. opu. cal. 11. c. 16.

Y

Ducit

Ducit secum in montem Taborum discipulos, Petrum, Jacobum, & Joannem, ut oraret, & orandi ritum palam suis ostenderet. Præter sunt oranti Moyses & Elias cum eo loquentes de excessu, quem committitur erat in Jerusalem. In Græco *excessus* ille *ecstasis* dicitur, ut interpretatur Colloquitur objectum fuisse Christi ecstasiam amorem, qui cum in probrosissimam passionem & abjectissimam crucem accenderet. Quod tristius, quid despectius trahi poterat in colloquium, quam mortis patibulo crucis obeunda tragicum thema? at ecce, mox humana minor gloria totum montem obsepsit! illo adhuc loquente nubes lucens Christum, pariter Moysen, Eliam & Apostolos suo cinxit amplexu. Christi facies Solis instar rutilabat: vestes ejus nivis instar candidabant. Vox è cælis lapsa est encomiastica.

Tandem plagis obsitus, spinis redimitus, flagris dicerptus, & probris saturatus, insons Deus agnoscitur & sicario Barrabæ posthabetur: absolvitur plurium homicidiorum reus latro, vitæ Author ad probrosissimam necem raptatur, ferali patibulo suo trabalibus clavibus fixus; at tota natura tetrum facinus indignata, extinxit diem, diruit petras, eruit sepulchra, & tristis ecclipsis peplò totam, qua patet, mundum obnupsit, ut tot prodigiis territus Areopagita has in voces exiret: *Aut Deus patitur aut natura!* Mox tamen omnis contumelia in honorem, funes & vincula in auream libertatem, terribimus carcer in paradysum, alapa in oscula, sputa in uniones, verbera in amplexus, flagella in blandimenta, spina in rosas, arundo in sceptrum, cuneus spineus in regium diadema, opprobria in triumphum, vulnera in perennem gloriam, mors in vitam gloriosissima metamorphosi abiit. In casu oritur, ex tumulo renascitur, ex interitu fortior resurgit, ex casu scensu, in tubis & tympanis, in jubilatione ac festivis applausibus sum ad perennem gloriam ascendit Victor inclytus. Sic sic oportet Christum pati & ita intrare in gloriam suam. *Qui descendit, et est qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem.* En viam! en sursum est tendendi divinissimam ideam! huc gloriæ Candidati oculos reflectere, ascendere si vultis, hunc in morem descendere prius oportet, & altius vultis ascendere, tantò profundius vestrum in nihilum delatate, alia via sursum ad gloriam abeundi non datur, nisi à Christo & factò monstrata. Audiatur Aug. (23) *Celsitudo delectat? ad eam gradus est humilitas. Quid tendis pedem ultra te? cadere vis, non aliter nisi infimo à gradu incipe, & ascendisti. Hunc gradum non viderant*

(23) S. August. Serm. 47. de diversis.

Domine dic ut sedent hi duo unus ad dexteram & alter ad sinistram tuam &c. Dominus autem eis hunc gradum ostendit dicens: potestis bibere calicem? queritis apicem sublimitatis, potestis bibere calicem humilitatis? O quam parum hos gradus, & hanc sursum per descensum scandendi viam fastu turgens mundus intelligit? Nemo miretur improvidos ascensus tot precipitiis objacere; heri rex, hodie fex; heri aulicus, hodie mendicus; heri prator, hodie procurator; heri Curia grande decus, hodie dedecus; heri dominus, hodie servus; heri orbis & urbis gloria, hodie omnium peripsema. Hic lusus ubique luditur, si divina illa per descensum ascendendi via vel contemnitur, vel negligitur. Do utriusque hujus vivax Exemplum, ut pateat, per ascensum nonnisi descensum verso temone incurri, per descensum vero sancti nominis ascensum comparari.

Prout Guil. Peraldus Lugdunensis Episcopus (24) commemorat, (14) Guil. Eremita quidam ad mortem usq; infirmabatur; mox ergo ad proximum monasterium juvenem misit, qui suo nomine Patrem adduceret, ut poenitentem absolveret, & omnibus Sacris ad mortem rite obeundam communiret. Vix hac in coenobio juvenis retulit, ocius adfuit, qui sacro Viatico instructus presso pede juvenem sequeretur. Cum forte per densum nemus ambo transirent, & pravius verna pro more nolam pulsaret, suo è specu latro excurrit, visurus, quid praeda viam tereret; cum verò videret, animam agi Eremitæ, jam S. Viatico instruendam, secutus est latro Patrem usque ad cellam moribundi. Ipso introgresso, foris mansit latro, indignum se reputans, Viri tam sancti cellam ingredi. Cum tandem aeger facta exhomologesi etiam sacro esset Epulò refectus, sacro etiam oleo inunctus, jamque reditum Pater moliretur; stans latro propè januam ex vera contriti pectoris humilitate has in voces erupit: O si ego talis essem, qualis es tu! Audiit hæc Eremita, & mox animò suo enormiter inflatus, hæc reposuit: Ita sanè, jure merito exoptes, talis ut esse possis, qualis ego sum! sed quantum chaos me inter & te! tu sceleratus homicida es, & ego vita integer, scelerisq; purus asceta sum &c. His utrimque depositis, latro Patrem jam digressum cum magna cordis sui contritione insequitur, eique statuit intra sacros coenobii parietes confiteri, sed præventus est à Deo, in via humi fusus & extinctus. Obiit pariter eadem horâ relictus eremicola; at quorsum migravit uterque? jam ex descensu & sui contemptu felicem ascensum aspiciate, ex ascensu sui que elatione tristem descensum ejurate. Note insequenti, mox Patri, qui sacris instruxit ægrum, sua in cella re-

E.  
Mundus non capit hunc modum.

F.  
Probarur notabili exemplò, per ascensum descendi, per descensum ascendi.

Hist.



velatur, animam latronis ob sui humilitatem, confitendi ardens percipit, ac veri nominis contritionem de commissis grandibus flagrantem conceptam, recta per Angelos caelis illatam esse, animam vero heremita ob mentis elationem & superbiam caelo exclusam & in Orcum per daemones abreptam esse cum Lucifero superbia signifero aeternis ignibus cremandam.

Hem, qui ascendit, descendit, & qui coram Deo descendit, sursum ad gloriam sine Sacris ascendit. Alter nempe qui vadit, cadit, ut supra dictum est ex Aug. Reliquit Deus in terris & duro lapidi montis Olivetani, unde hac luce recta Coelos conscendit, pedum suorum vestigia impressit, eum maxime in finem, ut horum intuitu, ac praevius exemplo succensi ex imo in nos ipsos descensu & profunda nobis humiliatione, sursum ad Superos eluctaremur, id perpetim cavendo ne unquam noxius ille ascensus, & tumens fastus animos irruat, & justam supremi Numinis provocet vindictam, ut stygiam elationis rogis fulminet aeternaturis. Verbô: qui descendet, ipse erit, qui ascendet ad gloriam, ad coronam, ad vitam bonis omnibus affluentem quam mihi vobisque in caelo largiatur humilis JESUS!

Amen.



CONCIO XXI.

Festum Pentecostes.

Repleti sunt omnes Spiritu Sancto. Act. 2.

Primitiæ Hierosolymitanæ.

**S**Tat dies hodiernus Opt. AA. novis ac recentibus calceis. Cur? quia plures hodie Primitiæ Jerosolimis celebrantur, quarum causâ vastum iter expediendum, ut inde multiplex fructus reportetur. Apostolos in suprema Cœna factos esse Sacerdotes quoad sacrificandi potestatem, de fide certum est, ita docente Concilio (1) Tridentino, actu tamen ritu Christiano prius non sacrificasse quàm hodie promissus à Christo Spiritus Sanctus deflueret, iterum esse videtur certum, etsi de fide non sit. Quid ergo tantò temporis intervallò Apostoli actitârunt, si per 50. dies non usi sunt sacrificandi potestate? erant Apostoli multo tempore etiam post Resurrectionem dispersi & supra modum mœsti, velut oves non habentes pastorem. Si verum est, quod aliqui Patres affirmant, per illud tempus Apostolos fidem perdidisse, fatendum est, in tali statu Apostolos fuisse, quò nec de Sacrificio cogitarent, nec ad id litandum dispositi essent. Videntur tamen Apostoli totum illud tempus, quod inter Christi Resurrectionem & Pentecosten dilapsum est, partim in comprobanda Resurrectionis veritate, partim in aptandis ad excipiendum Spiritum Sanctum pectoribus suis insumpsisse, & Christi monito, quod eo tendebat, ut conclusi & sedentes per aliquod tempus in civitate, se ad demissionem pluvix voluntariæ segregatæ hæreditati Christi disponerent, nec prius per Evangelicæ doctrinæ disseminationem animarum conversionem aggredierentur, quàm instructi essent plenitudine Sapientia, ac cœlestis eruditionis ad ritè disponendam totius religionis œconomiam. Ita sanè Christus ipse de venturo Spiritu Sancto disertè procellus est, *docebit vos omnem veritatem*; utique circa religionem, fidei mysteria, & ritè obeundi religiosi cultus modos ac media, quos inter maxime eminet Sacrificium incruentum; prius aded non ausi sunt Apostoli celebrare, quàm Spiritum Sanctum ex alto accepissent. Fuit hu-

(1) Concil. Trid. Sess. 22. c. 1.  
A.  
Hodie in Jerusalem plures primitiæ celebrantur per Apostolos.  
Probatur ex Script. & PP.



(2) S. Cyril-  
lus l. 12. in  
Joan. c. 50.

ius animi ac sententiæ in terminis olim S. P. Cyrillus (2) vestigi-  
iste rationem, cur Christus Dominus post resurrectionem Magdalenam  
ipsum contingere gestientem à se repulerit, dicens: *Noli me tangere;*  
*nondum enim ascendi ad Patrem meum*, eamque ex eo petit, quod nemini  
ad contingendum Christi Corpus in Eucharistia accedendum sit, nisi  
prius acceperit Spiritum Sanctum, quem Christus non demisit nisi post  
ascensionem, præsentem se. die à Resurrectione illius quinquagesimæ.  
Verba S. Patris hæc sunt: *Quia nondum Spiritum miserat, ideo à tactu in*  
*Magdalenam prohibebat, nondum ascendi ad Patrem meum*, id est, non-  
dum Pater per me Spiritum Sanctum ad vos misit, hinc Ecclesia regu-  
lam accepit; prohibentur enim à S. Mensa catechumeni, etsi veritates  
jam agnoverint, & fidem alta voce confiteantur, quia nondum Spiritu  
Sancto ditati sunt, qui non habitat nisi in iis, qui baptismo sunt  
instructi; unde cum baptismum acceperint, quia Spiritus S. in illis ha-  
bitare creditur, à tactu & à communione SS. Corporis Christi non  
prohibentur; quæ causa fuit, cur ad hæc S. Mystra piè accedentibus  
Ara ministri altis vocibus clamarent, *Santa Sanctis*, ut innuerent, ho-  
lis Spiritu S. sanctificatis tactum & participationem Corporis Christi  
competere. Hæc Cyrillus. Patet adèò Apostolos per 50. dies, delapsam  
Spiritûs Sancti, post Ascensionem in Pentecoste secuturum, congruè  
spectasse. Patet ulterius, primum Sacrificium incruentum, quod in  
Ecclesia puro ab homine celebratum est, hodie ipsa in Pentecoste per  
Apostolos peractum esse, accepto Spiritu S. & flammis celestibus  
eorum in corda delapsis, unde recens succensum, ad publicum pro-  
vatumque solatium, Deoque acceptissimum cultum in terris man-  
randum, se totis viribus accingerent, juxta tritum illud: *Nihil*  
*tarda volumina Spiritus S. Gratia*. Præsens assertum haut obscure in-  
finituant bini Pontifices Urbanus IV. & Clemens V. approbante Concilio  
Viennensi, Decretò illò, quod extat Clementina unica de Relig. & Pe-  
nerat. SS. signabant illi certum diem solenni memoriæ Sacramenti Eu-  
charistia feriam quintam proximè subsequentem festum Pentecostes  
sua Octava conclusum. Id, quod S. Thomas, Author Officii de SS.  
Corpore Christi, Urbani IV. Summ. Pontif. jussu (3) docuit non ali-  
ex causa factum esse, quam ut, qui per totum anni circulum hoc Sa-  
cramento utimur ad salutem, ejus Institutionem illo tempore spen-  
liter recolamus, quò Spiritus Sanctus corda discipulorum edocuit ad  
plenè cognoscenda Sacramenti hujus mysteria; eodem enim tempore  
cepit hoc Sacramentum à fidelibus frequentari. Hæc S. Thomas, qui

(3) S. Tho-  
mas opusc.  
57. lect. 5.

in Officio de SS. Corpore Christi ab Ecclesia usurpantur, ut proinde non tantum ut verba S. Thomæ (quanquam hoc uno nomine magni essent momenti) sed ut ipsius Ecclesiæ sensum continentia allegari possint; atqui his verbis distinctè asseritur, Sacramentum Eucharistiæ in Pentecoste frequentari ceptum esse, quod sine confectione Sacramenti fieri non potuit. Cum porò incredibile sit, si Apostoli prius ritu Christiano sacrificassent, neminem fidelium tanti Sacramenti virtutem ac fructum participasse, iterum redditur perspicuum, sicut fideles tunc primum Eucharistiæ Sacramentum frequentaverunt, ita pariter Apostolos tunc primum hoc incruentum Sacrificium celebrasse. Juxta Richeomum (4) idem quoque ex ipsis Apostolorum Actis, primò maxime & secundo Capite eruitur. In primo Actorum capite necdum describitur Pentecoste sed primùm in secundo; interim in primo capite de fidelibus sic tantum loquitur (5) S. Lucas: *Erant perseverantes unanimiter in oratione & obsecratione.* Contra verò in secundo capite ubi propriè Pentecoste depingitur, & Spiritus Sancti Adventus fufus enarratur, dicuntur etiam Apostoli accepto Spiritu sancto ad Christi baptismum & pœnitentiam plebem animasse, inde mox subditur: *Erant autem perseverantes in Apostolorum doctrina & communicatione fractionis panis & orationibus.* Ubi per *communione* non profanum aliquod convivium vel ciborum nudè materialium sumptio exprimitur, sed propriè SS. Eucharistiæ usus insinuat; nempe in primo capite S. Lucæ ante Pentecosten, necdum ab Apostolis fiebat Sacrificium; post Pentecosten ociùs addidit Lucas, fideles Fractionem panis frequentasse, quia tunc Apostoli sacrificandi potestatem à Christo collatam primitus exprompserunt, & divinissimæ Eucharistiæ communionem fidelibus dispensarunt, quod sine Sacrificii usu non poterat præstari. Idem Salmeron, Cornelius & Sanctius post S. Antoninum (6) qui etiam ait hunc sensum esse communem, mordicus tuentur in Acta. Est ergo sententia de Sacrificio Christiano ab Apostolis in Pentecoste primitus peracto, satis undique & Scripturæ & Patrum, Doctorumque testimoniis suffulta, ex qua tantò fortius in pretio & in amoribus habeanus sanctum Missæ Sacrificium, quantò sanctius extitit principium Sacerrimo huic actui per Apostolos decretum.

Hujus Sacrificii perennem cultum tenentur vel maxime illi promoveri & augere, qui Ecclesiis & aris deserviunt; huc templa dirigantur & beneficia sacra; huc anniversaria per annum, pro defunctis celebranda desti-

(4) Lucæ  
Richeom.  
in Embl.  
Euch. c. 8.  
n. 10. & 11.  
(5) Act. 1.  
& 2.

(6) S. Antonin.  
i. p.  
hist. Sum.  
tit. 6. c. 24.  
§. 1.  
B.

Hinc sacrificii præstantia eruitur.

desti-



destinantur, & religiosæ domus; ut ad eò non tantùm fidei causâ, sed gratiâ vel charitatis titulò ut ceteri, sed etiam fidelitatis & gratitudinis nomine propagare debeant Eucharisticum cultum Ecclesiastici. Imò mirari satis haud possum, fuisse, qui barbaram crisin in pios fideles eucharisticam Benedictionem avidè captantes, palàm detonaret. Oledit hòc ipsò, se vel grandem esse idiotam, vel decumanum nequam toga conclusum ecclesiasticâ. Nil utilius præstant laici, nil Deo gratius agunt seculares, quàm si Sacris operanti Mystæ quocunq; tandem die reverenter assistant. Ab hoc Dei summi obsequio, totius diei corporis & animæ negotia dependent. Felix ille qui sacrificium etiam quotidianum ita æstimat, ut nullo negotio idem sibi surripi patiantur. Scirent homines, in sacrificio de rei summa tractari, de negotio seculorum, de mundi ac mundanorum salute, de propria cujuscunq; sorte ac felicitate, rerum omnium & temporalium & spiritualium, ipsaque negotiorum cursum hic loci facillimè impetrari vel juvari, crederem eos tantum bonum pluris æstimaturos, neque ullo die templi aris præsentiam suam negaturos; at mundo & terræ immergi non capiunt ea quæ sunt Spiritûs. Rident, temnunt publicæ ac privatæ vitis evidens argumentum; unde nemini mirum videatur, pariter à Deo deseri, qui Deo ad aram præsentem tam raro famulantur. Id quod de illis Sacris operari negligente dixit Bonav. (7) suò etiam modo de Sacrum audire omittente sumi potest & intelligi: *Qui Sacrum omittit, vitium in ipso est, privat Trinitatem laude ac gloriâ, Angelos lætitiâ, peccatores venia, justos subsidiò & gratiâ, in purgatorio existentes refrigeriò, Ecclesiam spirituali beneficio, seipsum medicinâ & contra quotidiana peccata, tetraque mortem forti remedio.*

C.  
Fructus Sacri-  
ficii seu au-  
diti multi-  
plex.

(7) S. Bonav. l. de  
Mill. c. 5.

(8) Æneas  
Sylv. in  
Cosmogr.  
Europ.  
c. 21.

D.  
Sacri ne-  
glectores  
malis pa-  
tere mil-  
lenis.  
Hist.

Memorable est, quod Cosmographiæ suæ Æneas Sylvius postea Pius hujus nominis Secundus Pont. Max. inseruit. Cùm Bohemiam describeret (8) Nobilem inter alia produxit, cujus animo sæpius hæc misera cogitatio se intrusit, ut se ipsum laqueò perimeret. Id cum agerrimè ferret, & modis omnibus his cuperet tentamentis liberari, obitum quemdam Virum accessit, & ab eo tam gravi malo forte petiit medicamen. Dedit hic consilium sanè optimum & summè proficuum, monuit, ut proprium Sacerdotem conducere, qui solitaria in arce, nenti singulis diebus rem faceret divinam. Paruit suadenti, & per integrum ferè annum Sacrificii cultum continuavit eo cum fructu, ut postquam fateretur, se totius anni curriculo nulla unquam suspendii cogitatione pulsatum fuisse. Cum alter jam annus volveretur, occurrit

vicino in pago annua templi Dedicatio, ad quam cum transeundi licentiam à nobili arcis Satrapa Sacerdos expressisset, statuit quidem arcis Dominus Sacris in vicinia operaturum mystam ocius insequi, & Sacrificio illius incruento more hactenus recepto in rurali templo assistere; at variis negotiis ab itinere maturando distentus, moras tandiu protraxit, ut Sacrum negligeret; abiit nihilominus & seriùs Ecclesiam petiit, in qua Sacrum suum jam ad coronidem, arcis Sacerdos deduxit; in via dumofam silvam transgressus, rusticum sibi apprimè notum medio in nemore obvium habuit, qui rem divinam jam in templo peractam esse referret, & omnem populum jam actu suos in lares remeasse nuntiaret. Horruit ad hoc nuntium Nobilis, hoc ipso die se infelicem fore reputans, quòd Sacrum non audiisset. Erexit in spem novam Nobilem rusticola, eique si vellet, emptionis jure Sacri sui obtulit auditionem. Sed magnò stetit præsens oblatio; numeratà pro Sacro in Nobilem transfuso pecunià, totum quidem Sacri præmium sibi Nobilis vendicabat, rusticolà largo cum congiario domum digressò; at necdum silvam emensus est, patuit ocius, quanti boni jacturam fecerit sacrilego mercatu; perrexit tamen in pagum & ipsam quoq; Ecclesiam subintravit, in qua etiam preces fudit, ut modò, quòd possit, defectum refarciret. Peractis precibus ad arcem revertit, & ecce sub exitum silvæ proxima ex quereu suspensum reperit agricolam, qui suum Nobili Sacrum divendidit, factus mortis victima, quia Sacrum mortis antidotum Judæ turpis affecla distrahit. Ab illo tempore Nobilis omni exemptus est tentamento, nullis ultra suspendii cogitatibus vel domi vel foris, vel noctu vel interdiu afflictus. Patet hinc, quantis se periculis objiciat, qui piam Sacri auditionem profligat; quantas porrò sibi gratias coelitus conquirat, qui eam votis ardentibus prensat. Nos damnò rustici sapimus, & eò locò Sacrum Missæ officium reponimus, quòd id præsens Nobilis reposuit.

O ut sacer iste Palatini genius & Sacri audiendi cura omnes ævi nostri Nobiles, imò cives ac plebejos corripiat! esset sanè, quòd multiplex gratia & fortuna præsens ad ævum revertat. Multorum sanè hoc in genere tepor & ignavia eò excrevit, ut vix illis diebus, quibus ex Ecclesiæ præcepto tenentur, Sacris intersint, aut si præstò sint, tantis sæpè probris & facetiis templa oppleant, ut satius foret, si lecto suo hæssissent domesticæ endymiones. S. Ludovicus Gall. Rex hujus nominis Nonus aris submovit, & templis exclusit quosvis strepanseres, & avitæ pietatis discipulos interpellatores, Sacri religione succensus, quâ tantum in mysterium ferebatur. Vidisset ille tantam seculi hujus petulantiam, risum,

E.

Timeant  
graves pœnas,  
qui  
Aras &  
Sacra turpiter  
conspurcant.

Z

con-

(9) Maffejus in hist. Ind.

F. Zelus Principum pro Sacri reverentia, quem omnes mundi rectores aemulentur.

confabulationem, credo sanè, infami supplicio tetrum scelus muldific. Suspiciamus hac in parte religiosissimum in fide novelli Principis Iudium, cui nomen Emanuel. Is Joannis I. Regis Congi patruus amodius, prout refert Maffejus (9) susceptò Lusitanorum operà Baptista Christiana fide imbutus, gnarus adeò, quanti esset incruentum Maffejus Sacrificium, tanta semper accuracione eidem interfuit, ut nec à Christiano veterano expeti posset major. Cùm verò audisset aliquandò aulæ suæ ephabos ad templi fores strepitum ciere, & tam Sacerdotibus sacrificanti quàm Sacro astantibus obstrepere, eos ociùs trucidari precepit, indignum facinus ratus, Sacrificium nostrum quoquo modo irreverenter haberi, factumque esset ut mandavit, nisi Lusitani ephabos ætatem miserati, ingestâ divinæ Clementiæ memoriâ, zelum illum aulæ misericordiæ pharmacò temperassent, & mortis sententiam in se convertissent. Benignius in hos Sacri temeratores inchoatior est Philippus II. Hisp. Rex, qui cùm ardentissimo in hæc arborificia zelò exardesceret, nec minimam loci sacri irreverentiam se passus est impuniam. Observabat fortè potiori tempore Sacri eminentius confabulantes aulæ suæ proceres, & mox Dei gloriam zelatè sententiam coxit finitò Sacro in hoc Dei contemptores fulminantè. Vix ad aulam ab Ecclesia revertit, ad se singulos accivit, eosque tota aulæ sua proscripsit, omnibus aulæ curis & opimis conditionibus exdecoratos, cum dicto: se nullos in aula sua tolerare, qui Deum in ara presentem nec curæ nec cordi haberent, quem tamen presentem ipse summa qua posset devotione coleret, adoraret. O patres familias domini, quicunq; benè vultis prolibus vestris, subditis vestris, & agris vestris! Sacrificium ardete incruentum, summa cum reverentia, si fieri potest, quotidie Sacris assistite, & obnixissimè semper curæ ne vel per vos, vel per vestræ curæ subjectos ullæ culpabiles negligentia committantur, ullæ irreverentiæ Sacris irrogentur; hæ enim negligentia hæ irreverentiæ licet, à terricolis dissimulentur, graviter tamen etiam fulmine cœlitus defluo justo à Numine proscinduntur; unde amplissimum grande supplicium vestris fortunis accrescat. Agitur de maximo omnium Christianorum bono, quoties hoc Sacrificium, cujus Præsentias Festum dedit hodiernum, ritu incruento ad Summi Dei gloriam & cruentæ Passionis perennem memoriam in aris immolatur.

Scio: Nullis artibus citius & proclivius nostras in zedes malorum ilias derivatur, quàm si cum rustico illo, levidenti pretio hæc Sacra memus, aut ea cum tot aliis lurconibus, pravis moribus nostris & scandalo

lorum fordibus inficiamus. Nil olim tam frequenter deslere visus est Aug. quàm hunc vel Sacri contemptum vel Sacri vilipendium & depravationem. Notentur verba singula Sancti Patris undique emphatica: *Ausus sum etiam in celebritate (10) solennitatum tuarum* (vult dicere: ipsis (10) S. Aug. solennioribus festis Nativitatis Dominicæ, Paschatis, Pentecostes &c.) *intra Ecclesia tue parietes concupiscere, & agere negotium procurandi mihi fructus mortis; unde me verberasti grandibus pœnis, sed nihil ad culpam meam!* *gustin. l. 3. Conf. c. 3.*

Nunquid alia, ut constat, plura scelera commisit Augustinus, ob quæ credere poterat, se à Deo acriter punitum; Omnino, sed huic soli per eminentiam supplicia & pœnas adscripsit; legit quippe in Scripturis, Deum homines sceleratissimos tamdiu tolerasse, quousque in locis sacris Deum suum non offendissent, aut contra Sacrificii Majestatem nil pravitatis attentassent. Probè notentur in hac sententia, quam prompsit Augustinus, voces illæ: *Procuras tibi fructus mortis*: dicere voluit S. Pater: tu velut trochlea, ex imo malorum bārathro trahis, attrahis pestes & funera, cædes & vulnera, prout sanè ipse summo cum dolore meo conspexi, lapsus, morbos, plagas, & mille pericula mortis, quæ paucis diebus vitæ exuent læsæ Majestatis Divinæ reum homuncionem. Ita sanè Paulus (11) *si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* (11) 1. Cor.

Hanc dispersionem nostris omnium à cervicibus ut amoliamur, unà omnes hodie S. Spiritus Gratiam imploramus, eos de hoc tremendo Missæ Sacrificio sensus nostris præcordiis ingenerare dignetur, quibus pares cum Apostolis hodie primitiantibus affectus, erga hoc supremum fidei nostræ Mysterium concipiamus, & in tumultum usque constanti zelo nos inter & alios curæ nostræ subjectos enutriamus, donec gratiis ex ara ditati, hujus SS. Mysterii numerofo usu & fructu in articulo instructi, à gratia in gloriam, Dei Summi cultoribus preparatam, faustissimo è terris transitu sublimemur.

Amen.



Z 2

CON-

## CONCIO XXII.

## Feria Secunda Pentecostes.

*Sic Deus dilexit mundum. Joan. 3.*

## Spiritus Charitativus.

A.  
Titulum  
illum gen-  
ris humani  
Delicia, re-  
ctius mere-  
tur Chri-  
stus, quam  
Tit. Ve-  
spal.

(1) Pl. 27.

B.  
Christus  
etiam ho-  
stes suos &  
gravissi-  
mos amat  
peccatores.



Itus Vespasianus, Rom. Imp. quò Deus usus est ad even-  
das Jerosolimas, ut nec lapis supra lapidem maneret, pro-  
ut fusè dictum est in Festo S. Steph. Tub. Analog. ob ex-  
mias animi dotes, & mitatem verè regiam dictus est  
olim, Suetonio teste *Amor & delicia generis humani* Op.

AA. Sed huic titulo gravissimè reclamabant Judæi, per Titum gra-  
dibus tormentis suis pro meritis excarnificati. Hodie totum hoc elogium  
longè rectius in Christum Deum ac Dominum nostrum revolvitur,  
cui longè sanctius cum regio Psalte (1) acclamatur: *Diligam te Domine*  
*fortitudo mea!* tu amor meus, tu delicia mea, qui etiam odientes te po-  
enni amore prosequeris; amor verè admirandus, in ipsos peccatores

millies reos largissimè diffusus. Nos juxta indolem naturæ id unum  
amamus, quod bonum est, quod pulchrum & formosum est, quod  
eruditum, nobile, ac pretiosum est, quod dulce ac jucundum est, &  
verò quid in deformi ac sædissimo peccatore formosum Deus reperit  
quid in tantis ignorantia tenebris & in umbra mortis sedente reperit  
ditum? quid in vilissimo diaboli mancipio deprehendit pretiosum? quid  
nobile in inferni titione? quid in animi, cæstrò iracundiæ perciti aman-  
tudine jucundum? Peccatò contaminati, & quæ tales, justò Dei ju-  
di-  
ciò damnati, cæci, miseri, abjecti eramus omnes, & tamen etiam  
tunc sic *Deus dilexit mundum, ut filium suum daret unigenitum.* Non ce-  
pit tantos amores ratio humana; mortalem intelligentiam grande mys-  
terium excedit; nempe quidquid in Deo est, immensum est, &  
gò etiam immensam esse decet charitatem; huic immensæ chari-  
tati immensa respondet misericordia, & sui communicatio im-  
mensa, quæ in Dei Verbo formam humanam induto nobis ob-  
(2) Eph. 2. undè manifestata est. Hinc Paulus (2) palàm enuntiat, *propter tantam*  
*charitatem, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convertit*

ficavit nos. Turpes adeo amavit, ut pulchros redderet; insipientes amavit, ut redderet sapientes; viles amavit, ut Sanguinis sui pretio efficeret pretiosos; Orci mancipia amavit ut mancipatos in libertatem reponeret; inopes amavit, ut divitiis & coelestibus thesauris locupletaret; miseros & miserabiles amavit, ut ad aeternam felicitatem perduceret. Nemo, cum hanc charitatem cogitat, amorem cogitet humanum, qui velut umbra est & grande nihil si divino comparetur. Homo id passim amat, quod bonum, quod pulchrum, quod pretiosum est, & hoc ideo amat, quia his dotibus instructum est. Sic hominis amor ipso in objecto, si bonum, si lucrosum & pretiosum est &c. fundatur, apud Deum vero ipsa ratio amandi non in objecto fundatur amato sed in amante Deo; ideo enim, ut S. Dion. memorat (3) Deus amat, ut bona sua etiam malis commu-

(3) S. Dion.  
l. de Div.  
Nom.

nicet, & amorem suum in ipsos hostes transfundat, atque ita ex inimicis amicos, ex adversariis filios faciat & haeredes. Ita Deus non tantum diligit filium undique morigerum, sed prodigum quodque, qui omnia sua cum lupabus & prostibulis dilapidat. Hoc unò ex argumentò qui non discit amare, & amando Divinam Bonitatem emulari exardescit, id sanè nunquam addiscet; sed & inde discunt mitiora sperare sceleratissimi peccatores. Sint homicidæ, sint parricidæ, sint sacrilegi, sint Sodomitæ, sint propriò sanguinis chirographò mille diabolis obstricti, major tamen est Bonitas divina, major tamen est Charitas & Misericordia divina, quia infinita; sicut ergò scintillam Oceanus extinguit, sic omnia criminum portenta divinæ Bonitatis & Charitatis delet thesaurus, nulla unquam vel magnitudine vel multitudine pravitatis exhaustiendus. Ut quid ergò de venia hodie ullus peccator desperet! ut quid ullus mortalium ita excors sit, ut tantæ Charitatis thesaurò per poenitentiam non utatur? planè qui hæc asserta solidè credit, is nunquam ad eam se pusillanimitatem per Orcinos alastrores redigi patietur, ut cum maledicto Cain exclamet: Major est pravitas mea, quam ut veniam mereri possim; quisquis è contra desperationis mergitur abyssò, ideo mergitur, quia hæc asserta credere detrectavit.

Huic spei, huic fiducia novum hodie augmentum addit Spiritus Sancti prodigiola Missio, quæ tot secum dona è cælo trahit. Magnum quid foret, si in Augustissimam Dei Matrem, si in Apostolos, si in simplices Idiotas & piscatores, à Deo Patre & Christo missus esset Spiritus Sanctus; nunc verò tantò mirabilius est, cum videmus eum missum esse & mitti adhuc quotidie in eos qui participes erant crucifixionis & mortis Christi, aut qui barbaras inter gentes stygia idola lunato poplite adorabant,

C.  
Huic prodigiolo Amori hodie etiam Missio Spiritus Sancti faciat.

orabant, aliósque maximos peccatores, si modò ad eum recipienda, per ipsius gratiam se debite disponant. Dominus vinea olim, ob filium suum (4) vinea ejectum, necatumque malos agricolas perdidit & extirpavit; quid ergò Deus Pater agere poterat, cum filium ejus Jerolimis ejicerent, ejectumque infami ex arbore suspenderent, suspensum etiam vitâ exturbarent. Nunquid sicut Elias quondam, ignem è caelo evocare debuisset, qui Christicidas hebraeos unico momentò absumeret? nil horum justus Judex è caelo tentavit; misit quidem è caelo ignem sed linguis igneis immixtum, sub igne misit Spiritum, qualis olim Robur illustravit, neque tamen concremavit, qui corda non corpora inflammaret. Sic pro odio amorem reposuit, hoc ipso divinum; sic etiam cum inimici essemus, mundum dilexit, ut filium suum unigenitum daret; sic vindictæ locò (5) *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* Deum bonum! si sic mundum diligit inimicum, quid gratiæ conferet amicis? Socratem olim à eo veteres suspexerunt, quòd discipulis suis hoc præceptum & hanc legem præscriberet, ut illis qui ipsos læderent, certam quoque mercedem exsolverent. Miremur potius Christum dona dantem & quidem omnibus illis, à quibus sputis foedatus, flagris concisus, spinis compunctus, clavis dilaceratus, & lanceis erat confossus. Quid hoc aliud est, quàm evidentissimum infinitæ Bonitatis argumentum? Filii hominum gravia passi, de malo lædentibus reddendo perpetuum cogitant, Filius Dei innumeris contumeliis, plagis & injuriis affectus, ad astra reversus unde venit, dona mortalibus largitur, quæ illa nemo nisi Deus dare potuisset. Nempe, ut arbores quaedam dant balsamum vulneranti; de quibus Poëta:

*Sudat odoriferos inciso cortice fontes.*

Sic bonus Deus ita bonus est, ut bona reddat omnibus, à quibus accipit mala, unde per omnia Christi Vulnera toti beneficiorum torrentes erumpebant. Ita sanè de Christo in terminis Aug. (6) *mori voluit ut sanguine suo sanguinis effusores, redimeret.* Ita benignum, ita mitem humanum Dominum quis non redamet? hoc tamen in negotio illius maxime summa dignum est admiratione, quòd festò Pentecostes Spiritum Sanctum, tertiam SS. Triados personam, postquam Dei Filius secunda in Deitate Persona tam barbarè fuit ab hominibus acceptus, nihilominus ad homines descendere voluerit. *Effundam Spiritum meum super omnem carnem,* ipse clamat per (7) Joëlem Prophetam.

(5) Jac. 1.

21.

D.

Si tantopere inimicos amat, quantum amabit amicos!

(6) S. Aug.

in Pl. 58.

(7) Joël. 2.

tum adeo pretiosum etiam in vasa iræ, in sordidos & abominandos peccatores, in blasphema, & sava bile tumida mittit præcordia, qui perfidos ad poenitentiam, gratiam & gloriam reducat. Hæc hæc Dei Bonitas omnem sensum exuperat; hæc summi Dei mitissima Charitas omnem hominum intelligentiam transcendit. Hæc indoles, hic Spiritus divinissimi genius est, omnibus terrigenis adorandus hodie & imitandus.

At quàm modicam bonitatem noster mortalis genius à divino participat! quàm enormibus parasangis noster spiritus à divino discriminatur! nos vix verbulo præter omnem mentem aut factò lædimur, mox in fermento jacemus, sudamus, æstuamus, & mille coquimus vindictas. Hodie nihil tritius est, quàm ut leviuscula offensio omnem ocium gratiam evertat, omnes dissipet fortunas, sæpè ipsam quoque vitam in fatum præcipitet. Aliqui, nulla etiam re laceßiti, cum Cælio mortalium iracundissimo Senatore fidißimum in clientem efferos furores despumant, quia hero suo in omnibus ad nutum & ad literam sine ulla dissensione obsecundant; hæc una ex causâ iratus, prout meminit Petrarca (8) sequentem crisin in morigerum clientem evomuit: *Dic aliquid contrâ, ut simus duo.* Deum bonum! quò animò injuriæ concoquantur, si fida etiam obsequia bilem accendant! Alii aliorum hilaritate offenduntur; alii causas quærunt ex industria, & injurias fingunt nunquam somnias; alii modicè tacti aut suggillati, ad contumelias, ad cultros & pugiones, ad lethales plagas provolant accensi, quòd sanè magnum fuerit insanix argumentum, prout fusiùs Hanotl (8) probat. Sunt tandem alii omnium pestilentissimi, qui sciunt omnem iram affabrè reprimere, omnem verborum impetum pertinaci silentio refranare; interim intus in animo bullit sanguis & exæstuat ignis vindictæ. Exarsit hæc ira ipse David (9) prout ipse de se fatetur: *Turbatus sum & non sum locutus;* Hanc iram tantò dixeris animosior, quantò tectior fuerit; brevis est illa, hæc verò ut plurimum in fatale odium excrescit; illa præcepit subinde veniam meretur, quia sæpè ipsam prævenit rationem, hæc verò sicut excocta est ira & præmeditata, ita pariter radicata redditur & inveterata, quam nulla dies extinguat. Talem iram sine causâ contra nos pura ex invidia conceptam hunc in diem fovet Acheron, ut palam (10) testatur Joannes: *Væ terræ & mari, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam!* Cur magna dicitur? quia longa & proluxa est; eam enim jam à condito Orbe contra humanum genus circumgestat. *Magna est, quia quidquid ma-*

E.  
Redame-  
tur tam bo-  
nus Deus.

F.  
Amor hu-  
manus à  
Divino e-  
normiter  
distat.

(8) Franci  
Petr. dial.  
107.

(8) Hanotl  
in mund.  
stultit.

(9) Ps. 4.

(10) Apoc.  
12.

lorum



lorum nobis potest inferre, totum id conatur inferre. Magna est, si grandia damna & horridos effectus inde prognatos observes. Hoc spiritu qui aguntur, eos rectius diabolicos spiritus, vel demones dixeris incarnatos, quàm veri nominis homines.

Exhibeo per transennam talem spiritum, undique diabolicum, mortali corpore conclusum, ut qui odio locum indulgent, novos inde animos concipiant, iram & odium ante Solis occubitum profligandi, si oculis spectetur, quantas hæc stygia passio tragædias ludat in orbem. Recenset factum horroris plenum nobilis Jurisconsultus Phil. Camerarius

(11) Phil. Camer. hor. succi. siv. Cent. 1. c. 84. (11) aitque fuisse in nobili oppido Italiae duas avito sanguine, ac fortuna insignes familias quæ sicut præaltos animò suò spiritus gerebant, ita hæc inter prognata emulatio innumeras suspiciones, lites, odia, imò tandem capitales etiam inimicitias suscitavit. Major ira non datur, quin illa sit, quæ ipsum etiam tumulum transcendat; Sensus est: illa omnium

G. maxima est, quæ per primores fatò extinctos, ipsos etiam ad posterum in annos pessima hæreditate transmittitur. Tali odio cum utraq; hæc familia multis annis & annorum lustris æstuant, factum est, ut utraq; utrinq; huic implacabili odio casæ victimæ humi funderentur. Nemo eorum sine armis in patentem auram prodibat; nemo ex illis lætus atq; hilaris domum revertit, nisi alterum in duello triumphasset, mactasset, vel

plaga lethali faucium vulnerasset. Hæc qualis ignis est, qui talem iram succendit, ut sæpè ipso etiam sanguine non valeat extinguere. Non tantis erat his furiis, singulos trucidasse, nisi totam stirpem funditus per radicarent. Audiat porro quàm tragica scena per hanc fumantem iram sit accensa. Certum in diem suas in ædes vicinis è villis subditos suos vario sub prætextu evocabant hostes: hos armis suis probè instructos & trivialibus sicariis commixtos, varios in angulos locabant, fingens datò ad grande aliquod facinus patrandum erupturos. Favit homo sceleri obscura nox, quæ vix primum circulum absolvit, collecta tunc mo in silentio armorum cohorte, Præfecti arcem in potestatem suam modico labore recipiebant: inde arcis caput armata vi ad inimicos ædes ductabant, ubi strictò ferrò præsentem ei necem minabantur, nisi

ocius autoritate prætoris sibi ædes reserari præciperet, dicereque rem seriam occurrisse, tota cum familia eventilandam. Siccà pectore admota terrefactus Prætor vota hostium explevit ocius licet abundantè gnarus esset, quò tanta tenderet tempestas. Nullas timebant inimicis ædium inquilini, quia Prætoris vocem agnoverant; mox ergò cum facibus obviam progressi, præsentem oppidi Prætorem honorificè exceperunt.

(11) Phil. Camer. hor. succi. siv. Cent. 1. c. 84.

Nos iram in annos fovemus, donec in horridas clades erumpat. Probatum exemplò verè horrendo.

Hist.

perunt. O quam sæpè ignari sumus instantis fati! quàm verè mortem arte optica remotam in funebri tumba Ferdinando erecta Oenipontum expresit hoc lemmate: *Procul esse videtur*, interim Ducis tergori hærebat venatrix, laneo pede prævium secuta & infecuta. Hic centies fallimur, quia ut plurimum ignoramus, quid serus vehat vesper! hic omnium exitio patefacta janua, ociùs quasi signò datò suis è latebris ficarii profultabant, & velut captò castellò in incolas undique incautos & incurios enormiter sæviebant. Prator foris detentus est, donec finem suum tragœdia fortiretur; alii omnes in ædes, quà data porta, ruebant, furiarum instar totam per domum cursitantes, & nulli ætati parcentes, casum punctimque truncabant singulos; cum nullus ultrà hominum superesset, in stabulo etiam equi eruentos fureros exsaturabant casi confectique. Scenà hunc in modum peractà, Pratorem novo metu perculsum ad oppidi portas sera nocte referendas compulerunt, quod etiam vitæ tuendæ causâ ociùs præstitit. Sic fugà dilapsi, varia in latibula se ferocissimi latrones abdididerunt. Aliqui mare fulcârunt transfugæ; alii amicos inter securitatem captabant; sed cum eos à tergo premeret fulminis ocior alis vindicta, vulgatâ tam horridæ cædis famâ, ubivis locorum studiosissimè inquisiti, tandem reperti, suis è lucis protracti, in vincula & carceres conjecti, tormentis excarnificati, ac membratim omnes concisi sunt, membris supra oppidi portas omnium hominum oculis palàm expositis.

Hem ut in summam barbariem ira latens descendit! sat hinc causæ prognascitur ad iræ, maximè inveteratæ solidam execrationem, quæ nisi sua in herba efficaciter suffocetur, crescet enormiter, & ad deterrita quævis flagitia instigabit. Ephesum cum venisset Paulus, quosdam Joannis discipulos baptismò ejus baptizatos reperit, quos ociùs hoc quæsitò (12) compellavit: *Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? Quid ad hoc quæsitum discipuli? Sed neq. si Spiritus Sanctus est, audivimus.* Opt. 19. AA. quæratur hodie singulis è Christianis, an Spiritum S. receperint? H. pari responso quamplurimi quæsitum expedient, dicentque, se de Spiritu S. nihil rescire. Dabunt hoc maximè responsum illi, quos intus agit & circumagit spiritus vindictæ, spiritus inimicitæ, spiritus verè Stygius, diabolicus, quo præsentè locus utique non est Spiritui Sancto, amoris & charitatis Spiritui. Pellatur itaque Stygius ille & immittatur Divinus. *Non benè conveniunt, nec in una sede morantur spiritus diabolicus & spiritus igneus, è celo coelestis, à Deo divinus, plenus charitate, misericordia, venia, & benignitate.* Ut nova forma in subjectum materiale

A a teriale

(12) AA.  
Opt. 19.  
H.  
Amor probat, an Spir. S. no-stra in præcordia sit delapsus.

teriale juxta philosophos introducatur, expelli naturâ prius debet ab  
 qua forma. Ut gratia coelesti pectus imbuatur, inde, quidquid pec-  
 minosum, seriò profligetur. Non occidat sol super iracundiam no-  
 stram, & Deus pariter justè in nos conceptum iram proferbet. Veni  
 detur hostibus nostris, & pari venia nostram flagitiorum molem de-  
 mens Deus dignabitur. Æmulemur charismata nobis à Deo, imò  
 tota SSS. Trinitate largo copia cornu exhibita. Sic Deus Pater dilexit  
 mundum hispidum, rebellem, undiq; peccaminosum, ut Filium suum  
 unigenitum daret hostiam pro peccato. Sic Deus dilexit mundum im-  
 pium, ingratum, ut etiam ipse Dei Filius suis pro hostibus in crucem  
 actus, casus, interfectus, adhuc Spiritum Sanctum se coelitus missum  
 adpromitteret. Cui bono? ut ipsi crucifixo- res ejus cum Spiritu  
 omnia pariter bona pro tot malis è coelo reciperent. Sic Deus dilexit  
 mundum tot flagitiis infectum, ut etiam ipse Spiritus S. è coelo desce-  
 ret, & animos non horreret sordidos, in ipsum Spiritum Sanctum blas-  
 phemos, ira & odio in proximum succensos. Gratiâ suâ hanc in horum  
 maximos replet peccatores, ut eos ad pœnitentiam reducat; excitat  
 illis uberum lacrimarum fluentia, ut omnem peccati maculam, omnia  
 iram & animi aversionem emaculet, atque hujus in vicem sublimem  
 charitatem, ipsos etiam in hostes exporrectam. Sic ergò nobis à SSS. Tri-  
 nitate præmonstratos Deum simul & proximum diligamus, ut nulla  
 quam separatione unius ab altero, cor nostrum à Deo aut à proximo  
 vidi patiamur, certè, sic Spiritum Sanctum nostris quoque præcor-  
 diis receptum, hîc gratiâ, ibi gloriâ suâ humanissimam  
 in omnes charitatem coronaturum.

Amen.



CON

CONCIO XXIII.

FESTVM S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Quis, putas puer iste erit? Luc. 1.

Mirabilis & Miserabilis ternio.



Lios inter Orbis hujus Vagiones passim hodie terrarum plagas oberrant homines luridi, seminudi, nigro carbone notati, quos vulgò *Cingaros* nuncupamus Opt. AA. Unde hæc hominum colluvies ortum trahat, usque adedò compertum non est. Juxta illorum asserta Ægyptum incolunt, & quia majores ipsorum olim laribus suis exulantem JESU lum suis cum parentibus excluderant, nunc justò Dei judiciò, vicibus mutatis familiæ singulæ per septennium solum vertere coguntur & exulare, quæ tamen passim hodie fabulis adscribuntur. Hæc pœnâ potius plecti merebantur Bethlemitæ, qui multò antè suis à penatibus Deum necdum orbi natum proscriperant, unde caulam subit Deò grvida Virgo Mater, prout ipsò Nativ. Dominicæ Festò disputatum. Ajunt alii patriam Ægyptum novis tormentorum plagis cœlitus feriendam, si domi hæreant; prædicant Deiparam, & liberos suos ritu catholico baptizari curant, ubi pro patrinis ut plurimum Proceres rogant & Dynastas, Consules & urbium pagorumque præfectos, quorum gratiâ tutum ubique transitum sortiantur. Sub hoc nequitæ pallio aliis omnibus commiserationis affectum instillare cogitant, unde votis suis securius damnentur. Interim quidquid ruri spirat, hac lue grassante, passim periclitatur. Quidquid horum oculos eminus incurrit, mox piceis manibus aucupantur. Sit, qui lurconibus hisce patenti ex bursa eleemosynam largiatur, in actu oculi tota ex bursa omnis pecunia vanescet. Furtis vivunt & præditis; subinde tam homines quam feras grandibus fascinis corrumpunt, & pro insigni lucro reparant corruptos. Delrio, Parisiensis Cancellarius (1) (1) Delr. supra modum miratur, ab hac hominum lue ita frigidè terras purgari. Disquis. Nec locò, nec loci substantiâ ullibi digni sunt erronei isti. Ritè si præmerentur, multoties pateret, hos inter & Orci alastores, magnum sæpe commercium intercedere; cujus causâ potius è medio tollendi essent

A.  
Fæx Cingarorum nullibi tolleretur.

AA 2

Orcini

(2) Exod.  
l. 22.

(3) Munst.  
l. 3. Cos-  
mogr.

(4) Crantz.  
l. 11. Sax.

(5) Aven-  
tin, Annal.  
Boic. l. 7.

(6) Beirl.  
in C.

(7) Gobat  
de Super-  
stic.

(8) Delr.  
l. c.

B.  
Alia inter  
multos va-  
ticipiniis suis  
supplan-  
tant.

Orcini vagiones, prout à Deo pridem omnibus ad urnam sedentibus præ-  
fectis præceptum (2) fuit: *Maleficos non patieris vivere*. Quæ hæcenus  
obiter & perpaucis, de Cingaris produxi, ea non mea ex manica protuli sed  
ex probatis authoribus allegavi, quorum aliquos duntaxat nomine tenens  
expromo. Ita ergo de hoc hominum probro coquantur sequentes (3)  
Munsterus, Alb. (4) Crantzius, (5) Aventinus, Laur. (6) Beierlinck, Ge-  
orgius (7) Gobat, & Mart. (8) Delrio. Carolus Augustissimus Imper-  
tor has hominum fæces, patriæ telluris proditorios exploratores, re-  
ricolis oppidò graves & onerosos tenebriones Anno 1549, in Com-  
itiis Augustæ celebratis per publicum Diploma totò Imperiò prohibe-  
psit Romanò, quò hanc in horam ubivis locorum standum esset; a-  
nescio, quò fascino adhuc hodie accolæ & incolæ hi erronei lucrentur,  
seu potius deludant, ut passim ubique transitum obtineant, cum potius  
in id junctis esset viribus enitendum, ut hoc hominum genus funditus  
extirparetur. Alias inter decumanas pravitates, quibus incautos co-  
cumveniunt, ac futurorum avidos supplantant, ut pecunias emungant,  
se etiam pro vaticiniis venditant prophetis, explorant manuum volat-  
venas, sulcos, lineas, & ex his ridicula formant oracula, quæ à nomina-  
lis summo in pretio habentur, Ecclesia Matre divinationibus hæc per-  
petim reclamante, quia contra primum Decalogi præceptum evidentè  
pugnant. His tamen insuper habitis, pasci volunt gerris hæc euan-  
gelistam suam reprobi parentes, ut resciant, quot numero liberos suos  
sint ex connubio capturi, & quid illis tandem futurum sit. Ita cer-  
tities falluntur improvidi, & naso suspenduntur adunco rudes idiotæ.  
Optimi parentes, non possunt similia de futuris contingentibus ex nu-  
mum lineis aut cæsuris linearum expromi. Soli Deo nostra patrum  
præcordia, opera & cogitatus. Solus Deus novit, quò se tandem  
sua liberi arbitrii voluntas sit reclinatura, non item dæmon, multo mi-  
nus dæmoniacy agyræ; ut quid ergò rerum abditarum futurum his et  
mendacibus rabulis eruitur, qua rimatione & Deus graviter offenditur,  
& conscientia enormiter sauciatur. Hæc ex uno Deo quarantur, quæ  
multis hæcenus sanctis detexit, multis aliis occultavit. Quid multis hæc  
vultis o parentes, quid tandem vestris sit prolibus futurum, ipsi vobis  
augures estote, ipsi vobis sine ullius adminiculo divinate. Multis  
vaticinandi parentibus proprium jam digito ostendam, ita tamen ut  
nulla infallibilis veritas huic divinationi adstruatur, quia inde frequen-  
ter contrarium probatur.

Quarunt ex se mutuò amici hodie Joannis & consanguinei,

putas puer iste erit? at verò parentes Joannis nihil horum indagasse leguntur; hi nempe à Spiritu Sancto cœlitus edocti, eminenti spectabant, in quem finem à Deo decretus esset Joannes. Nullo tali lumine ab alto illustrati erant amici, & proximo sanguine juncti, interim tot prodigia horum oculis se ingerebant, ut facile cogitarent, Joannem à Deo ad negotia magni momenti expedienda destinatum esse. Prodigium erat simile, Elisabetham jam annis & canis gravem feminam sua in senectute enixam esse puellum. Prodigium erat idem Nomen ab Elisabetha, idem nomen à Zacharia patre haustum esse Joanni, frustra reboantibus amicis. Prodigium erat Zachariam expresso nomine Joannis, mox linguæ vinculo solutum, loquendi usum recepisse. Hæc & alia prodigia amicos eam in sententiam trahebant, ut secum ita concluderent: Deum bonum! si parentes ipsi tot prodigiis clarescant, paribus sanè prodigiis inde prognatus infans nobilitabitur; quidquid ergo virtutis, quidquid raritatis in parentibus spectabant oculati simul & admirabundi testes, id totum more passim per Orbem recepto, in Joannem devolvebant. Joannæi parentes erant justi ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela, Luca (9) teste. Ita nempe, ut probenotat Cajetanus (10) justis ex parentibus velut hæreditario jure nasci debuit Joannes.

Hæc sanè hanc in horam toto passim terrarum Orbe fieri videmus & observari. Parentes ubique amulim præbent, quâ liberorum virtutem affabre dimetiamur. Sicut juxta sacra Scripturæ effata (11) in filiis suis agnoscitur vir, sic vicissim ex virorum actis tanquam ex speculo indoles filiorum relucet, qui ut plurimum patrisfære creduntur. Matres pariter apud Hebræos, Cornelio (12) authore locum proverbio fecerunt, ut palam dicerent: Sicut Mater ita & filius. Mens itaque parentibus fuerit, seridò investigare, quid aliquando proli suæ sit futurum, seiplos accuratè investigent, manusque suas probe inspiciant, seu quod idem, mores suos & opera fidenter explorent, & brevi se in apurum tecta veritas evolvat. Ad id nullo lumine cœlis desluo, nulla apparitione, nulla revelatione opus est, multò minus cingaris pseudoprophetis; plerumque ipsi parentes divinabunt, quid filiis sit futurum, si seiplos suorumque actus atque habitus in speculo consulant. Scimus utique, quid trita & vulgares paramiæ loquantur: mali corvi malum ovum, nec corvus parit ficedulam, nec petulca capella columbam. Non potest arbor bona malos, nec arbor mala bonos fructus facere, oraculum est divinum (13) quis primæ Veritati reclamet?

C.  
Volunt sci-  
re parentes  
quid suis sit  
liberis fu-  
turum, suas  
manus ex-  
plorent &  
acta.

(9) Luc. 1.  
(10) Cajetani  
in Luc.

(11) Eccl.

114

(12) Corn.  
in l. c.

D.

Hinc om-  
nis noticia  
hauritur.  
Probatur  
ex Script.  
& exem-  
plis.

(13) Mat.

76

Ubi vel hodie *Zachariam* agit pater & *Elisabetham* mater representat; ubi ambo parentes iusti sunt & in omnibus Dei mandatis sine querela incedunt, sine scandalo, sine rivo, ibi facili negotio deprehendas, quam indolem ac naturam secum è cunis infans hauriat; hinc nempe meri Joannes prodibunt, liberi Deo dilecti, qui juxta parentum exempla prævia Deum ament perpetim ac timeant in tumultum usque.

Ubi pater fuerit *Orentius*, & Mater fuerit *Patientia*, Sanctitatis titulo illustres Coniuges, qui mallent vitâ exui, quàm fide catholica armari, ibi pariter filii eorum *Laurentii* martyrii gloriâ succenssi, hilares ad furcam currunt & coronam Surio (14) teste.

(14) Sur. t. Maj.

Ubi pater fuerit *Marius* veri nominis *Theophilus*, & Mater pater egerit ac providam *Martham*, qui tam in prosperis quàm in adversis Deo pangant mille laudum encomia, ibi etiam in grandibus poenis & tormentis pientissimi eorum filii *Audifax* & *Abachum*, linguas suas cum parentibus suis in laudes Superis cantandas impigrè resolvunt, sibique antè vitam tolli, quàm silentium imperari patiuntur, prout *Nadasi* (15)

(15) Nadasi 19. Jan.

perhibet in Januario. Ubi pater fuerit *Getulius*, sustibus & boum nervis pro fide confectus Martyr, & Mater fuerit fortis *Heroïna*, re ac nomine *Symphonia*, saxo ad collum ligatò in profluentem demersa, (16) ibi pariter sanguine parentum tinctâ fortiter prement vestigia filii numero septeni. Patris Martyris vivax memoria, & animosæ matris adhortatrix suada natum sanguinem ad parem luctam, parem victoriam & gloriam animabit. In *Crescentio* guttur ferrò transfigi, *Julianum* latus transverberari, *Nemesium* percipi, *Primitivum* umbilicum trajici, *Iustinus* membra secari, *Statianum* telis configi, *Eugenium* se totum à pectore duas in partes dividi patietur, ut tota ex familia nullus ex septenis filiis dici posset à præcellis parentum cogitatibus & actis degenerasse.

(16) Brev. Rom. 18. Jul.

Ubi pater alter fuerit patientiæ prodigium *Jobus*, vel crucifixi Neminis flammeus amator *Eustachius*, & mater fuerit *Theopista*, qui apperimè sciant, quid & quantum nos pati oporteat pro Deo, pro cælo, & gloriæ perennis æternitate, ibi etiam liberos reperias sanctitate conspicuos *Agapitum* & *Theophilum*, qui etiam puritatem suam pravos impii idololatrias fortiter propugnent, seque ultrò suis cum parentibus in æneum & à subjecto igne candentem taurum detrudi ferant patienter, æquè in hoc flammeo carcere Deum laudaturi, acsi jam chorum in paradiso explerent.

Ubi pater fuerit Senator, sed una *Pudens* fuerit, primam innocentiam vestem sub baptismo ipsis ab Apostolis Petro & Paulo prodigiosè indutus, quam etiam tumulo intulit immaculatam, & mater fuerit *Priscilla* morum sanctitate conjunx incluta, tota domus in templum abibit, & Ecclesiam Angelis habitatam, quam pari vitæ sanctimonia liberi excolunt *Timothei* & *Novati*, omnium pauperum in curia Romana ferventes advocati; hic pariter filia in sanctam aliquam *Pudentianam*, aut in *Praxedem* adolescent, quæ opes omnes ac fortunas suas in pauperes distribuant, & tanquam Deo juratæ Virgines antè malint vitâ spoliari quam fœdari.

Accidat verò, ut parentes suæ salutis incurri vitam vivant luridam, scandalis hirsutam, iniquitatis mammonæ turbidam, in Deum ac divos Cœlites blasphemam, lusibus & symposiis addictam, matrimonialis perfidiæ plenam &c. Ah! primo ex obtutu patebit, cujus notæ ac nominis sint liberi, à tam pravis parentibus educati. Hebræis hic loci tritum est proverbium, quò dicunt, *vini filius acetum est*. Sensus est, ubi parentes dantur ebriosi, gulosi, vino aut cerevisiæ immerfi, liberi quidem progenerantur, sed qui merum in acetum degenerent ita mordax, ut uberes lacrimas ex oculis proliciant parentum. Talis acetosus nebulo erat puer ille, cui Diogenes olim Plut. (17) teste, in fa- (17) Plut. ciem dixit; novi te intus & in cute; *te pater ebrius profemiaavit*; unde in Diog. ergò de te quidquam boni præsumam? hic naturæ naturantis cursus est & vulgaris genius. A parentibus vultu seu moribus æthiopem referentibus nemo liberos expectet candidantes. Æthiops æthiopem generat; prodigium foret, si quid albi coloris uterò funderet æthiopissa, ait quidem Delrio (18) ex Heliodoro (19) in Æthiopia feminam fuisse, (18) Delr. qui ex vivaci apprehensione & imaginatione infantem pareret totaliter disquis. l. 1. candidam & albicantem, qui tamen post aliquot dies exspirasse dici- c. 3. q. 3. tur, & hujus tantummodo unum affert exemplum, ut pateat hoc es- (19) Heli- se prodigium naturæ, quod fortè singulis annorum centuriis in lucem dor. l. 1. hi- prodeat. Liberi ad omnem pietatem facti, sed à nigris & pessimè mo- stor. Æ- ratis parentibus educi ita pauci sunt, ut vix numerum constituent; re- thiop, cte tales inter naturæ ac morum prodigia collocavi Tub. Anal. t. 2. p. 2. Conc. 43. Potest Deus, ut Baronius meminit (20) ex putrido ster- (20) Ba- core aurum colligere & pretiosam gemmam ex Copronymo Impera- ron. A. 775. tore sanctam sc. Anthusam; hæc tamen rariora sunt, quàm ut improbi parentes spem facere possint bonæ prolis ex pravis prodituræ. Dicitur est Constantinus ille cognomento *Copronymus*, quia sacrum Baptismi fon-



fontem faculentis naturæ sordibus conspurcavit, & excrementios quorum fungos præ pastanis, bellissimè fragrantibus rosis perpetim naribus suis affricuit. Sic D. Virginem & Martyrem Barbaram ab hispido patre Dioscoro propriæ sobolis carnifice, tanquam ex infirmi rubo nobile liliolum prognasci Deus voluit, *qui potens est, ex duris lapidibus Abrahæ filios suscitare* Matthæo (21) teste. Possent quidem alia etiamnum exempla produci, sed perpauca, ex quibus evidenter concludas, jure inter naturæ aut gratiæ prodigia numerari, si è peccaminosis & scandalo hirsutis parentibus pia & superis devota soboles, ex ebriosis & gulosis parentibus proles sobria, ex impudicis & luxuriosis parentibus unquam modesti ac pudici liberi, ex mendacibus, dolosis & mille fraudum conculis sordentibus veritatis studiosi & germani candoris pulli, à peccantibus & blasphemis parentibus filii nascantur in assiduas preces & opera pietatis effusi. Poterit quidem Deus miracula miraculis accumulare, ex spinis rosas, ex tribulis ficus, ex sterili trunco fruges educere paradiso dignas, & prout jam dictum est è saxis filios Abrahæ resuscitare, sed hæc miracula nemo præsumat. Sicut Deus permittit, ut ab ægris parentibus fracti & emarcidi corporis navos jure quasi hereditario filii contrahant, v. g. calculum à calculosis, podagram à podagricis, phtysin à phtylicis &c. ita vel maximè à pravis & immoratis cum maternò lacte hauriri, eum pulve prima ingeri patitur spiritus peccaminosos, animi navos & peccata, pessimos habitus & inolitas consuetudines, quibus infecti sunt ex malitia parentes. Hinc omnibus ac singulis connubio illigatis benè vivendi grandis obligatio incumbit, ne à pravis parentibus parem malitiam filii percipient, aut impio illorum exemplo primis annis concipiant pravitatem nullò unquam ævò eradicabilem, unde tandem turpibus delictis innutriti vitam vivant pessimo fine terminandam, Orò & gnam. Deum immortalem! sudant sæpè probi ac devoti parentes, & totis viribus collaborant, ut natam sobolem suam in officio ac obsequio Dei contineant, ne ab aliis repentiè seducti, à præcellis parentum cogitationibus & aëlis in reprobum sensum degenerent; quid boni ergò de illis sperandum, quos injurii parentes velut informes truncos sine ulla animi cultura adolescere patiuntur, imò sæpè scandalis oppletis horridis, execrandis? an rei hujus recens vultis Exemplum invenire non recuso laborem; piis parentibus ad cautelam, pravis ad saluberrimum horrorem id ipsum modò Exemplum proponam, quod lapsis ab hinc annis Henricus Englgrave splendide eruditionis Ecclesiastes ipse

(21) Matt.

os suscitare

Matthæo (21) teste.

Possent quidem alia etiamnum exem-

pla produci, sed perpauca, ex quibus evidenter concludas, jure inter

naturæ aut gratiæ prodigia numerari, si è peccaminosis &amp; scandalo hirs-

utis parentibus pia &amp; superis devota soboles, ex ebriosis &amp; gulosis

parentibus proles sobria, ex impudicis &amp; luxuriosis parentibus unquam

modesti ac pudici liberi, ex mendacibus, dolosis &amp; mille fraudum concu-

culis sordentibus veritatis studiosi &amp; germani candoris pulli, à pecca-

nantibus &amp; blasphemis parentibus filii nascantur in assiduas preces &amp; o-

pera pietatis effusi. Poterit quidem Deus miracula miraculis accumu-

lare, ex spinis rosas, ex tribulis ficus, ex sterili trunco fruges educere

paradiso dignas, &amp; prout jam dictum est è saxis filios Abrahæ resuscita-

re, sed hæc miracula nemo præsumat. Sicut Deus permittit, ut ab

ægris parentibus fracti &amp; emarcidi corporis navos jure quasi heredita-

rio filii contrahant, v. g. calculum à calculosis, podagram à podag-

ricis, phtysin à phtylicis &amp;c. ita vel maximè à pravis &amp; immoratis cum

maternò lacte hauriri, eum pulve prima ingeri patitur spiritus pecca-

minosos, animi navos &amp; peccata, pessimos habitus &amp; inolitas consue-

tudines, quibus infecti sunt ex malitia parentes. Hinc omnibus ac sin-

gulis connubio illigatis benè vivendi grandis obligatio incumbit, ne à

pravis parentibus parem malitiam filii percipient, aut impio illorum

exemplo primis annis concipiant pravitatem nullò unquam ævò eradi-

cabilem, unde tandem turpibus delictis innutriti vitam vivant pessimo

fine terminandam, Orò &amp; gnam. Deum immortalem! sudant sæpè pro-

bi ac devoti parentes, &amp; totis viribus collaborant, ut natam sobolem su-

am in officio ac obsequio Dei contineant, ne ab aliis repentiè seducti,

à præcellis parentum cogitationibus &amp; aëlis in reprobum sensum

degenerent; quid boni ergò de illis sperandum, quos injurii parentes

velut informes truncos sine ulla animi cultura adolescere patiuntur,

imò sæpè scandalis oppletis horridis, execrandis? an rei hujus recens

vultis Exemplum invenire non recuso laborem; piis parentibus ad cau-

telam, pravis ad saluberrimum horrorem id ipsum modò Exemplum

proponam, quod lapsis ab hinc annis Henricus Englgrave splendide

eruditionis Ecclesiastes ipse

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. C.

S. Catharinæ festo palam in Belgio prædicavit, prout in nobili ejus Tomo, & omni curiositatis apparatu splendidante Pantheo (22) prostat. (22) Henr; Englgr. in Panth. S. Cath.

Aures arrigant tam pii quam reprobi parentes, atque inde se ac suos sanctius observent. Author quidem nec annum, nec locum allegat, ubi scenam præsentem Deus aperuit; facti tamen veritas nullatenus disputetur. Ut binis familiis avita nobilitate conspicuis parcatur, studio locorum & temporum circumstantia tacentur, etsi enim hi parentes in prolium suarum educatione nullumævum commiserint, labes tamen gravissima utriusque familiæ, utut innocuæ ex degeneri sobole accresceret, si locus proderetur, & incluta parentum nomina paterent.

In Belgica urbe religiosus quidam Pater, qui cum Henrico ejusdem fuerit instituti, summo manè publicos in carceres vocabatur, ut 24. annorum adolescenti actû ad mortem condemnato assisteret, eumque ad ultimam luctam ritè disponderet. Vix pedem in carceres vocatus intulit Sacerdos, ecce reus vultu & animo turbari atque ita mente visus est percelli, ut multo tempore nec verbum proloqueretur, imò potius in enormes quæstus & lamentabiles ejulatus erumperet. Non defuit officio suo Sacerdos; quidquid ad solandum, quidquid ad animandum juvenem serviret, aut mortis apprehensæ memoriam retunderet, potenti suada reo proposuit; at mentem sua jam sede dimotam nec reducere valuit, nec mitigare; validis ac undique seriis argumentis captivum aggressus, his tandem fortibus catapultis rei animos pulsavit expugnavit: audin, inquiebat, amice mi, lata est sententia mortis, tibi crastinâ moriendum est, & hanc latæ mortis sententiam nullæ poterunt lacrimæ, nulla poterunt lamenta reprimere; cùm ergò de corporis vita actum sit, suaferim paternè tritum illud: *Omnia si perdas, animam servare memento.* Cura proin ut animæ vitam in secula extendas nullo unquam avô moritura. Audiit hæc juvenis & Patrem fixis iterum oculis intuitus, pauca hæc hortatori reposuit: mi Pater, mortis pavor non est, qui animos turbet; lubens sententiam accepto meis enormibus flagitiis decretam; Deo meo pro me passo, pro me in crucem acto lubens vitam immolo; fiat corpus hoc corvis pabulum, & incautis adolescentibus constans exemplum! nihil horum animos lacessit ac mentis præcordia turbat; alia longè mentem premit calamitas. Dixit hæc & mox iterum humi fluxit, grandi deliquio correptus. Sibi redditus, suspiria suspiriis, lamenta lamentis adauxit, & cùm affusam turbam lacrimantibus oculis respexisset, id unum à præsentibus repetiit, ut loco cederent, & sibi soli cum Patre loquendi facerent potestatem.

Bb

tem.

(22) Henr;  
Englgr. in  
Panth. S.  
Cath.

F.  
Deficiunt  
sæpe liberi  
à probis  
parenti-  
bus, quan-  
tò magis  
reprobos  
sequuntur  
probatum  
notabili  
exemplò.  
Hist.

tem. Carcere tot testibus & arbitris evacuato, ocius adolescens in Patris collum irrui, presentem arctissime strinxit, manus ejus humillime osculatus, quin etiam in genua provolutus, his eum palam ejulans affari cepit & salutare: Ah Pater mi! non nosti amplius ex asse tuum? altero renuente, perrexit in ceptis reus: nunquid ante tot & tot annos illa in urbe hanc & hanc classem docuisti? nunquid tunc temporis illos discipulos ordine recensitos numerasti? hæsit ad hæc attonitus Sacerdos, necdum tamen plenam rei notitiam captare valuit, donec proprio ipsius Nomine audito, attonitis ad prodigium animis obstupesceret, stetit quidem statuæ instar fixus Pater ad infelix nuntium & juvenis ab illo enormiter mutatum non sine lacrimis contemplatus, repræsentavit vocem; revera tamen sic interim animò secum præfatus: Deum immortalem? hiccine juvenis ille mihi olim in paucis charissimus, filius hic unicus floridissima simul ac ditissima familia? hiccine quindecim millium florenorum hæres unicus, cui piissimi parentes, me teste oculato, omnem pietatem, omnem modestiam ac Dei cultum teneris ab annis instillabant? hiccine juvenis ille, quem meo tempore in scholis omnines ac singuli ob ingenii præstantiam, mores undique candidos, & illimis vitæ angelicam paritatem velut cœlò lapsum Nicetam suspenderant? hic tot titulis olim meus eò tandem miseriæ sit redactus, ut magister discipulo suo tam triste obsequium deferre cogatur? pereant prodales reprobi, quorum licentiâ majoribus in Stoicis ita fuit in transmissum actus juvenis, ut ex angelo fieret diabolus, sua ob flagitia mortem etiam probrosissima morte maclandus! hæc animò secum Pater commobiter revolveret, reum hortari cepit seriò, ut tantisper omnem familiaritatis respectum seponeret, seque totum animò impenderet per integram confessionem expiando. Id negotii ut certius ac fidentius expediret, alium submittere statuit, cui tanquam incognito liberius loqueretur, at summis precibus rogare institit reus, ne ipsum hoc in articulo destitueret, se nulli nisi ipsi latentes animi navos referenturum, cujus proin pedibus affusus, ne misellum peccatorum ad internitatis portam properantem desereret, iterum iterumque sollicitabat; Datò proin spatium acta revolvendi, domum Pater revertere reumq; omnium Collegarum precibus impensè commendavit; inde pro captivo Sacris operatus, ac rudi cilicio accinctus paulò post ad carcerem revisit, quem spiritus pacato, sereno vultu & animo mille mortes obire prompto captivus exceperit. Facta uberes inter lacrimas confes-

sione nihil ultra cum Patre nisi de Deo ac divinis loquebatur, totus ad tormenta pro tot noxis ritè, in terra expiandis exardescens. Rebus omnibus ritè ad mortem obeundam compositis pro more carceris fores carnifex pulsabat, qui cum etiam carcerem subintrâisset, & à reo veniam petiisset, palam professus se invitum manus reo injicere, & officii sui exequi rationem, ecce! præter omnium spem & opinionem iterum in questus & lamenta linguam resolvit reus, clamans identidem: JESU bone quid hoc rei? credebant omnes eum denuò sensibus destitutum humi fluere, horrore mortis perculsum; at brevi patuit, unde sua traheret primordia præsens turbatio. Sibi paulatim redditus, carnificem perennes inter singultus fixè intuitus, ad Patrem se convertit, dixitque: neque hunc nôsti Pater mi? neque tu mei ullam amplius notitiam habes justitiæ minister? negante utroque, reus iterum in lamenta effusus, sortem suam questus est dixitque: ô probrum! ô dedecus! ô mirabiles & nunquam visos eventus! mox tamen seipsum corrigens sacra subintulit: prò quam mirabilia sunt judicia Dei! colo illa & veneror, quia sic Deo placuit degeneres filios combinare, ut alter ab altero tragica morte perimeretur. Hem Pater: hic ipse tuus quondam fuit discipulus, meus commilito & sodalis; utrumque virtutibus ac scientiis instruxisti. En Ternionem verè prodigiosum! binis cum discipulis suis præceptorem, hic ut reum ad ultimam luctam animaret, ille ut suo quondam condiscipulo gulam frangeret. Erat quidem carnifex reò multis gradibus inferior, natus tamen & hic fuit nobili ex prosapia perquam opulenta; habuit enim ad annuos census locata duodecim millia florenorum; præter opimam spem obliqua hæreditatis. Abiit & iste imisè scholis ad majores Stoas & qui à teneris lac pietatis hausit domi, foris moderatorum disciplinæ & parentum tutelæ subductus pravos inter omnem pravitatem imbibit turpi malorum contubernio seductus; quos inter cum dies noctesque, scholis insuper habitis græcando & grassando extraxisset, militiæ tandem nomen dedit, ut in omnem malitiam præceps iret; factum adèò ut alter manu ipsius & ferro confectus humi funus rueret; sic in carcerem conjectus sententiam fatalem expectabat, donec dies reo diceretur. Erat autem jam multo tempore, ante captivitatem ejus alius veri nominis latro in carcere detentus, letali sententia mortis fulminatus; cum verò nullus carnifex adesset, qui reum vitâ exturbaret, hic, prò pudor, ut vitam servaret suam, se ad id officii promptè obtulit, in quo hætenus plures jam annos insumpsit, execratus hoc ipso cruentum munus, quod ad hunc feralem actum se reservatum esse videret, ut amantissimi


mum confodalem suum in furcam ageret. Quis sensus, quis animorum fuerit motus, cum Ternio iste adhuc intra carceris clatros subsisteret, & vel maximè cum ad infame patibulum prodiret, & unâ patibuli gradus conscenderet, singulis cogitandum relinquo. Pependit socia manus ex alto funus nobile, nobilibus palmis in altum eductus, stipante morum magistro. Ita saltem vitam male transactam pio fine, licet sito perquam tragico reus pœnitens coronavit, & animam, ut sperare licet, cœlis inferuit, Orci fortè pœnis æternum cruciandam, si suis in pravitatibus plures annos aut menses durasset. Reo neci dato, Sacerdos, ad confertum spectatorem palam explicuit, tecto tamen nomine ac loco, ambos olim discipulos suos fuisse, utrumque per Itygios solales eversum à parentum nobilium actis, monitis & exemplis in hunc de mentabilem statum degenerasse &c. & quæ alia præsens actus dicebat. Sic domum ibant plurimi partim stupore defixi, partim commiserationis affectu succensi & uberes in lacrimas profusi; parentes liberi suis recens spectaculum inculcabant, hortantes perpetim suos, ut pro va consortia cane pejus & angue vitarent, ac paternis semper moribus ad literam obedirent.

En ergò, Opt. Parentes! ex dictis ad oculum patet, quàm verè ac etiam ac providi nesciant parentes quid illorum liberi futurum s. Uterque horum tam reus quàm carnifex pios ac providos nactus est parentes, quibus tamen omnis cura & industria liberis impensa fuerit. Patet inde, quantis sudoribus & vigiliis à malis abstrahi, ad opera debeant liberi perpetim extimulari. Si hæc in viridi ligno, in arboribus quid fiet? Si tantum cordolium probis pariant parentibus rebelles proli quid reprobi expectent? Ter clemens Deus bonis parentibus mens Joannes dilargiatur, de quibus si quæras quid illis sit futurum, fideles reponi possit: confido ego, meis ex liberis futuros aliquando Cœlestis

spiritus, qui suis cum parentibus Deum in gloria æternis laudibus celebrent.

Amen.





CONCIO XXIV.

FESTVM SS. PETRI & PAVLI.

Tibi dabo Claves Regni cœlorum. Matth. 16.

Clavium Jura.



Petrus passim hodie à tota Christianitate cœli Clavicularius salutatur Opt. AA. Decorant eum hoc titulo passim SS. PP. ex quibus paucos duntaxat allego, ut saltem rudioribus constet, hunc titulum numerosa autoritate fulciri. Sic ergò Petrum salutant Cyrillus (1) Jerosolimitanus. Ana-

stafius (2) Biblioth., Petrus (3) Dam., Petrus (4) Chrysol., Aurelius (5) Jerosolim. August., Ambrosius, (6 & Hugo (7) Victorinus, atque alii plures sine fine fine numero. Fundatur titulus iste in illis Christi verbis: *Tibi dabo claves regni cœlorum.* Christi consilium in clavibus Petro datis bellè detexit Eulogius (8) his verbis: *Nec Joanni nec alteri cuiquam discipulo- rum dixit Salvator: tibi dabo claves regni cœlorum, sed soli Petro, qui Deum erat negaturus, peccatum verò lacrimis & pœnitentiâ expiaturus, ut suo ipsius experimento erga peccatores humanior esset.* Id ipsum ad agnitio- nem legitimæ potestatis in peccatores cœlitus obtentæ referri voluit (9) Optatus, ut proin jure primario & præcipuo solus S. Petrus dici de- beat. *cœli Clavicularius* Petro huic ut plurimum duæ Claves appingun- tur, quarum una est argentea altera verò aurea, prout ex pluribus Ec- clesiis maximè Romanis, & variarum Italiæ urbium majoribus portis ac Sum. Pontif. insignibus fusè probat. (10) Molanus. Quid hæc binæ Cla- ves importent, certum & indubitatum est Catholicis, hæreticis ludi- cium. Juxta Ceramæi Theóphanis effata (11) Clavis *ar- gentea fidei clavus* est, quia ad solum Petrum, & Petri Successores per- tinet, fidei mysteria fidelibus populis referare, unde fidei, (sed veræ sed Catholicæ) piis sectatoribus ad cœlos aditus patefcatur, Hæreticis verò undique sit occlusa & impenetrabilis regni cœlestis janua; clavis verò *aurea gloriæ clavus* est, quam Petrus aperit & claudit per imperitam vel per negatam peccatorum absolutionem. Ut sic per metaphoricæ

Bb 3

hasce Novatiæ.

(9) Optat, l. 7. (10) Molan, l. 3. Imag. 6. 21. (11) Theophan. hom. 45.

**A.** Petri ar-  
gentea &  
aurea cla-  
vis eluci-  
datur.

haec Claves summa & suprema potestas exprimitur, Petro & Petri Successoribus concessa ad claudendum regnum cœlorum & referendum per datam vel per negatam absolutionem à culpis cœlum ocludentibus. Hæc clausio, hæc referatio non tantum pœnis & Censuris ecclesiasticis expeditur, sed vel maximè legibus & præceptis, morum ac fidei definitionibus variis, quas Petrus & Petri Successores definiant, ut relictis subditi, quid agendum, quid fugiendum, quid erroneum sit & heterodoxum, quis honestus vitæ status sit & licitus, quis impius & peruersus? quæ bona religio, quæ spuria? S. Hier. (12) hanc duplicem Clavem vocat *clavem scientiæ*, & *clavem potentiæ*: illa servit ad docendum hæc ad iudicandum & quomodolibet regendum Ecclesiam Dei. Clavem utramque ad laudem & gloriam D. Petri ac publicam fidelium utilitatem nunc cominus lustremus.

Duplex est: clavis scientiæ, clavis potentiæ.

(12) S. Hieron. l. 1. cont. Jovin.

**B.** Magisterium Petri quod attinet, id sibi singularem vindicat prærogativam; nempe, cum Petro sit ordinaria autoritas collata ad ipsius Successores ejus usque in seculi finem transmittenda, simul etiam doctrina revelata ad authenticè docendum plena securitas exhibetur, ut de talis doctrinæ infallibilitate nulla possit dubitatio moveri; solus Petrus Successores ejus nobis veræ Scripturæ sensum & mysteria fidei exponunt. Hæc causa fuit cur S. Pet. Dam. (13) Petrum diceret *canonem linguam*, quâ mortalibus de fide, de religione ac vitæ moribus oracula funderentur; licet enim in Canonicis Scripturis & in Patrum traditione sensa prostent divina: possunt tamen in emortuis literarum scripturis multa occurrere ambigua & implexa, quæ vivam fidei regulam & terrestrem divinorum consiliorum interpretem deposcant. Talis erat Petrus & hodie est Innocentius XII, cui Superi annos largum Mathusalæos. Paribus in terminis Petrus Blef. (14) Innocentio scripsit: *Vestra Lingua Cœli Clavis facta est.* Dedit hujus loquelæ hæc die nobile paradigma Petrus; Cum enim Christus ex discipulis percontaretur, *quæ dicunt homines esse filium hominis?* reliquis tacentibus solus Petrus sententiam prompsit, *tu es Christus Filius Dei vivi!* Immo aliis quibuscunque magni momenti negotiis primus omnium loquendus est Petrus. Sic in electione Matthiæ (15) non Jacobus (etiam solimitanus Episcopus esset saltem designatus) sed Petrus, cui omnia commissa fuit cura, sermonem orsus est. Actorum quoque decimo quinto primus omnium Petrus loqui visus est in Concilio. Paulus prout Chryf. (16) animadvertit, licet non ab hominibus, nec per hominem sed per Christum Evangelion accepit, voluit tamen doctrinam

(13) Petr. Dam. Sermon 26.

(14) Petr. Blef. ep. 51.

(15) Act. 1. & 15.

(16) S. Jo. Chrysof. hom. 87.

à Christo profectam etiam Petri testimoniò firmari, ne in illius prædicatione ullus mortalium vacillaret, juxta illud D. Aug. fundamentum (17) *Ego Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiâ Catholica commoveret* (17) S. Augustin. 1. *Autboritas*. Pauli doctrina ex se vera fuit & certa, quippe ipso à Christo inspirata, fideles tamen, quibus doctrinæ Christianæ lapis lydius & viva fidei regula ex ipsius Christi asserto fuit S. Petrus, adhuc nutare poterant circa doctrinam à S. Paulo propositam; ita porro frustra Paulus sudâisset & clamâisset, nisi S. Petri comprobatio accessisset; quæ causa fuit, cur S. Paulus Petrum adiret, ut omnibus notum fieret, doctrinam, quam S. Paulus producebat, etiam S. Petro probari, ac proin genuinam esse, & verè à Christo profectam, à Christo dictatam. Hinc factum ut ab omni ævo Christiano præcellentissimi Doctores, qui nec ingenio, nec eruditione quidquam cedunt summis Ecclesiæ Capitibus, imò iis superiores, suæ tamen doctrinæ ac ingenio diffisi, quoties grave dubium circa res fidei occurreret, non prius tranquillarentur, sèque tutos esse dicerent & securos, quàm D. Petri Magisterium, interrogato ejus Successore consulissent. Unus pro omnibus aliis satis esto Hier. qui licet omnibus esset disciplinis excultissimus, & Damasò Papâ longè doctior, suborta tamen difficultate circa vocem *Hypostasis*, an sicut tres dantur Personæ in Trinitate, sic tres pariter Hypostases admitti debeant in Trinitate? Ad S. Petri claves confugit, quas tunc tenebat Damasus, ut mysterium cathedra referaret, sic eum (18) interpellans: *Hic hic fidem ore Apostolico laudatam (non deficiet fides tua) censui consulendam, licet tua me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas; à Sacerdote victimam salutis, à pastore presidium ovis effragito. Cum Successore Piscatoris & Crucis discipulo loqui liceat Hieronymo. Scio, supra petram edificatam esse Ecclesiam nostram; quicumq; extra hanc domum agnum comederit, profanus est; quicumq; in Arca Noë non fuerit, regnante diluvio peribit. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumq; tecum non colligit, spargit. Qui Christi non est, Antichristi est. Obtestor itaq; Beatitudinem tuam per Crucifixum, ut mihi ex epistolis tuis vel tacendarum vel dicendarum hypostaseon detur auctoritas &c.* Cùm verò ad hanc epistolam, cujus paucas tantùm lineas exhibui, negotiorum multitudine præpeditus Damasus seriùs respondisset, eâdem in causa S. Damasum altera vice Hieronymus interpellavit, datâ ad eum epistolâ (19) humillimâ & urgentissimâ, cujus solam extremam partem repræsento, ut appareat, quanto in pretio apud D. P. Hier esset S. Petrus & Successor ejus S. Damasus: *Hinc fremit rabies Arriana, hinc in tres partes scinditur Ecclesia, & me ad se rapere*

(17) S. Augustin. 1. cont. Epiphani. c. 5.

(18) S. Hieron. ep. 57. ad Damas. Pap.

(19) Idem ep. 58. ad Eundem.



pere festinat. Exsurgit in me Monachorum Auctoritas; Ego interim clamo: Si quis Cathedrae junguntur Petrinae, meus est. Meletius, Vitalis & Paulinus tibi se dicunt herere. Possem credere, si hoc unus assereret; Nunc aut duo mentiuntur aut omnes; Obtestor proin Beatitudinem tuam per Crucem Domini, per Passionem Christi, ut mihi literis tuis significes, apud quem in Syria debeat communicare. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est! Hem! ut demissè sensum Damasi exquirat Hieronymus: iudicio subijcit Petrino, & ex Cathedra responsi evidentiam expectat. Discant ab Hieronymo haeretici & luridiores Catholici summo in presens habere Oracula Petrina, quae hodie non tantùm per haereticos, sed inde per nostrae etiam fidei domesticos mangones eludi videas & sufflari. Haecenus clavis potentia iustitiam.

**C.** Altera Potentia clavis est, respiciens iudiciariam Petri potestatem & à peccatis omnimodam exsolutionem, quò maximè voces illae colunt: *Quaecumq; ligaveris super terram, erunt ligatae & in caelis; quaecumq; solveris super terram, erunt soluta & in caelis.* Huius iudiciariam potestatem & ab-  
 solutionem Ecclesiastica dignitate constituti potiuntur, solus tamen Petrus, & Petri Successor Romanus Pontifex tanquam Generalis Ecclesiae Rector hanc ac plenissimam obtinet potestatem. *Sicut Pater omne iudicium dedit, sic Petro & Successoribus eius Christus inquit* (20) Potho, de l. 3. de Domino Dei

supremo iudicandi dominio in singulos inferioris ordinis Sacerdotum huius Jurisdictionis potestas dimanat, singulorum muneri constantanea, ac pro temporum, locorum & aliarum circumstantiarum varietate diversa quoad magis & minus. D. P. Cyprianus (21) hanc potestatem in omnes potestatem Petro impertitam cum capite confert, cum radice, cum fonte, & cum Sole. Sicut enim virtus animalis membrorum corporis à capite derivatur, & virtus ramorum arboris à radice; item sicut aqua rivulorum ex fonte dimanat, & lux radiorum à sole, sic omnium aliorum Episcoporum & Sacerdotum directiva vis à Ecclesiastica jurisdictione à Petro & Petri Successoribus diffunditur, quae proin certè cum Moysè compares, de cuius spiritu accepit Deus, quae 70 Senioribus communicavit, quos ei dabat (22) coadjutores. Dicitur Deus de Moysis spiritu accepisse, & dedisse Senioribus, quae authoritatem, quam in Moysè fontaliter seu radicaliter collocavit, à Moysè ad reliquos transfudit. Solus ergò Petrus etiam has Claves iudiciariam potestatem à Christo accepit aliis communicandam. (23) S. Petrus Damascenus. Sermon. 26.

**D.** Conferitur haec potestas cum capite, radice, fonte, sole.

(21) S. Cyprian. l. de Unit. Eccles. (22) Num. 11. (23) S. Petrus Damascenus. Sermon. 26.

hodie Petrus, & ad ejus arbitrium orbis universitas solvitur & ligatur; E. Arduum  
 precedit Petri sententiam Redemptoris, quia non quod Christus, munus  
 hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus, ipso idipsum attestan-  
 te, quodcumq; ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis. O quam Confessa-  
 potens dignitas! judicat Petrus, & Petri judicia confirmat Deus. riorum.

Tangunt hæ voces illos maximè, qui sacro præsent Tribunali, & pœnitentes conscientias moderantur. Arduum sanè & periculosum mu-  
 nus est audire pœnitentes; pro quàm fœda & cogitata turpia hic loci  
 sacris auribus hauriuntur! nuncupat hos animorum iudices Blesensis  
 (24) Petrus, fornicarios & purgatores stercoreum. Nec ma-  
 le, quia nulla fœdior & putenti fimo plenior est vocatria, quàm grandibus  
 peccatis hirtescens conscientia; qui ergò fœces illas ex officio scruta-  
 tari adigitur, se grandi periculo exponit, ne vel sordibus inquinetur,  
 vel si non ritè animus pœnitens purgetur, secordia aut conniventia  
 reus purgator Confessarius graviter è cœlo castigetur. Nil tam acerbis  
 pœnis Deus profcindit, quàm si Clavibus suis Sacerdos abutitur, & Con-  
 fessarii munus ad amulsum ritè non adimplet.

Quæras, quid Confessario agendum, quid evitandum sit, ne con-  
 fessiones excipiendo clavibus abutatur, & in sui exitium vindicem Nu-  
 minis dextram irriteret, paucis omnia comprehendet Petr. Dam. (25) præ-  
 misit hic Pater prius, quid ad Confitentem spectet, inde probi etiam  
 Confessarii partes his verbis describit: Oportet eum non minùs lite-  
 ratum esse, quàm pium ac religiosum; Zelum Dei habeat secundum  
 scientiam, quia indiscreta religio plus solet obesse quàm prodesse.  
 Literatus sit, ut resciat, quid injungat, cui pareat, quando parcere de-  
 beat, & quam consolationem proferat ex Scripturis: pius sit & religio-  
 sus, ut puras manus ad Deum eleve, & pro peccatoribus fiducialiter  
 intercedat; caveat etiam, ne confessionis signaculo excepta, ore dima-  
 nent; ne quocumque modo in ejus conspectu vilescat, qui suam exhi-  
 buit vilitatem, nec de præterita peccatoris vita æstimet futuram; com-  
 patiatur pœnitenti, eumque suis flagitiorum vinculis liberare contenda-  
 dat; nitatur unà severitati aliquid detrahare, at verò si advertat spiri-  
 tu mansuetudinis nil obtineri, stylum mutet, folium vertat, ac repre-  
 hensionis exulceratorio flagitii doceat gravitatem, peccati enormita-  
 tem exaggeret, faxea pectora minis expugnet è Gehenna petitis, nec  
 ullius respiciat personam &c. At pro dolor! pergit Damianus, tempo-  
 ribus nostris per univèrsam pœnè mundum pestilentialis ille morbus  
 excrevit, ut Ecclesiis præficiantur, quos nec scientia, nec vita com-  
 men-

(24) Petrus.  
 Bles. tr. de  
 Satisf. Sa-  
 cram.

(25) S. Petrus.  
 Dam. Ser-  
 mon. 58.

F.  
 Probi Con-  
 fessarii mu-  
 nus quid  
 exigit.

mendat, cœci duces cœcorum, præcipitati & in præcipitium obvius deducentes. Ad hanc probi Confessarii delineationem admetiendus est modus, quò suos erga pœnitentes se gerere debeat, exerraturus graviter, & iram justî Numinis proriturus, si secus faxit.

G.

Væ pravis  
Confessa-  
riis, nisi  
hoc munus  
ad amissum  
expleant.

(26) Veg.  
l. de Conf.  
p. 2. c. 14.

Hist.

Do rei hujus memorabile Exemplum à grandibus etiam viris m-  
trâ coronatis petitum, ex quo etiam pœnitentes intelligant, quam pe-  
riculosa sit mollities, quàm plena sit grandibus ærumnis, ad palmam  
suorum flagitia connivere, & muti Confessarii execrandam vicem ob-  
ire. Cùm Rodericus Hisp. Rex faustissimo Marte Mauros suis à frus-  
bus profligasset, cum aula sua sacra & politica in castra Victor reve-  
tit; at ecce subito turbati aër, mugire tellus & concuti, quin fau-  
multis locis per immanes hiatus & boatus referare, quasi obvius devota  
tura. Ut Vega (26) memorat, furibundus Aquilo Regi pileum abbe-  
lit, & ab ejus latere duos Episcopos abripuit Jaensem & Illiberianum.  
Videbantur occulta vi fursum trahi, & per reboantem auram vorato-  
fos inter turbines ac tumultus raptari; nemo non casum timebat. In-  
lem. Vanuit post horam venti grassantis intemperies, qui etiam utrum-  
que suum denuò in locum, unde rapti sunt, deposuit, ita tamen  
ferè dilaceratos, & totis viribus exhaustos, ut à nullo etiam fidelium  
verna agnoscerentur. Solò indusio amicti, plagis & vulneribus ob-  
ti, quasi per spinas & tribulos tracti essent, vultu toto ita pallescenti,  
ut plerique jam extinctos crederent, nisi modicum aliquid  
ta spiraculum laceris membris aditum hæsisset. Ut primum auram  
vestibus & togis tecti sunt, ocius in tentoria Regis delati, tam potens  
bus pharmacis adjuti sunt, ut post horæ unius intervallum sibi ex-  
tegro redderentur, ac usum linguæ reciperent. Mox ergò à Rege  
gati, quid rerum raptis accidisset, & qua de causa tot essent facti  
cepti, quid porrò furibundus Aquilo signârit, candidè aperirent, hæc  
in morem sensum prompserunt & sententiam. Prima narrationis  
cipia Jaensis posuit, Regis Confessarius, his Regem palam affatus: quid  
quid hic actum est, ex nutu, imperio, & voluntate Dei actum est. Sc-  
renissime Rex; traditus sum justo ex judicio Dei, stygio Satana, qui  
totum corpus hoc meum unius horulæ spatio ita cruciaret, ut tantum  
spiritus, carnis inquilinus sede sua non pelleretur. Rationem tanta  
petis carnificinæ, eam bona cum venia tua ex umbris in lucem pro-  
traho: horarii cruciatus hujus tu, ô Rex, prima & primaria causa ex-  
titisti: ex respectu nimis humano, ex metu nimis terreo & pœnitenti-  
ne præpingui Spartha mea exciderem, ne gratiam perderem regiam

H.

Monita  
Confess.  
dara etiam  
confitentes  
tangunt.

mutum hætenus Confessarium egi Majestatis vestræ & aliorum. In officio meo malè versatus, gravius peccantes pro ratione muneris mei nunquam redargui, quavis tentare ausos nullo timore cohibui, in omnem pravitatem abjectis nullas occasionum pedicas amputavi; eadem turpitudinis cloaca mersos sine pœnitentia flagitiis commensurata dimisi, peccatorum enormitatem nunquam ad oculos exhibui, scelera potius gravissima more, aulicis palponibus recepto extenuavi, juxta sententias omnium mollissimas & laxissimas judicium judicavi, Deo ac Superis invisum, subditis infestum, & licet multis male partis bonis gauderent ac fortunis bello impio per vim corralis, nullam tamen mammonæ urfi restitutionem; sciebam efficax præpotum pœnitentibus deficere, absolutionem tamen impertii, ne pœnitentes meos exasperarem; tandem quod caput est, vidi & audivi, sedere ad urnam ac Regis animum moderari homines impetuosos, unius lucri avidos Eudiones, grandium scelerum fautores, palpabilium iniquitatum patronos, fidei ac veritatis hostes, subditorum emunctores, pauperum sanguisugas; vidi profuturi pudoris lamias pectore tenuis nudas omnium oculis oberrare, scandala parere millena, neq; tamen unquam harum pestium amotionem pro pœnitentia injunxi. Hæc hæc justam in me tanquam scelerum horum complicem & taciturnum incentorem Dei Vindicis iram provocarunt, ut me Satana daret per horam, pœnis omnium gravissimi excrucian- dum, quas nullus unquam mortalis animus creditur exantlasset. Tantam tormentorum acerbiter si pati debuit Confessarius, solius dissimulantæ ac mutæ taciturnitatis reus, colliger inde Majestas Vestra, quæ pœnarum ilias à Rege Regum & æquissimo Judice Deo ipsi sit decreta, nisi seriam in vivis pœnitentiam egerit. His dictis cepit etiam alter Episcopus Illiberianus, sibi paulatim redditus Regis questum expedire hunc in modum: tribus ex causis me potestati dæmonum acerrime multandum Deus commisit, & nisi pro me mitissimum Numen potentis patrocinio suo ac precibus D. Petrus Apostolorum Princeps sollicitasset, in me Deus æternæ damnationis sententiam fulminasset. Divo cœlorum Clavigero salutem debeo patenti Ore subtractam, cujus eximius semper cultor extiti, licet aliis pravitatibus sorderem. Nunc per gratiam à D. Petro cœlitis obtentam mihi vita in quindecim horas prorogata est, cum in finem, ut ritè valeam ab omnibus navis putentes animos emaculare. Prima excitata in me tantæ tempestatis causa fuit, quia plus luxui & pompæ seculari quam animarum curæ addictus, tot opum millia in pretiosissimum corporis & parietum inutilem cultum ad-

I.  
S. Petrus  
pœnitentiam  
patronus.

- aucupandam nominis gloriam effudi, quas potius in egenos pauperes  
 debebam largiri. Sunt nonnullis, ut Magnus inquit Greg. (27) qui  
 cultum subtilium & pretiosarum vestium peccatum esse non credunt,  
 donec id serò nimis experiantur. Nulla si culpa esset superfluis & re-  
 dundans superbiae vestitus, nunquam Deus tam signatè dixisset, purpuram  
 & byssò indutum (28) divitem apud inferos torqueri. Plus hic loci  
 principibus personis terrarum Summatibus conceditur hodie, at ne quid  
 nimis. Alia longè in secularem pompam quamcunque iudicia Deus iu-  
 dicat, alia mundus immundus. *Potentes potenter tormenta patientur*  
 (29) etiam hoc ex capite, quòd opes nudis pauperibus fovendis à Deo  
 triplicatas in pompam effundant profanam, vel ab aliis effundi patiuntur,  
 qui grandes in cultu corporum excessus liberè committunt, ut  
 hodie primas tenent impudentes femellæ in togis & palliis ad ornatum  
 luxum & luxuriam fabricatis, in pectoralibus & armillis, in mille tui-  
 & pigmentis & vel maximè in turritis capitum tiaris, passim hodie, etiam  
 in trivio grassantibus, mitris, quas rectius Justitiæ meteret munus.  
 Secunda erat, quia tot adipales & numerosis ferculis pragnantes mensæ  
 instruxi ac sybariticis conviviis grandes opum acervos dilapidari. Ter-  
 tia erat, quia tot annis cum enormi damno pauperum, sordidum & in-  
 fitientem Oeconomum sustinui, eique absolutum dominium commisi,  
 quò tamen mutilatis pauperum elemosynis & defraudatis operationibus  
 salariis graviter fuit abusus; Ita mihi imputatur, quod per meos filios  
 domesticos peccatur. Corripuit quidem acerrima crisi hunc Oeconomum  
 Episcopus, eique in mandatis dedit, ut ocius totam summam tot  
 annis depeculatam in misellos distribueret, at verò cum sciret, Episcopus  
 post aliquot horas, prout ipse prædixit, funus futurum, juramentum  
 palam asseruit, tantum non adesse, quantum vellet in pauperes Episcopus  
 erogari. Ita suis cum magnatibus crudi ludunt economi. Cæcilius  
 didit perjurus, sic totum mammonam in salvo mansurum; sed Deus  
 mox coelitus ostendit, quam promptè in perfidos Euclyones & pauperum  
 sanguifugas romphæam expediat. Misit è cælo nullis nubibus obduc-  
 tum ignivomum fulmen, quo in cineres & favillas mendax & perjurus  
 oconomus redigeretur. Sic Regi saluberrimus timor injectus, re-  
 movit præcordia, ut malò doctus alienò poenitentiam apprehenderet  
 & omnem capiti suo incubantem poenam profligaret. His transitibus  
 suas in ædes regali ex tentorio delati sunt Episcopi, ubi sacris omni-  
 bus ritu catholico expiatus uterque vitam mortalem pio fine con-  
 plevit, meliorem in cælis auspiciaturus. En grande periculum, quòd  
 suis cum ligandi & solvendi clavibus Confessarii subeunt, si clavibus

abutantur. Ne cæcutiant, ne conniveant, sed in omnibus & per omnia securi ambulent in spiritu & veritate, prout ratio muneris desuper dati exposcit. Acceperunt cœli Claves à Deo Deique in terris Vicario Petro, eum in finem, ut Clavibus hisce spiritualibus suis filiis ac filiabus piè candide consentibus regnum aperiant beatitudinis supremæ; caveant adeò ne suis portas occludant, quas potius debeant referare. Clauditur porta, si molliter, laxè ac dissolutè gravissimi peccatores tractentur, aut sine ulla crisi, sine ullo hortamine in silentio dimittantur, unde credant pœnitentes, tanti momenti non esse pravi peculii restitutionem, aliàs saltem aliquam mentionem facturis fuisset sacer Judex. Confessarii Officium est, peccatorum gravium numerum diligenter inquirere, circumstantias accurato examine scrutari, scelorum gravitatem ritè dimetiri, occasiones proximas soletter investigare, seriæ emendationis efficax propositum, & tam mammonæ quam famæ restitutionem ardentibus urgere, criminum commissorum dolorum inflammare, imparatos aut flecti ferreos sine absolutio- ne dimittere, paratis salutarem pœnitentiam peccatis commensuratam dictare, patris simul & judicis personam agere, nec potentum autoritate, nec divitum opibus, nec amicorum affectu, nec stibio aut cerussa, nec spe ulla sordidi lucelli, ad mitiorem sententiam inflecti. Sed quid ad nos Confessarii? viderint ipsi, quibus modis ac mediis ritè suo munere defungantur. Mens mea non est hos Judices sacros vel instruere vel cribrare. Mihi cum plebe negotium est.

Hactenus dicta non tantum Confessarios premunt, sed ipsos etiam Pœnitentes. Sermo à Jaënsi Episcopo ad Regem directus, palàm ostendit, quàm districtè Deus judicet ipsos Judices, ut adeò non obliquis aut retortis sed rectis & placidis oculis obiri mereantur omnes illi Confessarii, qui ore patulo candide germanè scapham scapham nuncupant, & reiteratum scelus subinde peracerba crisi castigant. Hic & patri spirituali & filio ejus semper fuerit consultius, si fellè & aceto tot impia pravitates perplu- antur, quam si graves animarum plagæ blandius mulceantur. Dic, quæso, quid juvat periculoso ex morbo decubantem ægrum, si medicus ad lectum vocatus, exploratâ leviter arteriâ, sumpto haustu, narratâ Cardani fabulâ, edito cachinno & suspitato abutum præcipitet, nullò vel purgativò vel discutivò vel præservativò medicamine præscripto, ægrumque in statu quo relinquat sua cum infirmitate luctantem & sudantem, imò potius in pejorem statum conjiciat tacendo aut morbi gravitatem supprimendo. Videat hæc rusticus aut rudis idi-

ota, dicet per fidem, si, deliberatè corpus perdit & vitam. Alter qui iudicat, infans est, vel deterior insanò. Plutarcho teste seniper sunt graviores animæ morbi quàm corporis, in quem finem peculiarem librum memoratus Author conscripsit; hi sensibus subjacent, illi utut gravissimi vix percipiuntur. Accedat Medici taciturnitas & præcipitantia, pœnitus non curabitur æger. Pium ergo ac serium, sobrium & providum, candidum & solertem animi quærat Curio non grandi flagitio faucius peccator; & si talem nactus est, ductum eius patienter suscipiat, retineat diligenter, & fortiter opere adimpleat. Actum est de salute, si quærat votis hujus seculi accommodus qui non medeatur sed blandiatur; qui non veritatem in faciem dicat, sed qui pœnitentiam obtrudat. Putridum sit membrum, ne alterum inficiatur, ceteriò opus est & amputatione juxta illud: *Ut corpus redimas, ferrum prosteris & ignis.* Nos tangi nolumus, nos pharmaca & amarus calculus devitamus & curari ardemus, quæ summa fuerit ineptia. Duro robore forti opus est euneo eoque repetito. *Timor Dei*, timor Orci per Confessarii justissimam crism præcordiis insertus *expellit peccatum* (30) Scriptura teste Pars est pœnitentiæ Confusio, quam parit correctio. Sic pectora purgantur & limantur. Sic Deus placatur; sic Anima gloriatur sempiternæ. Quantus pœnitentiæ hujus fautor sit S. Petrus vidimus ex Illiberiano Episcopo. Nisi cum Petro perpetim flente pœnitentiam captemus seriam, perennem, frustra nobis cœlestis Clavicularii patrocinium adpromittimus. Petro pœnitenti assimulemur in vita, & usus Clavium nos fau-



CONCIO XXV.

Festum Visitationis B. M. V.

*Benedicta tu inter mulieres.* Luc. 1.

Benedictio Mariana.

**A**udimus hodie Elisabetham, tum ex vehementia spiritus & ardoris, tum ex mysteriorum sibi à Spiritu Sancto reuelatorum novitate, Incarnationis nempe Divini Verbi, Divæ Virginis intemeratæ Conceptionis, saltus & sanctificationis D. Joannis in utero materno, validè exclamantem: *Benedicta tu inter mulieres*, seu quod idem, tu præ omnibus mulieribus es benedicta, tu omnium mulierum es fortunatissima, quia in Matrem Dei electa, quem totus non capit Orbis. Idem paulò antè Aliger è cælo nuntius ad Virginem Nazarethanam missus palàm intonuit: *Benedicta tu in mulieribus*, seu quod idem, tu, ô Maria, sola omnium mulierum benedicta es singulariter, quia sicut Virgo es, ita mox eris Mater; sicut Dei Filium sine ulla libidine concepisti, sic etiam paries sine omni dolore, quorum neque hoc neque illud cæteris est mulieribus indultum. In hæc Angeli præconia bellè vocem & calamum exercuit (1) Augustinus, ut periphrasin daret recitatis vocibus proportionatam his verbis: *Benedicta tu in mulieribus, que vitam & viris & mulieribus peperisti. Mater genitrix nostri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem attulit toti universo. Auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria. Eva occidendo obfuit, Mari: vivificando profuit. Illa percussit, hæc sanavit.* Pro inobedientia obedientia commutatur, fides pro perfidia compensatur, &c. His tamen Angelici nuntii à Trinit. ablegati testimoniis, his humanis Elisabethæ præconiis insuper habitis, sunt etiamnum hoc tempore, qui nullam aliam benedictionem Deiparæ adstrui contendunt, quam omnibus aliis electis communem, si modò Christi fidem recipiant. Ponatur, quæso, perversissima tumentis & tumultuantis animi passio, & probè dispiciatur, quid tam Angelicæ quàm Elisabethanæ benedictionis voces importent, & fatendum erit, Deiparam non ex communi quadam ratione, sed specialiter, sed singulariter præ cæteris mulieribus, seu inter

A.  
Exemplò  
Gabrielis  
& Elisabethæ sum-  
mis laudibus extol-  
latur MA-  
RIA.  
(1) S. Aug.  
Serm. 18,  
de SS.



- inter omnes mulieres benedictam prædicari. *Multa filie congregarunt sibi divitias*, (2) inquit Salomon, *tu supergressa es universas*, ad eum benedictionis gradum in genere muliebri sublimata, ut eum nulla alia mulier unquam attingeret, aut attingere posset; fuit nempe simul Prens & Virgo, Mater simul & filia, plena simul & vacua, plena Deo Filiò & semine vacua humano. D. P. Aug. (3) *benedictam inter mulieres* cum Elisabetha salutatur, *quia cum omni statu ac genere mulierum benedictionem participat; est enim cum Virginibus virgo, cum conjugatis fecunda mater, cum viduis continens & casta.* S. P. Hier. (4) *benedictam in mulieribus* cum Angelo veneratur, seu rectius, ut ex græco legitur textu, *mulieribus benedictam*; per ipsam enim Deiparam contra tria mala, quæ per Evæ peccatum lapsæ sunt, triplicem benedictionem obtinuerunt.) Primum Malum erat Dedecus seu dehonestatio, quam ob Evæ peccatum mulieres contraxerunt, cum per mulierem totum humanum genus perditum esse diceretur, cuius mali signum dari creditur femina in capite velum; ab hac confusione & dedecore ita cunctas mulieres Deipara liberavit, ut, quæ antea erant ob Evæ flagitium contemptæ, jam per Mariam cum toto humano genere glorificentur. Malum secundum erat legis Maledictio, per quam omnis illa femina dicta fuit *letitia, que semen in israel non (5) produceret.* Dura sanè necessitas, grande jugum omnibus Evæ filiabus impositum est; si enim parturire cruciantur; si non pariunt, anathemizantur; at verò maledictum illi Maria ter benedicta Virginum primiceria funditus abolevit, dum pro ma suam virginitatem Deo consecravit, quam hodie alie atque alie virgines sequuntur innumera. Malum tertium erat Dejectio muliebri natura seu conditionis femininæ, naturaliter enim loquendo, semper dejecta & infirma est muliebri conditio; hinc Salomon (6) *quæritur Mulierem fortem quis inveniet?* quasi diceret, actum est, omnes si provincias & provinciarum angulos excutias, fortem & flecti ferream tibi reperias; at ecce præsto est inventa, cuius pretium procul & de ultimis finibus, Christo ex sinu Patris naturam confortante integritate (7) *conteret caput tuum*, Draco stygie; ita mulierum abjectio tota vanitas ipsi Judith (8) in persona Virginis prædictum est de his tribus: *Fregit porta jerusalem, contra Confusionem Evæ. Tu letitia israel contra Maledictum legis, pro quo liberata gaudent & latantur. Tu honoris nostri contra Abjectionis probrum.* Pergamus opt. AA. Benedictiones Marianas in apricam lucem educere, unde fidei nostra

flici plus ardoris tot benedictionibus dotatam celebrandi exardescant, alii verò à trivialibus feminis, nullibi Deiparam distinguentes Mariam-mastyges ad tantam gratiarum lucem pudescant.

Ipse Deus, ut paucis dicam omnia, Matrem suam in æternum & in seculum seculi benedixit, eamque tam in hoc seculo quàm in futuro non tantum super omnes mulieres, sed super omnes Justos, super omnes Beatos, super omnes Angelos benedixit. Sic in terminis (9) Anselmus perorat: *Nihil tibi ò Domina, equale est; nihil tibi ò Virgo, comparabile est; id enim omne quod est, vel supra te est, vel infra te est: quod supra te est, solus Deus est; quod infra te est, omne id est, quod Deus non est.* Unde, quæso, tam sublimis eminentia eruitur? ex Angeli testimonio & Elisabethæ. Angelus, ut scimus, eam his verbis salutavit: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum, & ideo etiam benedicta es in mulieribus*, quia ab omni v&æ & ab originali n&vo soluta es; quia omni excogitabili gratiâ plena es; quia tecum Dominus est, assensu dato, mox etiam tecum in utero virginali tanquam in terrestri cœlo, in cœlo animato habitaturus, Elisabetha super omnes creaturas *benedictam* extulit clarioribus verbis, quia *benedictus Fructus ventris tui*, seu, quia quem totus non capit Orbis, in tua se clausit viscera factus Homo; quia in Dei Matrem electa Virgo es. Hæc hæc maternitas omnium gratiarum fons est & origo; hæc omnium præeminentiarum ac privilegiorum prima radix est, quia Filii Dei, quia Verbi Divini, quia Regis regum & Domini dominantium Mater est MARIA; ideo non alia nova concessione aut indulto, sed naturali jure cœli ac terræ, hominum & Angelorum Regina est juxta communem Philosophi sensum (10) dicentis: *Parentis in filios imperium in excellentia consistit, ita ut licet crescant dignitate filii, parens tamen qua parens, filio suo semper superior existat.* Juxta eandem Philosophi mentem, *parens si-  
suis non censetur esse aliquid diversum.* O ergò prodigium! ò dignitatem! ò honoris Mariani, & gloriæ Virginalis fastigium propè infinitum!

Res creatas numero ternas passim hodie infinitas esse Theologi profitentur, non absolute quidem in genere suo, sed secundum esse suum relativum, nempe Humanitatem Christi, seu Unionem hypostaticam, Beatificam visionem, ac Deiparæ Maternitatem; hæc enim tria neque crescere possunt ullò modò, nec ab aliis superari, quia ad terminum referuntur simpliciter infinitum, qui Deus est. Eadem ex radice & Maternitatis principio ratum est apud omnes, B. V. Perfectiones perfectionum omnium plenitudinem esse, quæ cum in se maximæ sint, & nullæ sui parte deficiant, unà erunt aliorum omnium Sanctorum perfectionibus

D d

bus

(9) S. Anselm. l. de Conc. Virg. B.

Super omnes homines, Angelos, ac Beatos.

(10) Arist. l. 8. Ethic. c. 11.

C.

Tria sunt aliqua ratione infinita: Unio hyp. Visio beatif. & Maternitas Virginis.

- bus majores; Sequuntur hæc perspicuè ex fundamento memorato; cum enim nullum sit munus puræ concessum creaturæ, quod Maternitatem exaquet, utpote Divinitatis fines attingentem, ut loqui placet (11) Angelico Thomæ, idèd dubitari non potest, quin sublimissimo Maternitatis muneri Perfectiones longè maximæ sint adjunctæ, quæ tantam Matrem decerent, & Filium ejus non dedeceren. Id probè SS. PP. oblatarunt, quoties de eximia Dei in Matrem Dei effusa gratiarum largitas loquuntur. Juxta Sophron. (12) *Maximis muneribus oppignerari dicitur Virginem, ut plena esset omni gratia, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum*. Per hanc gratiæ plenitudinem Perfectiones omnium maximas comprehendit Sophronius, in quo etiam consentientem habet (13) S. Thomas 3. p. q. 7. a. 20. Huc pertinet, quòd Virgo passim *gratiarum mare* nuncupatur, in quem rem S. Pet. Chrysol. illud (14) accommodat: *Congregationes aquarum appellavit maria, ut intelligeretur Maria*. Ad idem omnium Deipararum perfectionum primum principium partheniam Maternitatem supra memoratus Thomas (15) reduxit his verbis: *Hanc fecit Dominus inopulentiæ Bonitatis suæ infinitam Imaginem*. Huc collimabat Anselmus (16) cum diceret: *Decuit omninò, ut ea puritate niteret Deipara, quæ major splendore nequit intelligi*; ubi clarè innuit, nullam originariæ labis maculam vel mentò locum habuisse in Maria, ne per momentum diceretur peccatiosa, Deo exosa, Orco subdita, Sathanæ mancipata &c. quæ tantè gloria in ipsum ejus Filium redundarent. Eodem Authore l. c. ordinarè ad concipiendum Sanctum Sanctorum, & non esse Sanctum, includit conditionem. Tanta nempe Virginis est Maternitas, ut vellevissimam peccati umbram aversetur. Audiatur iterum D. Thom. (17) *Virgo vellet idonea Mater Dei, si peccasset aliquando, quia honor parentis reddat in prolem, tum etiam, quia singularem affinitatem habuit ad Christum*. (18) 2. Cor. 6. *qui ab ea carnem accepit, quæ conventio Christi* (18) ad Belial? hoc cur fuit, cur Alb. M. (19) Deiparam ad usque thronum Deo proximum tanquam super omnes homines & Cœlites benedictam his verbis extolleret: *Inter esse Filium Dei per naturam, & esse Deum, inter esse Filium Dei per adoptionem, & non esse Deum, medium est esse Matrem Dei per naturam & non esse Deam; ergò immediatè post esse Deum, est, esse Matrem Dei*. Sic Alb. arguit Thomæ Magister. Hem quanti nominis Deipara sit Maternitas, causa nempe & radix omnium donorum & charitatum omnium gratiarum & privilegiorum, omnium excogitabilium perfectionum, quæ in purum hominem cadere possunt. Quod aliis per populum concessum est, *Mariæ tota plenitudine infudit Deus*, ut loquitur doctus

simus Idiota & alii passim. Unde optimo jure hac festa luce Virgo Mater non tantum inter mulieres summe benedicta, non tantum super omnes feminas benedicta, super omnes terrarum inquilinos, sed super omnes Sanctos, omnes Angelos benedicta predicetur Maria, solo Deo inferior, quem tanquam Mater proximo affinitatis gradu & gratiarum affluxu attingit, omnium Angelorum ac coelorum, omnium terrigenarum augustissima Regina. Visitavit hodie Elisabetham. Hac de primo Perfectionum principio, Dei maternitate coelitus edocta, ad tantam Virginis Matris humilitatem obstupuit; hinc illis mox vocibus salutem refalutavit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictum fructus ventris tui! & unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Tot benedictionibus plena Virgo vix pedem intulit adibus Zachariae, Deiparam benedicientibus inquilinis suos pariter favores Zachariae contulit & Elisabethae, nec non quem uterogestabat, Christi Prodomo Joanni. Solatio Zacharias, bonis & donis coelestibus Elisabetha replebatur, Joannes praegaudio in utero saltabat materno, parta sanctitate, & originali peccato procul actolatabundus. Ita vel hodie benedicientes benedicit, & variis opplet charismatis Marianas in laudes effusus Dei Genitrix Maria. Sit, qui dignis laudibus Mariam extollat, praesto erit Virgo Mater, ut grandibus praemiis & fortunis Mariani encomiasticis parthenias laudes refundat. His opem feret & opes, prout in votis fuerit, Virgo benedicta.

Fingunt Fabulae, fortunatum quendam in silva Deam obviam habuisse, quam vocant *Fortunam*, a qua marsupium dono acceperit tantae virtutis, ut quoties vellet ex eo tanquam ex auri ferace Pachtolo aureos nummos expromeret. Hac sunt Parnassi somnia; id tamen certum est, quod nunc assertive proclamo: benedic super omnes creaturas benedictam Virginem, cole studio ardenti Deiparam, & votis omnibus respondebit ex alto Sanctior fortuna. Expertus loquatur Robertus ille Deo ac Deiparae dilectus Josephus quem vulgo vocant Stainfeldensem Hermannum Ord. Praemonstr. Canonieum; hic cum die quodam saviente bruma nudis pedibus B. V. Ecclesiam subintrasset, ac Deiparam ex more coleret, rogatus a misericordiae Matre, cur tanto in frigore nudis pedibus incederet, fidenter reposuit, se parentum inopia calceis destitui. At ecce! mox Virgo digitum in lapidem extendit, sub quo semper assatum pecuniam reperit, quoties subsidiò opus esset Marianò. Re intellecta plures alii lapidem movebant sed irritò conatu. Quae causa repulsae? defuit his vera in Deiparam fiducia & hyperduliae cultus, quem antè deferre oportuit.

Dd 2

tuit

E.  
Domus  
Zachariae  
per Ma-  
riam om-  
nibus bo-  
nis ac do-  
nis opple-  
tur.

F.  
Donis his-  
ce sui No-  
minis en-  
comiasticas  
adhuc ho-  
die per-  
pluit.  
Probat.

(20) Joan.  
Jun. in  
Scal. Cœl.  
Hist.

tuit fortunarum omnium clementissima Dispensatrici. Benedixit benedictam, ab hac vicissim optimam benedictionem reportasset. Prodigiousus est, quod à Joan. Jun. (20) de nobili & pia sed simul de periculis memoratur Matrona; hæc cum binis filiabus ulterius alendis non sufficeret, eas in templum ad Deiparæ Statuam adduxit, ibique evolutâ prius Virgini coronâ filiorum manus in Mariæ manus summâ ex fiducia transposuit, dixitque: has meas filias, quas ob inopiam sustentare nequeo, tibi in manus trado ô Deipara; totum ergo jus maternum, quod mihi in illas competit, tibi ex assè resigno, tu illas in vita pariter & in illibata virginitate conserva! Precibus hunc in morem peractis, domum cum redirent, juvenis incognitus saccum obtulit *centum auri talentorum*. Nota hic loci (unum auri talentum sex millia septingenta

G.  
Aurei ta-  
lenti pre-  
tium,

& quinquaginta Philippeos constituit) numeret modò, qui volet, quantum pariant summam centum auri talenta. Ego ad alia propero, & hanc calculationem Arithmeticis transcribo. Hæc pecuniâ coelestis mîsâ mater filias suas decenter, non tamen superbè vestitas, reliquis etiam rebus necessariis largiter instruxit; cum verò linguæ ocuis imparetur theoninæ, impiò è quæstu grande peculium filiabus obvenit. Dolebat iterum, post inopiam prodigiôsè sublatam, tantam infamiam notam sibi ac prolibus suis accrescere; iteratò proinde ad Virgines vagas, ad Matrem filia confugiebant, Virgini Matri publicam infamiam quæstæ: mox iterum auditæ preces; in conspectu totius urbis duo Abigari è cœlo defluxère, ac manibus splendidas coronas gestarunt, clamantes & cantantes: hæc ferta vobis in testimonium illibatae virginitatis vestrae ex alto mittit Maria JESU & vestra Mater; cum dicta ferta virginum capitibus imponebant, mox se iterum mortalibus oculis inducentes, magnam simul Deiparæ venerationem & ambarum virginum æstimationem in animis civium reliquerunt, ad perennem tantæ benedictionis desuper lapsæ memoriam duo Cœnobîa erecta sunt, in quibus hæc duæ virginum Gemmæ conderentur. Ita ter benedicta Dei Mater dotare novit & præmiari numerosas laudes Deo ac Deiparæ suas.

H.  
Pœnæ Ma-  
riæ masti-  
gibus de-  
cretæ,

Hæc prodigiò plena binis Virginibus exhibita de cœlo gratia omnia ac singulos inflectat, ut cum Angelo, cum Elisabetha, & cum S. Mariæ Ecclesia super omnes benedictam Virginem laudent, celebrent, prædicent, salutent, & vicissim spondeo, juro, benedictionibus tam sacris quam profanis à Deo ac Deipara replebuntur. Gratiis hisce frui poterunt omnes qui vel hodie meritis laudibus Deiparam extollunt; caveant è contra pro benedictionibus quamcunque notam Matri Virgini affricare cogitandum.

tendunt, ne in vicem protritæ aut explosæ benedictionis Mariana vel acerbam in vivis, vel stygiam post fata maledictionem, tanquam sceleris prævio justè irrogatum talionem reportent. Coronidis locò per exemplorum Duodecadem ostendo, quid tam enormibus ausis lucentur Mariæ-mastyges.

Exemplorum duodecade  
probantur.

I. Statuit ille cum S. Pet. Mart. contra Deiparæ cultum palam disputare; at vix primum contra Dei Matrem syllogismum evomuit, repetere jussus, quod dixit ita obmutuit, ut nec verbum ultra proferre posset teste (20) Antonio.

(20) S. Anton. p. 3.

II. Detonuit ex alto in Rosentalensem Deiparam prodigiis illustrem horridam crisin Rabula, & repente mortuus concidit, prout Atlas recitat (21) Marianus.

(21) Act. Mar. f. 268.

III. Erat Heliopoli Phœnicia oppido Mimus quidam Gajanus nomine, qui publice in theatro lusum exhibuit Deiparæ probrosum Moscho (22) teste. Apparuit ei S. Mater his eum affata: *Noli animam tuam ledere!* cum autem in uberiores sannas spurium os effunderet rursus ei Deipara apparuit dicta reiterans, *noli animam tuam ledere!* cum nec secundo monitus respiceret, Virgo tertium apparuit dormienti, & nihil ultra loquens pedes ejus digitò signavit. Somnò solutus se utroque pede truncatum vidit. Ita vel ictus sapere debuit. Minus si truncus fuisset, nunquam ita truncatus esset.

(22) Mosch. in prat. c. 47.

IV. Simile quid Niceph. (23) narrat. Parabant fortè Sybariticum in popina convivium efferi combibones, in quo cum Matrem Dei turpibus sannis profcinderent, visus est Deus tot probra dissimulare, donec mensa solveretur; hæc solutâ, nullus lares suos attigit, multò antè blasphemis lurconibus casuali fato in popina & in via extinctis. Restabat caupo, cujus in ædibus tot erat blasphemis indultum; is cum nostris à Sacris alienus non esset, aliorum tamen fatò territus timuit sequiora, ne pari malo plecteretur anxius; evasit quidem mortem, sed quia locum dedit blasphemis, etiam poenas dedit peccaminosa tolerantia, sed mitiores. Noctu dormienti Mater Dei in somnis visa est assistere, cui an se nosset percontanti cum annueret, convitiarum enormitatem in memoriam reduxit cum crisi, quòd suis sub tectis blasphemos tolerasset. Petiit caupo veniam, rogans obsecrans, ne tam propera morte mulctaretur; annuit votis Virgo, sed alias eum poenas sceleris tolerati daturam prædixit; mox vimine manu gestato genia cauponis percussit & disparuit. Excussò somnò membra vimine tacta reliquo à corpore visa sunt segregata, recentè adhuc sanguine fluida. Sic in publicum productus justum

(23) Nicephor. l. 18. hist. c. 33.

supplicium palam exhibuit. Deum bonum! hâc poenâ hodie blasphemii aut blasphemantium toleratores plectantur, quot ubique locorum informes trunci jacerent?

V. Recentius est, quod sequitur. Annus seculi hujus volvetur decimus nonus, cum nauatâ à piratis in mari spoliati ac lembo impositi ad suos dimissi, ad insulam *Clere* appulerant; facta excensione ostiarii eleemosynam corrogabant. Sic fortè ad verbi Calvinistici Verberorum aedes delati, ea nocte tectò excipi rogabant; at cum ocuis ceu fures latrones exesse juberentur, unus ex misellis has in voces erupit: *Jesus Maria, mi domine, tales non sumus, quales nos esse insimulat. Vix ha SS. Nomina ore protulit, mox irâ percitus blatero reposuit: ite ad bellillam vestram luridi Papistâ! hæc per vos invocata vos hospitio recipiet. Turpem repulsam passi abierunt, & sub dio ad templi vultu pernoctabant. Interim benè cenatus cubitum ivit blatero, at mox mortuus est repertus, non in molli lecto suo decumbens, sed in harum*

(24) Lyraeus in Trifag. l. 2. mod. 22.

(25) Bagatta in Mac. & Micr. l. 6. c. 1. p. 2.

(26) Lipsius in Virg. Hal.

(27) Cornelius in Levitic. c. 24.

porcarium lintrem per scalas abreptus. Sic (24) Lyraeus. Eant modo reprobi Mariæ-mastyges, & in Virginem ter benedictam cacochymum probra despument, exitum vitæ pariter sortientur maledictum. VI. Juvenis ille, de quo (25) Bagatta, vix turpem dicam in Dei lintrem evomuit, cum socio nobili in contentionem delapsus est & delirium, ubi vibrato ictu os sacrilegum gladiò sodes confixit, ut humanus sus conideret, cur fauces ferrum irruit? ut recentem maledicentiam Justitia plecteret divina.

VII. In Belgio Halensis Virgo prodigiis clara celebratur, quam Lipsius (26) calamo suo illustravit, alia inter refert, cum Oliverius Tempelius Batavus Halas irrueret, Joannem Sibick militem ejus jactare autum esse, se mulierculæ Halensi (sic Deiparam ludebat) nares amputaturum. Necdum quadrans difluxit, plumbea glande sibi nasum abscidit, risumque movit fociis, qui sæpius eum Halam usque ad repetendum nasum ablegabant.

VIII. Graviorem contumeliam eadem in oppugnatione gravissimè Risflmanus; miles iste Statuam Halensem focò penitus cremare constituit, urbem si ceperit Tempelius; paulò post grandioris tonitru globò secundum os impium pulsatus, animam scelestam ardenti pulvere consumptus evomuit.

IX. Alius equum habuit cacutientem, ut Cornel. (27) refert, quæ cum in Sichein locum Deiparæ Sacrum adduxisset, alta voce intonuit blasphemus lurco: Audi Marilla (sic per sarcasum Deiparam munit)

pabat) si quid potes, equo huic meo visum restitue. Dictum factum; equus visum recepit, eques visum perdidit. Sic ludi, sic plecti vult Virginis intemerata reprobos lufores Divina Themis.

X. Aliâ pœnâ os impudens puerperæ in Hollandia contudere visa est Suprema Nemesis; illa cum partu suo laboraret, una ex feminis puerperam monuit, Deiparam imploraret, dolores certò mitigandos. Ad quæ mox illa: quid mihi seropham occinis? apage seropham! vix vomuit blasphemiam, partu soluta, nigerrimas fuculas peperit paulò post doloribus & rancoribus confecta, Lindano (28) teste.

XI. In urbe Zamossa, prout perhibet (29) Bonifacius, fuit Anno 1600. matrona quædam genere quidem nobilis, sed hæretica; hæc cum ipso annuntiata Virginis festo die in villam suam proficisci pararet, domestici verò ex festi etiam Scripturæ inserti sanctitate modis omnibus iter dissuaderent, interpellatione graviter offensa ipsam Matrem Dei probris impetere cœpit, ei se sanctitate parem esse palam jactare audita. Monitis itaque insuper habitis ad villam egressa est importuna mulier. Restabat etiamnum modica via, en equi fixis vestigiis hædere, neque ullis se modis ad prosequendum iter accingere. Ita mulier ex rheda profiliit, & dum equi starent immobiles, nonnihil à via deflexit, ut naturæ consuleret; interim validus turbo humi fudit feminam & faciem blasphemæ in egestas corporis sordes impegit, ubi etiam ore sacrilego facibus coinquinato, post ingentes clamores spurcam animam eructavit.

XII. Cùm artifex ille statuam ligneam D. Virginis elaboraret, & ex ipso vicinûs joci gratia quæreret, quandonam primum esset miraculum patratûra, jocum joco reposuit dixitque, quando mihi bina cornua ex capite prodibunt. His dictis repente cornutus apparuit blasphemus artifex, fecitque initium colendæ statuæ, ut memorat (30) Nürnbergius.

En promissam Duodecadem, quâ utique ad oculum ostenditur quo cum periculo toties benedicta Mater Dei maledicentiæ spiculis petatur. Ut plurimum in caput recidunt jaculantis. Qui se tanti sceleris reos sciunt, ocius respiscant, certi de gloria, si gloriam Deo dederint & integerrimæ Matri ejus. Tot exemplis sapere docti,

*Discant justitiam monti, neque temere Divam!*

*Discant Partheniam Matrem redamare Mariam!*

Amen.

CON,

(28) Guil.  
Lindanus  
in Apol.  
pro Cath.  
Relig. c. 11.  
(29) Joan.  
Bonif. in  
hist. Virg.  
l. 5. c. 2.

(30) Zuseb.  
Nirnb. in  
Troph.  
Mar. l. 6.  
c. 76.



CONCIO XXVI.  
FESTVM S. MARIE MAGDA-  
LENÆ.

*Stans retrò secus pedes ejus Ec. Luc. 7.*

Color optimus.



Ueritur hodie inter Physiognomistas, quis hominis opti-  
mus, quis pessimus sit color AA. Est autem ternos in  
colores disceptatio, album, nigrum, & purpureum. Al-  
bus faciei color pituitæ abundantiam, & humorum argu-  
affluxum; quæ causa est, cur femina præ viris albedine

& viros albiores ipse Aristoteles dicat viros effaminatos; timoris res-  
pe signum præbet color albus ex natura sua; cum enim pituitæ copia  
hominem reddat frigidum, unâ quoque timidum facit ob defectum im-  
rituum, qui ex se fortitudinem progenerant & animositatem. Virgilia

(1) Virg in  
Georg.

A.  
Aliter de  
coloribus  
Physiologi  
disputant,  
aliter The-  
ologi &  
Astræ.

de albis equis malè (1) pronuntiat: *Color est deterrimus illis.* Et verò  
versim loquendo, Naturalista physici multâ experientiâ docti passim ha-  
stenus observârunt, alba animalia ut plurimum pejora esse, nigris, neque

adeò generosa & robusta esse quàm nigra sint animalia. Ova certe  
nigris à gallinis edita, tanquam melius excocta, plus semper suavitatis

exhibere creduntur testibus Bertis, & ad focum sudantibus Camillis. Co-  
lor adeò pallidus & albus quoad naturam semper extitit illaudatus, timor

nota, & indolis femininæ characteristicæ; mysticè tamen & moralitè  
si loquamur, alium sibi sensum vendicat color albus, prout max dice-  
tur. Subniger color vel ex melancholia oritur, vel ex adusta bile, &

(2) Horat.  
Serm. l. 1.

Sat. 4.

(3) Mart.  
l. 12, ep. 54.

hem passim affricat gestanti, Poëta (2) teste:

*Hic niger est, hunc tu Romane caveto.*

& (3) Martialis:

*Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus:  
Rem magnam præstas, Zolle, si bonus es.*

Rufus color oritur à prædominantia bilis & cholera; hinc ruber or-  
audax esse creditur & astutus, inconstans, proteus & versatilis. Color  
flammeus

flammeus & impensè rubeus Aristoteli propensionem signat in maniam, quia caloris prædominium importat; est adeò solitariè sumptus color iste grandibus navis & periculis subiectus. Ita quidem de hac colorum triade naturales Physiologi loquuntur, at verò alia longè sententia mystico & morali sensu danda est. Ut sic omnes hi colores probi sunt & laude sua dignissimi. Album colorem ipsi spiritus Angelici ac pii Cœlites commendant; quoties enim se in assumpto corpore spectandos exhibent terriculis, se albis vestibus splendidos repræsentant. Ipsa Ecclesia in Sacrificiis Deo immolandis non nisi albis & candicantibus utitur vestimentis. Nos inter Candidus hodie passim sumitur pro puro, sincero, & minimè fucato homine. Sic Horat. (4) *Albi nostrorum ser-* monum *candide iudex.* Color rubeus tanquam gloriosus & victoriosus color ipso à Christo & vestibus ejus celebratur per (5) Isaiam & Apoc. (6) Joannem, quibus è locis Fridericus (7) Nausea suo in Ca- techismo deduxit, Christum in veste rubra & purpurea etiam cœlos Victorem conscendisse; hic certè color heroicis Martyribus competit, sicut candidus Virginibus. Nigricans in Script. non vitiis sed virtutibus adscribitur, & inter animi decora numeratur. Ita pridem de se Virgo Mater sensu accommodatitio notum illud (8) Cant. explicuit: *Nigra sum* sed *formosa.* Rationem si petas, tota in Solem Justitiæ conjicietur, quia decoloravit me Sol inumbrando scil. & humiliando; Dei nempe Filius præviò exemplò suò fuscum colorem Deiparæ indidit, ut fidenter asserat (9) Bernardus: *Nigredo est, sed forma simul & similitudo Dei.* *Non habuit Virgo Mater se purificandi ullam causam, sed nunquid Filio ejus opte erat circumcisio?* Vult dicere S. P. eadem ratio, quæ Christum compulit, ut admitteret circumcisionem, Matrem quoque induxit, ut omnium purissima se purificari pateretur, studio & amore unius humilitatis, non reformidans tritæ ac peccaminosæ mulieris formam, sicut nec Christus peccatoris umbram repudiavit. Hanc ut nigredinem Deiparæ adstrueret, toto eam Sermonè festò Purificationis illustravit. Non est proinde, quòd huic nigredini ulterius hæreamus. Ad priores redeo, & si de colorum præstantia mea quoque sententia exquiratur, dico, opte color candidus rubro sit commixtus. Quid rei, quid nominis mixtus iste color involvat, docebit Magdalena præsentis diei Patrona. Attendite. Unò eoque solidò argumentò assertum probo, optimum sc. Colorem esse candido-rubrum aut rubro-candidum. Color iste candi-ruber

E e

pro-

B.

Albus color est cœlicus color & ecclesiasticus.

(4) Horat. 1. Epist.

(5) Isa. 63.

(6) Apoc. 10.

(7) Frider.

Nausea in

Catech.

c. 36.

(8) Cant. 5.

C.

Rubeus

gloriæ fe-

rax.

(9) S. Bern.

Serm. 25.

in Cant.

D.

Niger in-

dex humi-

litate.

E.

Sensu reali

ac mystico

color opti-

mus est ru-

bro-candi-

cus, ex u-

troq; mix-

tus, quia

Divini æ-

mulus.

proximo gradu Deum attingit, ergo dici meretur omnium præstantissimus, quia divini æmulus color est. Rei hujus clarum extat specimen in Cant. (10) ubi Sponsa Sponsi elogia extollit, quia candidus simul et rubore mixtus est: *Dilectus meus candidus & rubicundus*. Nicephoro teste (11) candidubri coloris Christus extitit *speciosus formâ præ sui* (12) *hominum*. Nysseno auctore (13) candidus erat ob candidam carnem, rubicundus ob purpureum sanguinem undique purissimum. Itali ex sensu: at verò moralem ac mysticum sensum captando, candidus idem Christus est ob innocentiae puritatem & omnigenam sanctitatis splendorem, rubicundus ob passionem, quâ proprio erat sanguine purpuratus, juxta illud: *Quis est iste, (14) qui venit de Edom tinctus vestitus in Bosra? iste formosus in stola sua* &c. Quare ergo rubrum est vestimentum tuum? Sic S. Hier. Esaiam explicat, qui etiam addit, candidum obici à virginitate, rubicundum à passione. Color ergo ex albo & ex rubro commixtus color est divinus, & illius æmulus, quem Deus-Homo præ se tulit, ergo omnium præstantissimus, quia proximè attingit divinum. Opt. AA. mens nobis est æmulari charismata nobis è celo exorbita, ante omnia suaserim, ut animis nostris & præcordiis veri nominis purpuram ac Deo dignam rubedinem conciliemus; hanc obtentâ, candidor sequetur, Superis amicus color. Scimus nil inquinatum candido recipi; vel modica labes cœlo excludit fordidam mentem. Undique candida sit anima cœlis destinata; hunc candorem solidè per ruborem & verecundiam assequemur. *A verecundia, vitæ melioris fundamina dant* vult Bernardus (15) *hæc una eodem (16) Authore, testis est innocentie continentie soror, gloria conscientie, fame custodia* &c. *malorum omnium expunctrix, virtutum omnium propugnatrix*. Hanc retentâ, lucis æternæ candidor comparabitur; hanc perditâ quasi excusâ frânô in omnem peccandi licentiam præceptus homo agetur. *Illum ego peritisse credo, ut perit pudor, maxima fuit (17) Plauti, ita tamen vera, ut nulli unquam candori esse possit locus, ubi nullus est verecundie. Accidit proinde, ut in vicem propulsati candoris stygia fuligo succedat, terris atque cœli exosa.*

Sicut autem Vitruvio teste & experientia doctrice pro soli proprietate, aliud & aliud nomen, alium & alium colorem jam vivum, jam terredum purpura sortitur; hinc tot in classes distingui videas purpuram, ut alia sit Tyria, alia sit Getulica, alia iterum Coa, alia Oebalia, &c. mutuo enormiter diversa; ita sanè juxta Spiritus Sancti effatum alia re-

G.  
Hæc verecundia duplex est, bona, mala.

(10) Cant. 5.  
(11) Nicephor. l. 1. c. ult.  
(12) Ps. 44.  
(13) Nyss. hom. 13.  
(14) Isa. 63.  
F.  
Candorem cœlis cognatum per verecundiam assequimur.  
(15) S. Bernard. l. de Ord. Vit.  
(16) Idem Serm. 86. in Cant.  
(17) Plaut. in Bacch.

que alia est Verecundia, neque omnis candorem conciliat cœlis cognatum colorem. Duplicem Sirach (18) designat: *Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam*, seu quod idem fuerit, est boni ominis, est mali ominis Verecundia. Est verecundia trahens post se peccatum & gehennam; & est verecundia causans gratiam & gloriam sempiternam. Non omnis pudor aut rubedo sibi sociat niveum candorem. Bona datur & mala. Scimus damnatos grandi rubore suffundi in æternum; imo hinc eis gravissimum supplicium exoriri docet (19) S. Basilii, nemo tamen est, qui damnatorum verecundiam laudi adscribat. Habent etiam homines perversi, ut probè monet Rich. (20) Victor. verecundiam aliquam, sed utinam bona esset & ordinata; *Bona enim si esset, perversi non essent; perfectè si erubescerent, non tam facile peccatum committerent.* Post aliquot periodos iterum pravos rubores exagitat his verbis: *Nos sæpè plùs erubescimus sordidam vestem gestare quàm sordidam mentem circumferre; multos alios pudet in voce aut calamo barbarismum fecisse contra regulas Prisciani, quàm protulisse mendacium aut obscenam spurcitiem commississe contra regulam Christi; hi faciunt à se longè salutem*, memoratus ait Rich. erubescendum est, quia peccavimus, at cavendum est ne immanis pudor nos à perfecti nominis pœnitentia impediatur. Scimus, quàm grave onus à Christo, cùm Sacramentum pœnitentiæ institueret, cunctis seriò pœnitentibus Christianis impositum fuerit, ut nempe Clavibus subiciant Petrinis quævis letalia vel ore vel opere vel etiam corde tenus patrata. Et si fœda sint & probrosa, ingentique rubore personam fundant, celari tamen haud possunt, quibus per tempus copia datur, præsentis Numinis Vicario malè acta exponendi. Aliud remedium ad expianda scelera quæcunque mortifera non datur, præter memoratum; quod utique non est dubium, quin aliqui supra modum verecundi, vellent grandibus fortunis vel atrocibus suppliciis aut ipsa etiam morte redimere, si possent; sed Christo ita visum est, ut modò nec ulla contritio esse possit idonea sine mediis hujus usurpatione, si quidem sit in promptu ad manum, nec ipsum Martyrium (secula bona fide) possit Martyri peccatori ad maculæ letalis absterionem prodesse sine gravis peccati licet abditi depositione Sacerdoti facta, quia quæcunque retinet, retenta sunt, seu quæcunque non remittit, manent irremissa. Sic inquam Christo visum est, homini peccata non remittere, nisi seipsum prodatur, & prodendo se cruciet & divexet. Pro candore lucis æternæ pœnitentibus tribuendo

hunc pudorem exhomologesi proprium Deus exigit. Penitentia punitio est hæc verecundia, quam qui repudiat, totam pœnitentiam conculcat. In re certa, quæ fidei est assertio, nullos Patres allégo; ubique præstant innumeri. Nobis lex sufficiat, indis pensabilis non ab homine data, sed à Christo sancita, vi cuius hanc in horam Deus injunxit gravium & abditorum scelerum candidam & sinceram confessionem, & iis, qui hanc legem spreverint, æterna supplicia minatur. Hæc hæc confusio peccata peccatis addensat ac præcipitat in gehennam; quæ causa est, cur

(20) Greg. Nyss. in Pf. 6.

Greg. (20) Nyss. illa Davidis verba toties iteraret, *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me!* Noluit vir providus expectare, donec ex illo furore occultorum scelerum quæstionem Deus influeret, sed præoccupari suavit omnem Judicis iram per spontaneam scelerum depositionem seipsum per pœnitentiam puniendo, & occulta

H. quævis scelera sacro in Tribunali divulgando. Nemo itaque grave delictat publicare scelus, ut per hujus vitæ pudorem seculi futuri pudor gehennam, perennis ignominia evitetur. Utinam ah utinam dubitare possemus, an reproba hæc verecundia perfectæ confessionis eversiva, pariat gehennam; at verò hanc in rem Exempla præstant nimis multa, nimis lucuberrata, quæ omne dubium averruncant. Dantur pro dolor nimis quam multi, quibus pudor ille summè noxius exitium peperit & adhuc punitur sempiternum. Id tertiâ Dom. Quadrages. præsentis Tubæ testamur reddit Catharina, secularis ancilla; id nuper Festò S. Thomæ, suo cum damno sempiterno palam fassus est Pelagius avitam religionem proditoris; his hodie Monialem affocio pari rubore æternantibus fociis adjuccatam.

Erat forte nobilis & in speciem pia quædam Matrona, quæ mariti vitâ functò, grandes inter fortunas libertatis plenariæ aucupio fruebatur, prout S. recitat Antoninus (21). Nil poterat exitiosius accidere, quam vitæ omnimoda libertas densis opibus coronata. Binis hisce illicis suis tandem in casses præsentem Bertam Orcus devolvit. Vidit eam effron-

(21) S. Antonin. 2. p. tit. 9. c. 9. §. 3.

I. Probatur memora-bili exem-plò.

I. juvenis, & formâ captus, omnem movit lapidem, ut mutuis amorem divitem viduam irretiret. Iterum iterumque repulsam passus, iterum iterumque aleam tentavit, donec imbellem vinceret; ita quam omnes flecti ferream credebant, tandem sui ac Dei sui oblita pravus proci cupediis locum præbuit. Vix gravi se crimine obstrinxit, oculus inficans conscientia tumultuari cepit, & cum ab uno in alterum scelus laberetur, brevi factum est, ut ei omnis oratio, abstinentia & ele-

Hist.

mosyna desiperet. Reclè à Patribus passim *abominatio desolationis*, luxuria nuncupatur. Rationem hujus pridem dedit Hussæus (22) Va- (22) Job. 31.  
 tes: *Omnia gemina eradicat*, omnia virtutum germina libido exterminat. Sanctum pudorem abiecit cum peccaret, reprobum pudorem assumpsit, cum ad poenitentiam stimulante conscientia urgeretur. Adiit multoties sacrum Tribunal, etiam Angelorum Mensam, à se tamen nunquam potuit obtinere, ut peccatum toties commissum in aures Sacerdotis deponeret. Erubuit quidem ad patratum scelus, ita tamen, ut quod patrare in conspectu Dei non erubuit, confiteri erubesceret, confusione correpta, quæ peccatum pareret & gehennam. Hac in malitia perdurans eam in sententiam undique pravam se passa est devolvi, ut crederet, spurcam libidinem aliis poenitentia operibus elui posse & expiari; dedit adeò largas elemosynas, & jejuniis corpus exercuit, sed cui bono? ut tanquam Orci martyrem stygii alastores riderent; tandem, quod amplius, hac etiam cum spurcitie semper in confessione suppressa Cœnobio inserta est, ubi pariter pluribus annis inter præcordia tetrum virus circumtulit, ita quidem, ut ob accuratam legum observantiam hanc tanquam cœlò lapsam sorores omnes suspicerent, & sanctimonia famâ conspicuam tandem etiam in Abbatissam eligerent. Monuit tot annis refractariam ter clemens Deus, ut seriò animos purgaret, & posito hominum respectu reprobum pudorem triumpharet. Animam lucraturus, morbum letalem misit Abbatissæ, ut vel in ultimo mortis articulo respisceret, ac Deo suo ex integro reuniretur. A mediis deposita, Sacra quidem ultima ritu catholico pro forma pi-entissimè recepit sed unâ sacrilegè, peccatò illò impiè semper resorpto. Raro in agone ad cor revertunt per poenitentiam undique perfectam, qui pluribus ab annis ad ultimum ut sic vitæ diferunt correctionem. Qualis vita finis ita. Consuetudo toties practicata naturam induit, quam ægerrimè ponunt moribundi. Videbatur Antislita contra Orcum ritè præmunita, ad aternitatis iter optimè comparata, sed videbatur. Decepit omnes lacrimabunda pietas & dignitas morientis. Juxta ea, quæ oculis patebant humanis, poterant jure omnes lectulo affusa vota concipere: *Moriatur anima mea (23) morte justorum!* ah uti- (23) Numm 23.  
 nam mihi quoque datum esset tam pia tam sancta morte defungi! sed alia ex Orbe altero judicium hausit soror illa, quæ paulo ante obitum rogabat, ut si Deo probaretur post mortem vitæ alterius statum consoriorii suæ describeret. Condixit & sua cum fornicatione per noxium pudorem

(24) Ka. 3.

dorem tumulo illata mortem oppetiit tanta cum sanctimonia, ut multa crederent, antequam tumulo committeretur, prodigiis a Deo interis coronandam. At vero dixerim hic loci, quod ibi locorum palma Sacer vates (24) intonuit: *Popule, qui te beatam dicunt, ipsi te decipiunt.* O Antistita! O Abbatisa! quotquot te beatam predicant, toto cœli aberrant! alia iudicia cœcutiens mundus, alia omniscius Iudex iudicat. Altera nocte cum Soror illa mortuæ familiaris nota precibus in choro vacaret sola, grandem audiit tumultum in vicinia excitari, unum spectrum vidit horridum tremulis ejulatibus aures & auram flagellans; hæsit primito ad informes questus attonita precatrix, inde animo resumpto cœlitus confortata, monstrum compellabat, quis esset, & quid chororum Deo sacrum irrueret, infestaret? cui mox umbra hunc in morem respondit: Sum ego claustrum huius Antistita heri non in Domino sed in dæmone defuncta, nunc æternis Erebi tenebris damnata. Horum quasi fulmine tacta Soror, cum triste nuntium ex præsentis spectro hauriret: hæccine Antistita sit nostra (ita secum timidè illa & subdubitante) sic sine stygios intra focos nostra ardeat abbatisa, quæ vitam vixit tot annis rigidam, austeram, omnis Sanctimonie titulo illustrem? ita sine reposuit umbra, & una causam explicuit fulminatæ damnationis: cum adhuc in seculo viduam agerem lapsa sum in fornicationem cum agerem proco, inde noxius pudor animum corripuit, ut scelus in tumultum usque tacerem; à me enim tantum obtinere nunquam potui prædominante verecundia, ut scelus illud clavibus subijcerem. Sic vixi & perii æternum. Hæc sororibus nuntia & dic eis ut pro me nullas ultra preces effundant. Salus mea æternum conclamata est. Sic repetitos inter tumultus & enormes ululatus videri desinit, & totam viciniam faberrimo timore complevit.

Hem AA. quot malis animum obruat stygius pudor ille quem ægitamus! invehit confusionem æviternam; importat laciniationem perpetuam, Deique beatifica privat visione. Stolidus pudor, qui obstruendo labiorum ostiò non permittit exire peccatum, cum aliud ostium non sit saluti apertum. Quæ vesania! non pudeat inquinatum abluì pudeat & expiari! prudentius egit, qui dixit, *labia mea non prohibebo* (25) domine tu scisti. Nos charismata sectamur à penitente Magdalena affatim exhibita. Vides hanc mulierem dictum habere nituit, hæc fictè. Illa post habito omni respectu & convivantium cum

(25) Pf. 39.

K.

Malæ verecundie videtrix erat Magdalena.

se ultrò per hominum cuneos cœnaculo intrusit, ubi novit Hospitem Medicum convivari. Illa ex sancta quadam verecundia Christum adiit, non antè, cum se divinissimo aspectu indignam esse crederet, sed retrò, illa, ut verbò dicam omnia, *viva fide, flamma charitate*, prout loquitur Aug. (26) *accessit ad Dominum immunda, ut rediret munda; accessit & (26) S. August. hom. 23. inter 50.* *gra, ut rediret sana; accessit confessa, ut rediret professa*, viva fide ac fiducia in Deum hominem animata, à quo credidit peccata dimitti flamma charitate in Christum succensa, humili verecundia presenti Deo subiecta, toto corde, ad Deum & Dominum suum conversa, & ab omni flagitio averfa, totis præcordiis contrita, lacrimarum fontibus irrorata, & omnibus veræ poenitentia signis instructa; idè meruit audire: remittuntur ei peccata sua, quia se palam veluti summam peccatricem ad Domini pedes abiecit, quia toto ex corde scelus doluit, crinibus & lacrimis intensissimum dolorem professa, quia nihil pravitatis presente Deo turpi peplo cooperuit, palam testata, se dignam non esse, quæ oculos subeat divinos, turpitudinum cumulò vix non oppressa, quia cum Deo candidè agebat & sincerè, corde simul & ore, verbo simul & factò, Deo suo intimè reconciliari desiderans; hæc contra, pravi nominis Antistita plus homini detulit quàm Deo; plus confessarium, pariter peccatorem reveritã quàm divinissimam Majestatem; plus sui nominis ac famæ quàm gloriæ divinæ studiosa, fateri erubuit, quæ non erubuit patrare; hæc Abbatissã cum Deo subdolè agebat & sacrilegè, perfidè, hypocriticè; hæc stygio pudore præcepta æta jure meruit æterna confusione confundi, quæ tantillum obsequium Deo dare renuit, ut sponte sua nocens ac rea calcato pudore scelus confiteretur, timens modicam sui confusionem coram unico spiritali Patre sufferendam, ut in fatali iudicio pro privata recipiat publicam & sempiternam coram mundo & Curia cœlesti univèrsa. Spondit Deus spontaneæ scelerum detectioni plenam remissionem, integram sanctificationem, & auxilia actualia oppidò copiosa; spondit ritè pudoratis poenitentibus, qui pravã verecundiã corde & ore proscripã, candidè flagitia profitentur, plenum nitorem, undè animæ prius deformissimæ splendidum decus recipiant, juxta illud Psaltis (27) oraculum: *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus. In quæ verba bellè Aug. (28) non dixit Deus pulchritudo & confessio, sed confessio & pulchritudo. Tædus es? confitere, ut fias pulcher. Peccator es? confitere, ut fias justus. Amas pulchritudinem? prius elige confessionem ut sequatur pulchritudo.* His verbis S. Pater nostrum hæcte-

L.  
Pœnitentium forma & patrona.

(27) Ps. 95.  
(28) S. August. in l. c.



hactenus assertum firmat, roborat, quod diximus, optimum colorem esse candi-rubrum, ita tamen, ut rubor sacramentalis seu pudica & sincera confessio lucis æternæ candorem promoveat, quem candorem male pudorati pœnitentes reprimunt, extinguunt, & in vicem stygiam nigredinem contrahunt, quam videmus hodie illam male pudibundam Antistitam contraxisse.

Claudo totum hunc sermonem nobili sententia ex melleo Patre huc (29) translata: *Neminem pudeat dicere, quod non puduit facere; quod si forte pudor est, uni peccatori peccata exponere, cogita, quid futurum in iudicii die, ubi omnibus exposita patebit conscientia tua.* Cur vultus hominum plûs revereris, quàm vultus angelorum? hæc confusio à Deo separata & procul omnes à cœlo profligat. Omnis spes veniæ ac misericordiæ vitæ in vera confessione subsistit. Simulata namque confessio non est confessio sed duplex confusio, adducens non gloriam sed pœnam, & interminabilem gehennam; excludit omnem Dei miserationem misericordiam simulatio. Humilis miseriæ compassionem sola provocat confessio; neque ulla tam gravis datur culpa, quam per puram confessionem notocius excipiat venia. Vitia ergo cordis tui & pravos cogitatus candidè manifesta, & pariter audies (30) *confessionem & decorem induisti*, qualem hodie induit pœnitens Magdalena pœnitentium Patrona luce immortalis gloriæ in cœlis irradiata, quam omnibus seriò pœnitentibus promptus est communicare ter clemens, ter misericors Deus.

Amen.



CON.

(29) S. Bernard. l. de interiore domo, c. 35.

CONCIO XXVII.  
FESTVM S. JACOBI,  
Apostoli.

Potestis bibere calicem? Matth. 20.

Ebrietatis probra.

**N**ihil tam sanctum est, quod hodie suis sordibus non affatim conspurcet improba mortalitas AA. Id præ aliis Evangelion probat hodiernum. Quærit hodie suis ex Apostolis Servator, *potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* his verbis tacite suos redarguit, qui hic & ibi esse ardebant gloriosi, per unicum saltum in altum eluctantes, gloriæ corollam sine prævio certamine ambientes. Mirum id nemini videtur, quia necdum Spiritu Sancto illustrati sunt ab alto. Dicere voluit Servator: Vos, ut video, totò cœlò aberratis; vos primas tantum cathedras & honorum trabas prensatis; vos ad mundi gloriam & delicias ambitiosè contenditis; ego verò aliam vobis viam sursum designo. Mihi credite, non est mollis ad astra via; illuc tendi debet per Crucem & Passionem; *Potestis bibere calicem?* Mecum prompti & parati estis mortem oppetere contumeliosam? hoc opus, hic labor est. Citatas voces perperam sumpserunt Apostoli, cum nescirent, quid proprie Calix ille loqueretur, nihil nempe nisi probra & convitia, compedes & catenas, morbos & infirmitates, virgas & flagella, gladios & romphœas, crucem & acerbissima mortis tormenta. Abutuntur iisdem vocibus hæc in horam quamplurimi tam in choro quam in foro: in Choro joviali cantu repeti audias à bibacibus Musicis; *possumus, possumus, po-po-possumus bi-bi-bibere*, ut palam omnibus innotescat, huic hominum generi idem esse *bibere* quod *vivere*. Repetuntur hæc tanto cum lepore, ut Auditorum ora largos in risus dissolvantur, quibus fecundi calices & spumantes cululli hac ludicra repetitione in perennem memoriam revocantur. Ita nempe Deus suis in templis ridetur; ita Ecclesia & Scriptura sacra exploditur. Alii hodie iisdem se vocibus ad exhauriendos calices mutuis hortatibus extimulant: *Potestis bibere calicem?* donec madidi pedes

A.  
Hodiernis  
Evangelii  
vocibus  
graviter  
abutuntur  
bibaces  
Musici &  
Choraulæ.

Ff  
ferre

**B.**  
 Profcindi-  
 tur iure o  
 primo abu-  
 sus iste, &  
 ebrietatis  
 probra  
 procla-  
 mantur;

ferre recufent nutantem truncum, & efranis procumbat humi bos. Ita Sanctus hodie Jacobus luditur, quem fcimus omni vino, omni carne, omni oleo, omnibus balneis, deliciis & mollioribus veltimentis abftinuilfe, pro Deo ac fide gloriofiffima morte confectum. Non patior ego tam turpem notam præfenti Fefto & Scripturæ oraculis undique divinis inuri; in hos itaq; temulentos lurcones vocem fimul & calamum stringere conftitui, ut fua currenti Fefto indemnitas falvetur. Eum in finem Ebrietatis probra unum fub afpectum locare cogito; erit fuffan unus aut alter qui ab ebrietatis infana confuetudine ad fobrietatis cafta fe conferat, & hoc mihi fatis eft, ut vocem cum calamo in hoc calicum heluones exonerem. Unum ab uno fructum fi retuleris, jam hoc ipfo credam, me oleum & operam non perdidiffe. Mordeant Ecclefiasten, ut ut velint, fiphones momi, caftro vulnera feriant abfentem. Ad bruta hæc fulmina pridem animus occubuit; ebriorum ronchos fortiter defpicio, exfibilò, conculco; mea neque omnium bono dicta, omnium faluti feripta, madidi popinones convillentur, mihi pro minimo erit, ut ab his lurconibus iudicer, aut ab humano die, quem toties bibuli gurguliones græcando exurunt. Omnium illorum calumniis pridem auri mea obfurdit. Pergo ego reboante bibonum lymphata cohorte fcelus profcindere falutis utriusque destructivam, animæ peftiferam, terris exitiofum, opum ac fortunarum decoctivum, famæ ac nominis maftativum, mille rixarum ac credium turpe incentivum, flagitorum omnium productivum, ipfius gehennæ accenforium fcelus, fcelus verè monftrofum, & diabolicum.

**C.**  
 Primò Cor-  
 poris & A-  
 nimæ fa-  
 lus everti-  
 tur per e-  
 brietatem,

Cùm homo corpore conftet & animò, nil prius, nil charius, nil fortius nil ferventius homo diligit, quàm fe ipfum; fervabit adeò totis exortibus corporis & animi fui incolumitatem, integram valetudinem, & fuum integritatem. Hæc corporis, hæc animi facta tefta incolumitatis, ficut bonorum temporalium fumma eft, ita ex ea tantò gravius, tantò deteftabilius efle diceretur vitium, quò tantum bonum profternum aut enormiter mutilatur. Quæ inde foli corpori profluant nocumta, experientia docet momentanea; quàm crudeles inde morbi progignantur, lippis notum eft & tonforibus; hinc ulcera oculorum, nervorum refolutio, ignita febres, tremulæ manus, cuprea facies, tubercula & podagræ pedes, mille convulfiones, pleuritides, apoplexia, lepra, paralyfis, capitis gravedo, tympanitis, & varii mortis repentinæ calus. Inde hoc hominum genus inter biotanos feu, fui carnifices locat Medici, quia vitam fibimetipfis mutilant, & interitum præmaturum

sibi ultrò accelerant bibones, Nestoris canitiem superaturi, si sobrietatem coluissent. At verò cum tot & tanta corporis mala ebrietatem sequantur, quæ vesania fuerit, hanc malorum iliadem tam indulgenter nos inter hanc in horam tolerari, tam molliter foveri, & tantò studiò passim in perniciem vitæ humanæ educari.

Quantùm corpori officiat, quantùm obsit valetudini, obiter diximus; sed non minùs animum nostrum, quò verè ac solidè homines sumus, impudens Ebrietas infestat. Teste Orig. (1) *corpus simul cum anima per ebrietatem corrumpitur, spiritus pariter cum carne per ebrietatem vitatur.* Teste Bonav. (2) *aufert officium membrorum, usum sensuum perfundat, ingenium obnubilat, rationem contumulat, rerumque omnium tollit cognitionem exitiosa ebrietas, gratià Dei, qui animæ vitæ est, totum hominem spoliat, ac spiritum Dei capaxem in latibulum mutat avernalium demoniorum.* De hominis anima pridem, dixit (3) Deus per Psalmistam: *hec (3) Ps. 131. requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam;* hinc tricuspidatum est pectus nostrum, ut illud Pauli (4) verificetur; *Templum Dei sanctum, quod estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis;* Quin tota SSS. Trinitas hoc sibi domicilium tanquam proprium vendicat, cor nostrum, animam nostram; at hinc Deum Deique gratiam exturbant efferi gulones; tot demonia, quot peccata in hoc templum deferunt heluones. Sic ipse Servator contra hos lurcones enunciat (5) *cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem & non invenit.* Ubi ergò requiem tandem reperit turpis Acheron? in undosis, in madidis bibonum & siphonum locis; huc tendit nequam spiritus, & septem alios se nequiores socios adducit, ut macent & perdant, ut destruant & trucident, seu morte nunquam moritura animam auræ divinæ particulam extinguant; quin imò tantà ultrò vesaniã reprobis bibones laborant, ut pro modica oris & palati voluptatula, pro haulu herculano, animam totam toto terrarum orbe millies pretiosorem, tantis sudoribus à Christo reparatam animam Orco vendant æterna siti cruciandam, eamque crudelissimo tyranno transcribant interminabilibus pœnis dilacerandam. O quæ stultitia! *Tenant tympanum & cytharam; crateras magnos statuunt & vina coronant, & in puncto (6) ad inferna descendunt.*

(1) Orig.

hc. m. 7.

in Levit.

(2) S. Bonavent.

in Pf. 35.

(3) Ps. 131.

(4) 1. Cor.

3.

(5) Matth.

12.

(6) Job. 21.

*Corporis atq; animi subvertunt pocula dotes,  
Et faciunt ambos sub Phlegetonte mori.*

Ubi juxta Script. oracula, *Ignis & sulphur & spiritus procellarium pars (7) calicis eorum.* Hos & alios sulphureos ac piceos Orco calices pridem (7) Pf. 106.

Ff 2

omni-

- (8) Isā. 5. omnibus lurconibus Deus intentavit per (8) Isaiam: *Vae qui mane co-  
surgitis ad ebrietatem sectandam! Vae qui potentes estis ad bibendum vinum,  
& viri fortes ad miscendam ebrietatem! vae ebriis Ephraim!* Ubi locorum  
alteri vae intonat Script. ibi juxta Cornelium Jansenium Orci tormenta  
(9) Jer. 25. intentat. *Bibite & inebriamini & vomite* (9) o reprobi heluones!  
(10) Amos *detis & non resurgetis.* Amos (10) teste.

8.  
Casum unum vel alterum obiter libemus, inde ad alia ebrietatis  
probra moturi. Scribit Aeneas Sylvius (11) Alexandrum ex Moravia  
(11) Aen. Ducibus oriundum, D. Stephani Viennæ olim Præpositum, profliga-  
Sylv. l. 1. tissimæ temulentia virum, crapulâ subito confectum mortem oppo-  
de reb. tuisse, cui cum exequiarum diem tricesimum tum Ecclesiæ Canonici, tum  
gest. Al- alii plures nobilitate conspicui hospites celebrarent, Sacerdos quidam  
phonfi. D. Præpositi Sacellanus in vinariam cellam descendit, ubi Alexandrum mo-  
Probatur ter dolia obambulantem, horridâ se formâ vidisse juramentò afferens  
exemplis. Hist. Arguat inde qui volet, quid maximè lucris suis ex computationibus his  
Præpositus post fata in denso strepitu obita retulerit. Plus horrores

(12) S. Cæ cutiat Cæfarius (12) qui sequentia commemorat: fuit in Archiducibus  
farius l. 12. Coloniensi miles quidam nomine Rudingerus; hic temulentia ita deli-  
hist. mem. tus erat, ut vix diem abire pateretur, quâ non alteris etiam vicibus  
6. 41. pulam edormiret, eamque iterum contraheret. Accivit tandem ha-  
barbara ingluvie ipsam mortem; jam proximus erat fato, en filia patris  
rogavit, ut intra triginta dies se visendum daret, & alterius mundi libe-  
tum exponeret. Condixit, & paulò post cum sanguinis vomitu vitam  
fudit. Necdum deni abibant soles, jam se visendum filia patris pre-  
buit temulentus, formâ horridâ, semisflammea & undique tumigata,  
manu sua grandem cantarum ostentans, his filiam suam affatus: en be-  
lum parentem tuum tetra styge damnatum! hoc vase potus meus ex-  
ac sulphure confectus concluditur, æternum à me potandus, & nullo  
unquam ævò epotandus; quibus dictis mox evanuit, & filiam jam cre-  
felinis asuetam docuit saniora. Ex his patet, vae sempiternum abeo-  
tum esse à Justitia Divina ebriosis. Sed aliò pergamus, & sceleris hujus  
probra enumeremus.

Hist.  
E. Flagitiorum omnium productivum est Seminarium ebrietas: hoc  
enim omnibus peccatis ansam porrigit: hæc omnibus pravitatibus rele-  
rat fenestram. Sicubi locorum nullum pedem figere possit procax im-  
pudicitia, illuc certe temulentia obsequio coloniam ducet decumana pro-  
vitas. *Sedit populus manducare & hibernare & surrexerunt* (12) *judicium*  
(12) Exod quit Exodus. Lusus mille furta dicitur & rapinas, mille perjuria patris  
32. & bla-

Secundò  
parit om-  
nis gene-  
ris flagi-  
tia.  
(12) Exod  
32.

& blasphemias. Lusum excipit chorea, choream idololatria, ob quam tot millia uno die victimantur, prout locò memoratur recitatio divo Ambrosio (13) *nullum est tam execrabile vitium, in quod non precipitet e-* (13) S. Am-  
*brietas; binc ira & fornicatio oriuntur; tunc impudicus morbum proficitur* brosi. l. de  
*publicat; tunc petulans nec linguam nec manum cohibet; erisile insolenti su-* Elia & je-  
*perbia, sevo crudelitas, livido malignitas; omne vitium grassatur & prodi-* Jun. c. 12.  
*tur.* Augustino teste (14) temulentus patrem occidit, matrem prægnan- (14) S. Au-  
 tem per vim oppressit, duas Sorores efrontibus ausis usque ad mortem gust. Serm.  
 faucivavit. Da ebrium, da temulentum, & nullum erit vitium, quod non 33. ad frat.  
 unâ ei fidelia imputes & adscribas. Adulterum si dixeris & luxuriosum. in crem.  
 Idem multò antè dixit Hier. (15) *Nunquam ego ebrium hominem casum* (15) S. Hie-  
*putabo.* Furem si dixeris & aris alieni depeculatore, pauperum san- ron. ep. ad  
 guifugam, idem multò antè palam questus est Ludov. (16) Granat. his Ocean.  
 verbis: *Sitis pauperum hodie in delicias vertitur, & in temulentiam poten-* (16) Lud.  
*tum.* *Si decoctis in taberna fortunis, nullum per fas peculium suppetit, per* Gran. in  
*nefas corraditur, ut procax gula exsaturetur &c.* Nullibi frequentius Duc. pec-  
 Deus ac Superi blasphemantur, quàm ubi ebrietas baubatur. Nullibi car. p. 1.  
 proterviùs innocentia fama mactatur, quàm ubi pedem fixit averna- c. 8.  
 lis ebrietas. Nullibi tot lites & jurgia, tot cædes & vulnera addensari videas, quam ubi malorum facunda ebrietas sæpe ob lanam caprinam vel asini umbram bilem inflammat; cum enim quævis temerè effutiat temulentus, nil cogitans, nil curans, quis voce lædatur, quis dideridò ferriatur, ocuis accidit, ut alter vitio vertat gravissimo assertum, vim vi repellat, dictumque contumeliosum in authorem suum refundat, quare utrinque crabrones irritantur, & mutua convitia punctim cæsim evibrantur; ubi semper erunt, qui gladiò ignes fodiant, quos rectius sopirent, ut tandem post uberes minas ultrò citroque jactatas, ipsi etiam pugni expediantur, ipsi vectes & baculi raptentur, ipsi pugiones & gladii evaginentur, ipsæ bombardæ in vicinum exonerentur, & funera funeribus accumulentur. In re obvia exemplis opus non est. Nostros inter germanos propinones hæc pœnè sunt quotidiana; nec facile una hodie prostat taberna, quæ hujusmodi certamina & prælia verè cruenta, cædes & vulnera non sit multoties experta. Sunt alii qui quidem in popina cum nullo litigant, at ubi proprios lares atrectant, tum ocuis visio burse vacuò exorbitant, & nunc totam lucri dilapidati jacturam in servum aut ancillam, nunc in liberos aut uxoreulam præcipitant. Est, qui culpam in herum refundat! obvia quævis arreptat, & in labis puros evibrat temulentus; ita multoties fuga captatur, & densiores tenebræ

vestigantur; quibus se domestici occultent, dum cholera cum crapula defervescat. Has furias crapulae inesse, eminus vidit antiquitas; haec de causa, ut recitat Diodorus, Bacchum veteres pinxerunt, manu thyrsum gestantem non sine mysterio; cum enim nimio Baccho madidi, crebris litibus contendant, se mutuo baculis depalment, telis configant, se saepe occidant, cavebant, ne inter bibendum ullis armis uterentur, se baculis è thyrsis, quorum è plagis nullum vitae periculum oriretur. Bella lex, modo ea quoque hoc avo vigeret; sic certe mala plurima, caedes, homicidia tollerentur, una ebrii palam suo thyrsi symbolo ostenderent, se vesania laborare ultra naturam heluando, & quod optimum est in homine, totam rationem contumulando, ut jam non inter homines homo ebrius censeatur, sed rectius brutis annumeretur. desipere certus, si temulentiae suae immoriatur. Haecenus dicta ebrios puniunt, qua privatos & solitarie sumptos. Est autem tot malorum pestilens lerna ebrietas, ut sui venenum etiam in regna & respublicas, in urbes & in oppida transfundat. Bonum est diffusivum sui, parum est philosophica; at vero malum quoque suam, qua pollet, in obvios pro-

- F.** est philosophica; at vero malum quoque suam, qua pollet, in obvios pro-
- Populi Rectores hoc scelus plebs & extirpent.
- vitatem eructat, tunc maxime cum ipsi Reipubl. primores impulerunt, urbem pererrare temulentos. Pittacus Mytilenaeus duplicem poenam mulctari voluit ebrios, ut formidine supplicii crapulam promptam evitarent. Hic ego jure redarguam licentiosam indulgentiam, quam praesim Reipublicae Summates ebrios tolerant gulones, quorum tamen vitium nil est aliud quam iustitiam visere & popinas, aleis ludere, otiari, epulari & graecari, unde infinita totam in urbem aut rempublicam damnantur, bonorum dilapidatio, enormes blasphemiae, rixae, contumaciae, flagitiorum sentina, ansa & occasio, consumptis opibus furta & rapinae agendi. In Deut. (17) propriis à parentibus filii temulentiae traduntur magistratui ex imperio divino, ut saxis obruerentur. Moguntia olim excommunicationis sententia sub Carolo Magno fulminata fuit ebriis mulenti, jam vero ubique impunita ebrietas grassatur. Nempe *ad exemplum totus componitur orbis. Qualis rector est civitatis, talis habitans in ea*, Oraculum est (18) divinum. Nulli hodie plus Reipublicae plus urbi & Orbi nocent, quam temulenti & luxuriosi gentium Rectores, urbium praetores, civium consules & senatores. Ubi ad temulentiam sedent madidi siphones, & sitibundi pepones, mirari nemo debet, si totum aliquod oppidum, tota urbs in popinam degeneret, cui pariter Diogenis jocum adscribas; cum enim Sophus iste in Maronia suis sociis potaret gloriebatur Diogenes, se scire posse etiam velatis oculis

ad quam domum urbis suæ duceretur; experimentum facturi oculos ve-  
labant focii, & circumductum rogabant, quæ & qualis hæc domus es-  
set? quibus ocius Diogenes, caupona est, popina est; id sapius cum re-  
peteret, illi contra testabantur, non esse cauponas; quibus iterum Di-  
ogenes, imò cauponas ego tecta facie intueor, quid enim o Maronii  
cives, vestrae urbis ades aliud sunt quam cauponæ, ubi nimium licen-  
ter majorum exemplò dies ac noctes impunè potatur? Magna sane &  
oppidò magna necessitas mundi hujus Rectoribus & urbium Praefectis  
imponitur, sobriè vivendi, ne per Summatum ingluviem aut gulæ pu-  
blicæ dissimulantiam in præceptis agantur suo cum capite membra.  
Grande scelus est ebrietas, quam qui tolerat, malorum omnium inde  
orientium iliadem propriam in perniciem derivat.

Miror ego & ad sceleris prodigium obstupesco, quoties flagitii ha-  
ctenus depicti & omnium gravissimi turpe vilipendium expendo. Vi-  
dimus quanta malorum colluvies ex temulentia profluat. Vidimus, H.  
quantis pœnis Deus proscindat ebrietatem. Vidimus quàm horridum Passim vili-  
quam monstruosum & verè diabolicum scelus sit ebrietas; sunt interim penditur  
qui vel hanc in horam nec scelus reputent nec nisi peccatillum suspici- hoc scelus,  
ant Ebrietatem. Dicatur quæso, quæ hujus vilipendii causa est? Scio, cujus qua-  
præsens quæsitum jam alibi locorum expedivi; sed quis prohibet, quò tuor causæ  
minùs id hodie vel repetam, vel alio ritu decidam? Gobat in suo qui- dantur,  
nario (19) quatuor hujus vilipendii Causas allegat, quas referam fi- (19) Gob.  
denter, ea tamen lege, ut ne in me vel culpam referant, vel cornibus in Quinar.  
arietent, qui suis exmeritis taxantur & cribrantur. tr. 5. c. 7.  
f. 2.

Prima est vehemens amor & inclinatio multorum ad impias co-  
messationes & computationes; illa enim, ad quæ homines vehementer  
afficiuntur, vel bona esse putant, vel mala sed non magna, etsi ab iis  
malè affectis tam clarè non perspiciatur, quòd mala sint tam magna;  
hujus ratio est quam dat Philosophus (20) *tantò magis decipiuntur, quan-*  
*tò magis pravis passionibus reguntur.* (20) Arist.

Secunda Causa est grandis consuetudo ebrietatum; ut enim memi-  
nit Aug. (21) *peccata eisi magna sint & horrida cum in consuetudinem ve-*  
*nerint, vel parva esse creduntur, vel nulla.* l. de som-  
niis c. 2.  
(21) S. Au-  
gust. in En-  
chir, c. 20.

Tertia causa est falsa persuasio, quæ creditur, talia gulæ peccata ad  
amicitiam cum aliis ineundam vel conservandam, ad honestatem &  
famam tuendam, ad lucrandos homines plurimùm servire; hinc fit ut  
etiam in quibusdam Sanctorum Confraternitatibus & opificum Sodalitiis  
plurimùm usitatæ sint potationes etiam excessivæ, prout fieri videmus  
à Vi-



à Vinitoribus in Festo S. Urbani, à Sutoribus in Festo SS. Crisp. & Gaspiniani; quasi verò non sit absurdissimum nimia saturitate velle Satis honorare, quos simul Deo j. junis placuisse, ut bellè (22) monet Hieron. Novi locum, ubi opifices isti ultimùm memorati græcando & helando totam, quâ soli gaudebant, Ecclesiam dilapidarunt, componendum debitis tam enormiter adauctis, ut S. ædium structuram futuram propriam jure venditionis ad alios transportarent.

(21) Frid.  
Fomeros  
de mal. te.  
mul. l. 3.  
6. 25.

Quarta causa est, quòd non rarò his etiam malis laborent, omnes pietatem professi, mundo mortui Religiosi. Nimis multi hoc in pælo ævo corrente extra chorum saltitant. Sunt nempe huic temeritæ flagitio subinde graviter addicti, qui Sacris præfunt, & ære minister defunguntur, vel docendi è cathedra populi pollent dignitate. Horrores sentibus chartis allinere, quod suis in lucem datis Bambergensis Fomeros (22) inseruit, proferam tamen, quia meum assertum non est sed alienum. Sic loquitur citatus Doctor: *Hoc deplorandò seculò, pro dolor, vix ullum minimum genus est magis temulentia infame quam Clerici & Monachi.* Horum ergò pravò exemplò multi laici à sobrietatis studio avelluntur, & mne flagitium præcipitantur, persuasi, rem tanti momenti non esse, quam etiam tanta præsent aviditate Clerici & Claustrales. Quæ hæc nostro huic seculo impacta, nova non est. Scimus eam sub ævo Augustinum deposuisse (23) his verbis: *Quod pejus est multum hodie, qui cum aliis bonum sobrietatis jugiter deberent prædicare, id non solum non faciunt, sed etiam se aliosq; inebriare non erubescunt. Sed gaudent & doleant, qui tales sunt; quia si se noluerint emendare, & se pro aliis necesse est eos æterna supplicia sustinere.* Aptentur hæc Oracula præsentis seculo, & fatendum erit, ea adamulim qualem currenti, & ad finem properanti ævo. Optarem ego, ut omnes singuli suis sanctæ Sobrietatis legibus ac regulis, statutis & continentibus exactè starent, ita sanè nullus esset querimonie locus & pernicidicus temulentia.

(23) S. August.  
de serm.  
232. de  
temp.

Hactenus copiosè probatum fuit, quot probris hominem rariò præditum obruat ebrietas; quot & quantis vitæ utriusq; periculis Christianum exponat temulentia. Vidimus, hominem tot bonis creaturæ dotatum, omnibus charissimatis seu corpori à natura insitis, seu à Deo per gratiam animo affusis, per ebrietatem funditus spoliari, & in æternantibus cruciandum Orco immergi. Quid restat, quam ut in probrorum sementem, tot malorum in eadem junctis viribus fugiamus & prociudamus. Triplicem vitam habet homo, ut meminit Augustinus (24) rariò

(24) *vitam nature, vitam gratia & vitam glorie.* Sicut ergo latrones horremus & insequimur, qui corpori nostro vitam rapere gestiunt naturalem, ita vel maxime hunc decet latronem extirpari, & nullis modis foveri, qui non tantum corporis vitam tot modis exasperat, tot annis abbreviat, & multo ante determinatum diem penitus suffocat, sed etiam gratia divina vigorem tollendo animam enecat, eamque gloria orbat coelesti. Fuit hucusque qui calices exsiccando, vel alios in idem perditionis barathrum pertrahendo, jam in cymbam Charontis pedem creditur posuisse, is hodie pedes retrahat, omnem pravam societatem evitet, fidem juret sobrietati, & eorum sodalium commercia quarat, qui tanquam ebrietatis colendissimi osiores, ipsum possint meliorem reddere, & sursum ad gratiam simul & gloriam promovere. Amen.

(24) S. Aug. l. 4. Civit. c. 12.

I. Latrocians ebrietas triplicem tollit vitam.

## CONCIO XXVIII.

## FESTVM S. ANNÆ.

*Abundare te faciet Dominus Deus tuus in Sobole  
Uteri tui. Deut. 30.*

## Lætitiæ Partus.

**Q**uam olim coram Philippo Macedonum Rege Alexandri Magni parente verba facturis disertissimus Orator, Sabellio teste, laudum copia se obrui sentiret, conversus ad invictissimum Monarcham hunc in morem peroravit AA. Tacebo, Philippe, magnificentiam & gloriam tuam, quò ipsos etiam extraneos in stuporem das legatos. Præteribo illustrem Majorum tuorum profapiam, quam tamen alter nunquam suspexisti, nisi ut propriis factis & heroicis virtutibus tanquam recentibus radiis plus ultra illustraretur. Silebo amplissimas regiones & provincias incredibili celeritate tuis armis subactas. Umbris recondam Orbem pœnè universum paucis annis tuo unius imperio subjugatum. Nil dicam de palmis & trophæis, de victoriis publicis & triumphis, quos de numerosis hostibus reportasti. Nil referam de tua in judiciis maturandis per hamatas munerum dotes æcti nescia & nec latum unguem in transversum acta æquitate. Nil

Gg

com-

commemorabo de regio tuo benefaciendi studio, vi cuius diem vilius e  
perdidisse, quò nullis mortalium datum tibi fuit benefacere. Nil dicam  
de regali tua etiam in apertos hostes elementia, quâ moribus hirsuta  
quasi brutas gentes tua in obsequia traxisti. Nil disseram de tua in-  
peros munifica pietate, quâ tantam tibi hucusque felicitatem, & in-  
tis fortunæ affluxum conciliasti. Nil eloquar de rarissima correctionum  
patientia, quâ te etiam ab edentula & deformi vetula corripit passus  
cùm pro iudicio reformando à dormitante ad vigilantem, ab ebrio  
sobrium Iustitiæ præsidem appellaret. Id unum supremam in laudem  
tuam dixisse sufficiat, *filium te habere Alexandrum*, filium tam pro-  
tem, tam potentem, tam magnanimum, tam victoriosum &c. hæc  
alia Orator.

O Sanctissima DEI Matris Mater Anna, JESU Christi Avia! es  
currant alii quâ lingua, quâ calamo in elogia tua, regium stem-  
tuum ex familia David extollant; virtutum tuarum decora illustrent  
facri Nominis tui mysteria meram gratiam spirantia cum Joanne De-  
A. masceno cantu celebrent; te super omnes matres verè beatam, & pro-  
Annæ Ma- Deiparam omnibus reliquis Matribus anteferendam Matrem, gratia  
tris Digni- *per gratiam mulierem sanctam* prædicent, commendent &c. hoc unum  
tas ex filie præstantia- *dixisse sufficiat, te Filiam habere Mariam*, & sicut tota Mariæ digni-  
colligatur. *his verbis continetur, de qua natus est JESUS*, ita pariter Annæ totum  
in eo fundari: *De qua nata est Maria, quæ Deum peperit*. Fuit hæc  
ma radix omnium charismatum & gratiarum, quibus Anna excelsa  
Virginem mundo dedisse, quæ ad hoc cœlitus electa est, ut Mater  
set Creatoris; poterat adeò illis vocibus salutari Anna, quibus  
populum Israëliticum lætabat Moyses, Deut 30. *abundare te factus es*  
*in Sobole Uteri tui*. Ex hujus Sobolis excellentia matris Annæ summa

(1) S. Ful-  
bert. Ser-  
mon. de  
ortu Virg.

dignitas æstimetur Fulberto (1) authore: *Vere beata, omni veneranda*  
*dignissima & sacro quodam privilegio prædicanda Mater, quæ omnes*  
*matres antecessit, generando eam, quæ suum atq; omnium generaret Chris-*  
*tem*. Nempe! sicut arborem ex fructu cognoscimus & benedicimus  
sic Annæ præstantiam ex Maria fructu ejus, quem fructum prodigiosum  
*summa cum lætitia* utero suo progerminavit, legamus omnes. Deinde

B. ex capite summa cum lætitia Matrem Dei Mater Anna peperit. Lib-  
Summa mus obiter utrumque Lætitiæ caput, inde aliò moveamus.  
cum lætitia Primum lætitiæ caput constituit Mariani fructus prænuntiatio  
filiam pe- ci sunt, quibus hunc honorem ac lætitiæ fontem Deus indulsit, ut  
perit, quia tequam nascerentur, promitterentur, & priusquam in lucem edere  
prænuntia- tam,

tur, nominatim cognoscerentur. Primus horum fuit Ismaël (2) de quo An- (2) Gen. 16.  
gelus ad Agar dixit: *Paries filium, & vocabis nomen ejus Ismael.* Alter fuit Isac  
(3) de quo Angelus ad Abraham: *Sara uxor pariet tibi filium, & voca-* (3) Gen. 17.  
*bis nomen ejus Isac.* Tertius fuit Joannes Baptista, cujus ortum præ- (4) Luc. 1,  
fagiens Angelus (4) edixit: *Ne timeas Zacharia, exaudita est depre-*  
*catio tua, uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joan-*  
*nem.* Ex his liberè arguo hunc in modum cum (5) Bernardo: *Quod* (5) S. Bern.  
*paucis mortalium constat esse collatum, fas certè non est suspicari, Virgini* ep. ad Lug.  
*Matri negatum esse.* Decuit enim, ut nulli cederet, quæ Deum esset  
paritura. Decuit aded per Angelum prænunciari Mariam, & quidem  
per Archangelum Gabrielem, quem Deus creditur, Eusebio teste, præ-  
clarissimæ Virginis tutelæ cœlitus destinasse. Revelatum id etiam fuit  
S. Brigittæ, prout ipsa hisce verbis (6) expressit: *Gloria tibi sit Domina* (6) D. Brig.  
*mea Virgo Maria, Mater Dei, quia ab illo Angelo quò Christus tibi nun-* orat. 1, ad  
*ciatus est, etiam tu parentibus tuis nuntiata fuisti!* id ipsum fuscè (7) Salm.  
meron, & (8) Poza tuentur. (7) Salm.  
tom. 3.  
tr. 12.

Alterum Lætitia caput ex partu promitur undique libero, undi-  
que gaudio; filiam enim sine ullo fastidio & gravamine, sine ullo  
dolore ac molestia peperit Anna; ita sanè in die Ortus Mariani Eccle-  
sia canit: *Nativitas tua Dei Genetrix Virgo gaudium annuntiavit universo*  
*mundo, ergò nullos potuit dolore inferre Genetrici Annæ partus Dei-*  
*para.* Decuit potius, ex Anselmo, ut quæ sine peccato concepta est,  
etiam sine peccati pœna, sine lassitudine aut fastidio, sine virium de-  
tritione, sine uteri gravedine nasceretur. Pariant omnes aliæ prolem  
suam in doloribus & ærumnis; prolem uterò circumferant & in lucem  
edant originaria labe maledictam; aliter sanè hic loci loquendum est  
ac sentiendum: hæc Mater sicut filiam suam sine ulla Adæ macula con-  
cepit, sic mundi totius gaudium exlex peperit. Dolor & tristitia pa-  
rientium feminarum multum quidem ex partu levatur juxta Script.  
(9) oracula: *Mulier jam peperit, cum non meminit pressuræ propter gau-* (9) Jo. 16.  
*dium, quia natus est homo in mundum;* sed hoc gaudium verè spurium di-  
xeris & proteum; *Quale enim gaudium, inquit Jacob, qui lumen cœli* (10) Tob. 5.  
(10) *non video!* cœci omnes nascimur, & iræ filii, Orci victimæ, Deo  
ipsi odibiles creaturæ, unde sanè nulla latandi sed potius tristandi cau-  
sa profultat. Puras inter creaturas sola Virgo Mater Maria ex Anna  
prodiit benedicta, gratiis plena divinis, & procul ab omni væ remota,  
quæ aded sola purum & illime gaudium Annæ peperit lectissimæ Paren-  
ti; quod gaudium nullo unquam casu turbari potuit, sed potius in ho-  
ras crescere debuit & augeri; certa fuit Anna, quia cœlitus edocta,  
Gg 2 Ma-

Mariam sine labe conceptam, sine macula nascituram, labis integram, vitæ omnium sanctissimæ dies in terris exhausturam, in cœlis gloriæ divinæ proximâ coronandam. Hoc gaudium tantæ fuit amplitudinis in  
 (11) Revel. Anna, ut ipsa Deipara S. Brigittæ (11) fateretur, *inexplicabile* fuisse; suo  
 Brig. l. 1. itaque modò aliquam *infinitem* ex Virgine Matre ac Nepote JESU par-  
 6, 9. ticipavit.

Optimi AA. sistamus nonnihil in hac *inexplicabili letitia*, quam de sua Filia toto vitæ tempore Mater Anna concepit, & unâ hodie dispiciamus, quàm mancum & modicum, imò sæpè nullum sit gaudium, quod  
 (12) Prov. suis de prolibus moderni formant parentes. Hic centies exclamem (12)  
 14. *extrema gaudii lætæ occupat*. Gaudium hoc nimis præceps est & ex-  
 E. midum: vix modicè conceptum mille suspicionibus turbatur. Vix enim  
 Gaudium nus libatum absynthiò miscetur, eventu perditur *inexpectato*, mor-  
 undiq; spu- immatura pueri evertitur, dissipatur, vel sanè ita moribus deformari vi-  
 rium quod- immatura pueri evertitur, dissipatur, vel sanè ita moribus deformari vi-  
 suis è pro- tâ amaricatur, ut eum parentes vicibus iteratis exoptent, primo in be-  
 libus mo- neo suffocatum esse. Nostræ adeò mulieres ac modernæ matres hoc  
 dernî hau- maximè seculò ita discolorò & distortò, suo è partu ut plurimum lætiti-  
 riunt pa- concipiunt nimis præcocem, nimis intempestivam. Edatur in lætenti-  
 rentes. matre numeris omnibus absoluta soboles, vivus, vegetus, bellus, unde  
 que puellus aut formosissima Juno, sæpè tamen, ut nemini, gratia  
 turbæ ac conjecturæ virum premunt, quæ omne gaudium in acerbum  
 transmutent. Quoties ob cuculos incerta proles patri redditur! quo-  
 ties in diversa scinditur maritus, cum vel à vultu paterno abluetur  
 Id sæpissi- fans, vel quamcunque secum notam alteri similem ex utero transpor-  
 tate in ac- tats materno! Fuit bellici nominis vir verè martius, qui nullum unquam  
 tum dege- tat materno! Fuit bellici nominis vir verè martius, qui nullum unquam  
 nerat, hostem visus est extimescere; at verò uxorem suam plùs quàm hodie  
 suum formidabat; cum enim senior esset, conjugii juniore nunquam et  
 integro fidem detulit, semper in curis animum morsicantibus fluctu-  
 ans & vacillans, ne ovis infudet alienis juvenis Camilla. Accidit ta-  
 mem, & utrique parentum disimilem; hîc ocuis furere, bacchari, no-  
 multuari, & fulminare maritus, cum pro suo nollet tam deformem pro-  
 tum agnoscere; quis dolor uxoris nunquam perfidæ animos lancinanti-  
 innocuis matribus cogitandum transmittit. Deum bonum! quam  
 normem inde dolorem hausisset, si adulterii vel eminus convinci non  
 potuisset? Præsentem, credo, efferus miles mactasset, à qua unquam  
 innocua vix manus abstinuit cruentas. Verum est, non semper  
 vana sunt suspensiones, quas hoc in negotio formant mariti; at si  
 suis ritè momentis pensemus, ipsi non rarò Viri suas ultrò perfidas

unt uxores, ut adeò sibimetipsis culpam imputent mariti; cur enim uxores suas tantopere ornant oculis alienis? equum qui comit, eumque ephippio & phaleris undique splendidis exornat, caput cristis in altum furrectis irradiat &c. is ultrò emptores sollicitat. Cur conjuges suas ad omnes nuptias & choreas dimittunt? cur eas omnium epulis & jocis, omnium ludis & spectaculis, omnium angulis & tenebris, omnium stationibus & sessionibus, omnium hortis & confabulationibus obtrudunt? talem uxorem qui patitur, imò qui eam incitat, instigat, ut se splendidis vestibus induat, & quod his omnibus est deterius, ut investem pectoris nudati pudorem aliis omnibus meretricio more venalem exhibeat, is etiam formæ admiratores simul & insidiatores patitur; is cornua ferat, vel doceat domi duntaxat viro suo se ornare, oculis verò alienis se totam subducere. Minus insidiarum habebit, quæ minus habet munditiarum, Dum comuntur, venduntur, aut certè foro parantur & quibusvis emptoribus prostituuntur.

Turbatur sæpenumero modernis conjugibus gaudium ex liberis in amicam lucem productis, cum acribus morbis infestantur, vel primis annis penitus exanimantur. Osea falce metatur innocens planta, dolebunt & lugebunt pueruli parentes, baculum tolli senectutis, opimæ hereditatis successionem maerari. At si hujus etiam meroris primam causam investiges, fatendum erit multoties, ipsos parentes propriam carnem fatò immolasse repentino, si quocunque tandem modo bonorum & fortunarum suarum heredem compararunt parentes, legitime seu illegitime, gaudium ex prole per obliquam venerem conceptum durare non potest. Sap. teste (13) *filiis adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen eradicabitur; etsi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit novissima senectus eorum.* Ex-  
 pertus est hoc ipsum David (14) ut enim Script. perhibet, *percussit Dominus parvulum ejus, quem peperit Davidi Uriæ uxor, & mox conclamatus est; sed fac à cunis in pueros, à pueris in adolescentes excrescere, unà sæpè in majores luctus parentes conjicientur, quo in majorem spem vivere filii ceperunt.* Accidit hoc ipsum tunc maxime, quando focii thalami foedera firmantur non tam prolis amore, quàm libidinis causâ, equi instar & muli concurrentibus sponis; ita ex thoro impie captato ut plurimum semen Chanaan seu nequam soboles progeneratur quia ut sic non filii intenduntur sed libido. Id pluribus exemplis è Script. petitis probat (15) Salianus, quibus enarrandis superse-  
 deo. Author Op. imperf. (16) hanc simul & aliam allegat causam, cur sæpè

G.

Turbæ hujus causæ sunt ipsi subinde Viri.

H.

Morbi & præmatura prolium mors.

(13) Sap. 3.

(14) 2. Reg. 11.

I.

Hanc mortem sæpè parentes accelerant.

(15) Salianus. a. m.

2323. n. 5.

(16) Auth.

op. imperf.

hom. 1. ig

sæpè Match.

G g 9

**K.** Sæpè liberi parentibus suis recalcitrent, eosque mille curis & ærumis obruant adulti, his verbis: *Nunc quia multi divitias eligunt & non mores, & quod in meretricibus quæri solet, hoc in conjugibus optant assequi, idèo multi non genuerunt filios vel sibi vel Deo subditos sed contumaces.* O quantos & quàm multos parentes hæc duplex premit causa! dic enim, quot numerò exhibebis hodie, qui cum vincla jugalia quarunt, animò consilia volvant sanctiora? Numquid hodie bene multi ac mulex famam duntaxat appetunt & libidinem, vel opes exambiunt & fortunam? *Gelt du bist mir lieb!* Interim non pensatur, quæ animi mala sectam referat compars, grandia, inusitata, quæ sæpè oculis etiam prævideri possent, nisi cæcus amor menti & oculis insideret; sibi proin hi parentes culpam imputent, si ex connubio, pravo fine contracto tollant liberos, qui cruces crucibus addensent, in omnem proterviam abjecti, in omnem insolentiam effusi, in omne probrum parentibus affricandum expediti.

Alii & aliæ non rarò ita in nuptias pruriunt, ut contra naturam rectæ rationis leges mediis verè absonis & heteroclitis procurrunt, sed etiam ad magica consilia & auxilia, ut suis votis potiantur, amorem cæco abripi patiantur. Luculentam hac de re Historiam Vita exhibet SS. Cypriani & Justinæ 26. Sept. quam fusius Tuba dabit Clementina, præsentem Tragicam ocuis secutura. Ab his artibus nec limbo ces haustus, nec amatorias literas tutas esse, fusè monstrat (17) Delio ex quo unum duntaxat meis hisce attexo. Fuit Genuæ sub finem huius sæculi nobilis adolescens pius & probus, qui tamen ex imprudenti & incauto feminae aspectu ita in amorem mulieris exarsit, ut divinum preceptum nitus animò excluderet. Mittebantur ultro citroque procaces literæ, vix primas evolvit, grandi morbo afflicto decubuit. Sacro simul & profano medicamine adjutus, immundas sordes evomuit, unguinum segmina, crines femininos, ossium fragmina & ferramentorum cum hæc sanguine. Rogatus an nullas ab amasia literas acceperit, annuit ea se accepisse sed dilacerasse. Lustrabant domestici arculam & pulpitem ut literas tollerent amatorias, sed cum clavem peterent, ori eam decumbens inseruit quasi præsentem voraturus, quæ nisi per vim erepta esset, fatum horridum æger accelerasset. Sic reperta literæ focò ustæ sunt, quò factò, sensus ægro redditi, absterfa lues, & tam corpore quam animò sibi restitutus, pristinam sanitatem recepit, malò doctoris propriò nec literas Venerem spirantes impunè manibus teri, aut oculis evolvi. Taceo, sapius evenisse, ut nupturientium desideria

(17) Delio  
Disq. Mag.  
l. 6. c. 2. f. 1.  
q. 3. & l. 3.  
p. 1. q. 2.

**L.** Alii in nuptias feruntur modis illicitis, heteroclitis, in sceleris potnam liberi recalcitrant.

nus casta amasii vel amasiæ forma ipse dæmon expleret, aut verius deluderet, cuius rei plura dedimus exempla præfente in Tuba. Dic autem modò si vel hodie similia ad connubium maturandum tententur, quid aliud ex talibus nuptiis aut conjugiiis expectes, nisi prolem hispidam, incultam, parentibus ipsis probrosam simul & onerosam, verbo maledictam.

Alii parentes optant quidem liberos habere, sed sibi ex illis ultro per imprecationes aut execrationes horridas cruces assiduas & innumeros dolores fabricantur. Diritatibus hisce in filios eructatis pleni sunt omnes libri & annales. Ex Aug. (18) notum est, illam læsæ matris imprecationem liberis impactam, tantam vim habuisse, ut illicò filii totius corporis tremore quaterentur. Friburgi oppido Misniæ hóc adhuc avò vestigia signantur in ligneo pavimento, quibus per aliquot annos filius hæsit contumax, nec vivus locò potuit moveri: donec moreretur, cui pater, ab eo ad immanem iram provocatus imprecari auditus est, ut quamdiu viveret, in loco illo immobilis staret Camerario (19) teste. Fuisse rusticam, memorat (20) Franciottus, quæ cum hac maledictione, *ut te lupi devorent*, vociferantem infantulum fulminabat. Quo lucrò? quo effectu? cum anno 1592 ipso festo Corporis Christi omnes domestici se in templum contulissent, relicta domi sola infantulâ, en proxima è silva lupus erupit, aed irruit, & infantem absumpsit. Altera illa Mater, de qua Gretferus (21) iterum iterumque somnò excitata, cum vociferante puello poculum porrigeret, animò dixit indignabundo, *ejæ cum hoc diabolum bibe!* mox à dæmone infessa est innocens creatura, qui nullibi nisi Florentiæ ad S. Zenobii Episc. Florentini tumulum poterat expelli. Recentius ex Annis Soc. subnecto. Mulier (22) in Austria sub annum 1608. ira & intemperantiâ furens filiolum immodicè flantem Orco devovit, eam ut humi dæmon allideret, imprecata; hemocius visibili forma Styx apparuit & puellam è sinu matris abreptam, humi fudit, ipsamque pænè mortuam matrem reliquit. Anni pauciores fluxere Granatæ an. 1652. (24) parens filio, quòd longius domò abesset, mille diras imprecatus, id sæpius ingeminabat: *Paxit Deus, ut nuntium de te accipiam, te flumine mersum!* Mater per piam antithesin oratione ad Deum conversa, *non sic fiat Domine, non sic, pereant potius vestes ejus salvâ vitâ & anima ejus!* matrem potius quam patrem Deus audit; nam puer casu nescio quo flumine raptus, vestibus aquâ sublatis nudus, vivus tamen & salvus relictus est, ac suis restitutus, periturus forsân, nisi patris ferociam matris pietas mitigasset.

M.

Alii per imprecationem prolem destrunt.

(18) S. August. l. 22. Civ. c. 8.

N.

Probatur. Hist.

(19) Phil. Camerat.

Cent. 3.

hor. subciv.

(20) Cæsar Franciot-

tus in vit.

S. Agnelli observ. 1.

(21) Gretf. de maled.

(22) An. Sac. Austr.

ad A. 1608.

(24) An. Granat. ad

An. 1652.



rigâisset. Infinitus sim, si alias numerò innumeras parentum àns  
 jubear enarrare. Quam efficax sit Stygis imprecatio à parentibus  
 in filios detorta, paulò antè ostendimus, id quòd etiam Calenus  
 Januarii hòc annò per ruralem Bertam certum fecimus & luculentum.  
 Occurrit tamen hic loci novum aliquod & fortè non auditum pio à pa-  
 tre suam in filiam fulminatæ execrationis portentum, quod cum gene-  
 ris feminini intolerabilem superbiam attingat, omittere non possum.  
 quin illud in gratiam superbientium puellarum hic loci producam.  
 Aures arrigant fastu turgidæ Junones, quibus tota cura, labor & in-  
 stria eò intenditur, ut vestibus splendidis, fucis & pigmentis meretricis  
 cium in morem venalis corporis truncus excolatur; Do verba Nicomachi  
 rythrai (25) quibus tumidam puellam descripsit: Fuit quæ propinqua  
 & naturalem oris sui nitorem contemneret, eique adventitium hoc  
 quæstum induceret, solidos dies purpurisò, cerusâ & aliis id genus  
 pigmentis sibi malas inficeret, stando ante speculum, capitis strigibus  
 limem tiaram comis aptando nobiles quotidie horas dilapidarent. *His*  
 quidem piis simul & honestis parentibus orta, fuit attamen pictura  
 in hominum conspectum, meretricis in morem prodire non erubescens.  
 licet nullum in paternis nullum in maternis vestibus cultum certum  
 Res hæc magnum propinquis & vel maximè parentibus ejus dolentibus  
 inurebat, qui non cessabant eam hortari ac monere, ut nimiam  
 sui corporis curam proseriberet; sed nihil proficiebant; nullius enim  
 autoritate, nullius monitis & precibus adduci poterat, ut quidquam  
 de inani studio comendi corporis remitteret; cum verò pius parens Deum  
 invisas esse procaces formas occineret, eique certam Dei vindictam  
 à divino illius vultu perennem repulsam intentaret, si contumax  
 pergeret, tam preces quam minas optimi parentis hispida soboles con-  
 temptis & arrogantibus verbis hortatori patri reposuit: si me Deus  
 ad se recipere, abigat me quocunque velit, ego certè conspectum ejus  
 haud moror; mihi enim certum est, suum corpori cultum non temere  
 re &c. Obiit paulò pòst hæc puella, repentinò fatò confecta, & Chri-  
 stianæ sepulturæ mandata; sed tellus tanquam illam amplecti dedignata  
 retur, quæ Deum à se repudiasset, suo è gremio foras exclusit; ubi  
 Patri renuntiatum esset, templò elatam ad maris littus deportari in  
 arena sepeliri iussit, quæ item apud se illam noluit retinere; funus  
 que paulò pòst foras evomit: tum Pater justò zelò accensus, dicitur  
 ni filiam devovit, dixitque, ejus etiam corpus secum ad inferos rap-  
 ret, cujus jam animam raptâisset in Orcum. Præstò fuisse creditur  
 puella

(25) Jan.  
 Nic. Eryth.  
 Exempl.  
 Virr. & vit.  
 v. 107.  
 O.  
 Ultima su-  
 perbienti-  
 bus domi-  
 cellis incul-  
 cetur.  
 Hist.

peris hęc diabolus, nam infelix illud cadaver ab oculis repentē subla-  
tam, nullibi ultra repertum est. Timeant panes exitus, quotquot pari  
vestium cultu insolescunt, & monita piis à parentibus profecta impio  
pede conculcant. Fateor quidem, non omnes hodie tam tragicos im-  
precationum fructus experiuntur; at verò hos velim seridè meminisse,  
in se quoque destinata esse verba Sapientis (26) *ne dixeris peccavi*, & (26) Eccl. 5.  
*quid mihi trise accidit? altissimus est enim patiens redditor.* Scire debent  
hi socieni, quò magis iudicium Dei difertur majore cum impetu irruet  
tempore inopinato, *subito veniet ira ejus*, idem inquit Sirach, & *in tempo-*  
*re vindicte disperdet te.* Similia per Isaiam (27) intentat: *Tacui semper*, (27) Isa. 42.  
*filii, patiens fui, jam sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Hoc  
inquam licet non semper eveniat, id tamen semper certum est, quod Hier. (28) S. Hie-  
(28) affirmat: *Magna ira est, quando peccantibus non irasitur Deus*; ti-  
mendum enim est, ne in furore suo reos arguat, mactet & disperdat. ron. l. i.  
ep. 38.

Alii quidem liberis suis non imprecantur, nec volunt etiam habere  
filios degeneres, interim tamen faciunt perpetim ut degenerent, & om-  
nibus ærumnis suos oppleant parentes. Dic enim, si vanos habere no-  
lunt, cur eos in omnem luxum educant & vanitatem? Cur eis omnia  
indulgent? cur omnia dissimulant, & perpetim connivent? cur aurò in-  
fasciant, qui necdum sciunt quid sit aurum? cur purpura involvunt ad-  
huc à matre rubentes? cur mulsò & saccharò, quin multoties vino et-  
iam adusto & execrabili tabaco caput & stomachum primis annis ever-  
tunt? vix pedibus insilire gnaris jam practicè fescenninos saltus osten-  
dunt? cur inter pueros & puellas jam choreas instituunt, & docent jo-  
cando, quòd seridè appetant peccando? Hic loci tragœdia quæso in me-  
moriâ revocetur, quam retulit Aug. & nos ex eo S. Josephi festo pro-  
duximus currentis anni de hispidò filio Cyrilli.

Ex his omnibus ni fallor abunde patet, bonum prolis in conjugio  
plurimis malis amaricari. Ubi nec probi parentes his curis sunt exempti,  
mirari nemo debet malis obrui malos pænè innumeris. Nil horum prolis  
sanctissimæ Parentem Annam oppressit; sicut sine dolore Matrem Dei no-  
vem mensibus uterò circumtulit, & sine cruciatu mundi gaudium mundo  
peperit Mariam; ita summo cum gaudio productam fovit, aluit, lactavit,  
educavit. Hanc Matrem omnes hodie parentes implorent, ut grandibus  
Anna Matris & Filix Virginis precibus & meritis suffulti liberos  
suos in conspectu Dei non ad gehennam educant  
sed ad gloriam æternam.

Amen.

Hh

CON.

CONCIO XXIX.  
FESTVM S. LAURENTII,  
Mart.

*Si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.*  
Matth. 12.

Novus Phœnix.



Uastio est antiqua, & currentem in horam nunquam cogorice resoluta Opt. AA. An verus Phœnix in rerum claritate natura? Affirmant multi & negant multi mordicus, atque hoc avium genus non nisi obsoletis Cardani fabulis accersent. Qui dicunt, dari Phœnicem, unum tantum in tota terrarum orbe propugnant, qui aquilam aquet magnitudine, & collum rutilo præfulgeat aurò, ceterum colorem referat purpureum, qui pennis cœruleo-roseis caudam distinguat, & caput plumbeo illustrat. Sic Plin. (1) loquitur. Novus autem Phœnix ita ex veteri duci dicitur, ut vetus in eo quasi ex seipso reviviscere videatur. Si quò quæratur, quot annis vivat Phœnix? Iterum dicas, quot capere sententiæ. Manilius ei vitæ annos tribuit sexcentos sexaginta. Solinus quingentos quadraginta. Pomponius Mela quingentos. Tetrastichus ultra septingentos. Martialis omnino millenos. Discrepant hi parva grandibus modis circa generationis modum. Quidam spargunt Phœnicem fato proximum sibi more Pellicani rostro pectus suam vellens ex emisso cruore vermiculum prognasce, mox pullum alterò extructum. Alii volunt Phœnicem in supremo palmæ vertice ex cassia, nardo, cypriamomo & myrrha extructo nido se super imponere, & excitato avium motu ad Solis radios incendio, medios inter odores vitam potius ac comburi, ex illo verò cinere alterum Phœnicem reviviscere. Super pro Phœnice hæctenus descripto Patres non pauci, qui aliquam in futura resurrectionis imaginem esse credunt adumbratam, inde verum mentum ducentes verosimile, ut probent corporum resurrectionem impossibilem haud esse. Hos inter Patres sunt maximè D. (2) Clemens D. (3) C.

(1) Plin. l. 10. c. 2.

A.

An verus Phœnix datur in natura? Argumenta pro, & contra.

(2) D. Clemens l. 5. Apost. Conf. c. 6,

D. (3) Cyrillus. D. (4) Ambr. Lactantius (5) Firmianus. D. (6) Gre-  
gor. Naz. D. (7) Zeno. D. (8) August. Cornel. (9) Tacitus fidenter  
asserit, visum esse & palam populo Romæ exhibitum fuisse Phœnicem.  
Idem seculo superiori David Abyssinorum Imp. in Epist. ad Pium III.  
Summ. Pont. exarata, signatè retulit, sua in ditione tota retrò anti-  
quitate famigeratum Phœnicem reperiri. His utcunque probabilis red-  
ditur existentia phœnicis. At verò omnibus enarratis prævalere  
videtur sententia meras inter fabulas collocans phœnicem! Primò  
quidem reclamare videtur S. Scriptura. Natò recens mundo (10)  
crescere animalia & multiplicari paulò post jubet (11) idem Do-  
minus ex omnibus animantibus mundis in arcam tolli septena & septena  
na, masculum & feminam, de animalibus verò immundis duo & duo  
masculum & feminam, sed & de volatilibus cœli septena & septena mascu-  
lum & sceminam, ut salvetur, semen super faciem universæ terræ;  
at verò unde crescant & multiplicentur, si unitate phœnix gaudeat?  
unde septena, duo & duo in arcam tollantur, masculus & femina, si  
ut ajunt, in tota rerum natura tantum unus numerò datur phœnix?  
hic si masculus fuerit, dic ubi erit femella? si femella? ubi locorum ma-  
sculus subsistet? dic porrò, quam avium speciem formabit phœnix,  
si numerò sit unicus. Unum quod est, nec numerum facit, nec spe-  
ciem constituit, ut nôrunt Logicelli. Masculus & femina cum solita  
rio phœnice non concordant. Unus phœnix sine sua comparte arcam  
non subintravit, ergò totus aquis haultus periit, & non revixit. Vel  
ergò hæc Scripturæ oracula erunt rebus cassa, emarcida, & sibimetipsis  
contraria, quod sacrilegum fuerit cogitasse, quia antè cœlum & terra trans-  
ibunt, quàm jota unum aut unus apex pereat in divinis, Scripturâ (12) te-  
ste, vel certè, ut Dei loquentis sancta Veritas & Scripturæ infallibilis  
veritas servetur, ad fabulas relegari debet phœnix. Secundò, primis  
etiam principis sanioris philosophiæ repugnare videtur phœnix. Phœ-  
nix si datur, erit phœnix una ex nobilissimis avibus. Hòc suppositò,  
iterum admitti debet, unum aliquod nobilissimum & hoc ipso perfe-  
ctum animal à cœlo ut à propria causa sua produci. At quis unquam  
dixerit, perfectum animal uno à cœlo prognerari? ut ritè præsens as-  
sertum etiam ab illis capiatur, qui unicâ Logicâ contenti conscientiæ  
casus eventilârunt, notetur ex Aristotele (13) distingui passim anima-  
lia in *perfecta* & in *imperfecta*. *Imperfecta* dicuntur illa, quæ ex mate-  
ria putri prognata nullò indigent sexu, quia non generant, ut ait Al-  
bertus (14) Magnus, sed potius ex putrida materia terræ, unde aut  
stirpium, vel ex tabe cadaverum, vel ex animalium mortuorum cor-  
ruptione

ruptione producuntur sicut vermes & insecta, quæ productio jura communem Philosophorum ad cœlestis influxûs vim ac virtutem refertur. *Perfecta* sunt illa quæ ex semine à sui similibus cum sexu procreantur, cum ergò phœnix vel ex sanie parentis vel ex corrupto corpore, ex cineribus nascatur; tota hæc generandi ratio ex putri materia prodibit sine interventu feminariæ virtutis; erit simul animal *perfectum & imperfectum*, illud ex supposita natura undique præstantissima & maximè longæva, hoc ex corruptione, ergò nullum erit animal juxta meliorem Philosophiam. Patres quod attinet, uli sunt quidem phœnice tanquam Resurrectionis typo ad suadendam inde & illustrandam corporum Resurrectionem; interim tamen ex propria sententia realiter phœnicem non asseverârunt, sed præcisè aliorum ex resurrectione hoc inde argumentum formârunt ad hominem: si homines sibi persuadeant, posse accidere vi ac virtute naturæ, ut phœnix juxta hos auctores suis è cineribus reparetur & reviviscat, multò magis fortius credere debent, posse humana corpora etiam in cineres resacta potestate divina in vitam reduci; nil proin Patrum auctoritate rogatur, licet commentitium ac fabulosum esse proclametur, quod de phœnice in medium profertur. Nec Scriptura, nec SS. Patres fabulosa narrationes dedignantur, cum ædificationi serviunt, & morum commendant informationi, prout fusiùs dicitur in Tuba Mytholog. Sic narratio de Pellicano post triduum lactus pullos suos proprio sanguine perfusos ad vitam revocante, tota quanta fabulosa est, ut abunde probat (15) Aug. inde tamen hic ipse Pater eruit, quantus in nos affectus Christi Domini affectus, cujus sanguine respersi ad vitam redimus. Exemplum phœnicis pariter fabulosi, Patres contra ethnicos Patres adduxerunt; cum enim phœnicem admitterent admittere pariter debebant putidæ carnis resurrectionem, per ipsos constanter explosam. Ipsi Scriptura non refugit fabulas, ut patet ex lib. Judicium &c. si maxime ad pietatem conducant, aut veritati jam sat probatæ serviant explicandæ, aut telum præbeant ethnicorum è phœtra depromptum, & in ipsos demum retorquendum, prout factum est in phœnice. At nolim ultra de fœtiti phœnicis existentia disceptare; verum digito indice demonstrare.

**B.**  
Rectius ad fabulas Phœnix naturalis ablegatur.

**C.**  
Si tamen mysticum spectare libeat, talis est Laurentius.

Hodie hodie si unquam aliàs veri nominis spectare licet Phœnicem. Est est Phœnix iste gloriosissimus Martyr *Laurentius*, qui dispersis thesauros cœlestes seu in pauperes Ecclesiæ facultatibus, scorpionibus & plumbatis cæsus, cœlesti voce ad majora animatus, craticula impersus, cum vivus affaretur, gratias Deo concinuit, quòd cœli janua ingressus.

(15) S. August. in Ps. 101.

Est est Phœnix iste gloriosissimus Martyr *Laurentius*, qui dispersis thesauros cœlestes seu in pauperes Ecclesiæ facultatibus, scorpionibus & plumbatis cæsus, cœlesti voce ad majora animatus, craticula impersus, cum vivus affaretur, gratias Deo concinuit, quòd cœli janua ingressus.

ingredi mereretur, tandem in ferreo & igneo illo nidulo gloriosissimum Spiritum exhalavit. Est est Phœnix iste S. Martyr Laurentius, cui pro nidulo Hispania obtigit fecunda Sanctorum tellus regia, *Urbani*, seu *politici & humanissimi Hispani* nomine totum per orbem condecoratus, eò quod S. Stephani Protomartyris suo pariter sepulchro inferendi sacro Corpori, dextram in tumulo, seu honoratiorem locum deferret. Solis avis phœnix est, ideò solus est & unicus phœnix, ut solus Soli serviat. Hem medium inter crepantes flammam Laurentium! propius focum pete, audies inde phœnicias voces cœlum versus ejaculari: *Tibi ardeo Soli! Te Solum ardeo Solem!* Ignis ille interior, divinis mi amoris igneus amor, ignem inhibuit externum, ut profanum vel non adveniret, vel non curaret, cœlitus divinò succensus. Ita de Martyre nostro sentit (16) August. Solum Deum, solum JESUM ardebat Laurentius; hinc alios omnes ardores foris grassantes elusit, contempsit; jam tostis & hiantibus igne carnibus, latere uno undique affato, flammis astuabant medulla, mansit tamen in tanta tormentorum acerbitate Soli Deo intimè per amorem unitus Martyr, instar Phœnicis ab igneo fato ad immortalem vitam sublatus. Audi porrò seu loquentem seu canentem, & ardentissimæ mentis flammam ejaculantem. Salutatus inquit ad Christum: *Te Dominum meum confessus sum, assatus ago gratias.* Hæc amoris cantica media inter incendia fudit Laurentius, idem præstans in suo vivicomburio, quod Jobus olim præstitit in fimo. Laudentur tres Hebraei in succensæ fornacis innoxio busto Deum ac Dominum benedicentes, plus sanè hodie Laurentius extollatur, inter noxii rogi efferos furores, Dei sui assiduos amores professus. Quid autem est, de quo gratias egit Deo suo Phœnix Laurentius? *Gratias*, inquit, *tibi ago, quia januas tuas ingredi merui*, ergò cratem suam veluti januam cœli suspexit; ergò corporis sui rimas & fissuras intuitus est, ac longo tempore captivus apertum è carcere exitum solet intueri, per quem animus ad æternam Beatitudinem avolaret. Sed quid tam humidas & terreos cogitatus de cœlesti Laurentio formamus? Longè altiùs suos cogitatus evexit, qui sine ulla mercedis spe, sola Soli Deo placendi charitate intus exardescens supplicia pertulit, ea etiam cum gaudio integris annorum lustris exantlaturus; ut Soli Deo suos amores probaret. Augustino teste, *Longè sequior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui intus Martyrem succendit.* Nulla vita melioris in cœlo aucupandæ spes Laurentium lætasset, neque tamen à charitate Dei focus millies accensus Laurentium separasset. Hic hic veri nominis amor est, gratis amare Deum, opponitur,

D.

Solem ardet in crepantibus focus.

(16) Idem in Joan.

E.

Nostra umbratilis patientia Laurentianæ Deum, opponitur,

Hh 3

Deum, & illi soli tormenta quævis invicto robore perpeti, si etiam nulla esset corona patientiæ nostræ in cælis decreta. O quam verè frigidus est amor noster, si Laurentiano comparetur! is medias inter flammæ iam grates Deo refundit, quòd dignus haberetur pati horridâ, nos vel levissimi digito tacti, vel modicâ febriculâ tentati, vel quacunq; contumelia despecti, Deo nostro obmurmuramus, ociùs blasphemamus, & in omnem proterviam abjecti desperamus. Summus nempe tantis vicium intervallis ab amore, quò solum Deum Laurentius exarsit, distans quantis à terra cælum discriminatur. Discamus saltem hodie Soli Deo amore nostros consecrare, & cum Laurentio medias inter acerbitates Deo grates refundere, cum alia in cælum via nulli sit aperta, nisi per gladios & crepantes flammæ, per calamitates & arumnas, per mille pericula vitæ.

F.

A morte splendida vitam retulit, post fata superstes in gloria.

Phoenix emensò vitæ spatiò super aromaticam præstantium liquorum struem ultrò locatus, alas in conspectu Solis evibrat, & illis ceu nubibus suscitatur ignes. Ita nempe vitam gestit per odoriferam mortem Laurentius prolongare, ad vitam per edaces flammæ progressus nullè vitæ turbandam. Hinc jure igneo huic Heroi nobile lemma inscribas:

*Vita mihi mors est; post fata manebo superstes;  
Vivam etiam, cum me supremus adusserit ignis.*

Rectè adeo avi nostri Phœnicem dixeris Martyrem hodiernum, modicis ex ignibus firmum, vegetum, tragico de funere redivivum. Hunc Phœnicem sub hac ipsa phœnicis parabola pridem coluit & præstantissimè salutavit Nazianzenus summâ vitæ sanctimoniâ conspicuus Pater, cujus aureum carmen hic loci repræsentò. Sic ergò de Laurentio nostro canit sanctitate ac doctrina illustris Poëta:

(17) S. Gregor. Naz. Sermon. 3. ad Virg.

*Ut Phœnix moriens primos revocatur ad annos,  
In medijs flammis post pluviam lustra renascens,  
Atq; novum veteri surgit de corpore corpus;  
Haud secus egregia Martyr sit morte perennis,  
Dum pia Divinis ardent præcordia flammis.*

G.

Mors duplex Laurentii naturalis & mystica.

Duplici morte vitam meruit perennem, vitam immortalem Laurentius morte sc. naturali & morte spirituali; hæc duæ tamen mortes ita sibi invicem esse debent innexæ, ut si primam ab altera dissocias, hoc ipso modo vitam sed mortem sit perennem paritura. Vis morte naturali ad vitam meliorem absumi? multò antè spirituali morte sano fuerit ac vegeto

vivis defungendum, ut Apostolus monet. Moriendum est continuò homini Christiano sed peccatis, ut Deo vivatur in cœlis. Quid sit mori peccato, bellè S. Prosper explicuit (18) quem juverit audivisse. Rempono & substantiam S. Patris, non verba: quid est mori peccato, nisi mortuum in vita & in moribus referre? mortuus nulli detrahit, nullum despicit, nullius pudicitiam corrumpit, nullum opprimit; nec bibendi sitim magis ac magis bibendo accendit; qui mortuus est, is nullis odiorum facibus inardescit, is nec potentibus nec divitibus adulatur, is nec superbiorum injuriis irritatur, nec ventosa ambitione in præcepta agit, nec ad societatem turpium turpitudinis amore invitatur &c. Paulo post alio sub schemate ostendit quis propriè dici possit peccato mortuus, is nempe, quem impudentem non facit audacia, iniquum injustitia, varium inconstantia, deliciosum gula, rebellem inobedientia, vanum jactantia, infidelem perfidia, levem procacia &c. qui remotus est ab immunditiis & inimiciis, ab occultis & apertis rapinis, à mendaciis & perjuriis, ab omni genere flagitiorum, quibus carnaliter viventes Deum offendunt; Accidat verò, ut homo peccatis immoriatur, actum est de vita in æternum & ultra.

At quod hodie tragicum Exemplum gloriosissimus Martyr Laurentius subministrat? Opt. AA. Suspeximus hætenus præsentis diei Patronum tanquam novum eumque felicissimum Phœnicem flammis immortuum, & ad vitam gloriæ redivivum. Nunc, si placet, ex obliquo, novos alios exhibeo Phœnices eosque numero binos, sed infaustos, sed stygios à flammis profanis ad æternantes Orci focos miserè translatos, *Mussardum* nempe efrontem Gallum, & Damam ejus avernalem lupam. Vixit sub annum 1608, ut Joan. Ludov. Gottfrid (19) memorat. Homo nobilis in Gallia *Mussardus*, qui causam ratione patrati homicidii dicere jussus, ad aulam Henrici Quarti citabatur; cum autem nec mandato Regis obsequi, nec ab arce sua pedem movere vellet, antequam Rex capitis accusatum vitæ redderet securum, Tribuno cuidam seu Chiliarcho, cui nomen Morlier, in mandatis dedit Rex, ut assumpto secum militum manipulo, hominis immorigeri castrum vi expugnaret, ac reum inde protractum Vrnæ sisteret Parisiensi. Non defuit Regio mandato Tribunus sed in cassum. Restitit pertinax modis, quibus potuit, stetitque jam non uno capite præfens expugnatio; aucta ergò vis est, sed iterum frustra. Tandem ne tot militum suorum vitæ ausu temerario prodigus esse videretur, ad ingenii artes descendit Tribunus, & jam non fero, sed molliore consilio rem Regis agere constituit. Habebat penes

(18) S. Prosper. l. de vit. Cont. c. 21.

H.

Mors mystica omnibus necessaria est, qui volunt ad gloriam & perennem gratiæ vitam resurgere.

I.

Qui peccatis immoritur, nullam expectet vitam nisi focos inter mortua-

lem. (19) Joan. Lud. Gottfrid in Chronic. Francos.

K.

Qualem Mussardus retulit cum sua pellice à foco ad focum translatus turpis Phœnix. Hist.



se Mussardus Damam (qua voce multi hodie abutuntur, ut honesti Venere utantur) ex ea etiam prolem sustulit spuriam, illegitimam; hanc in rem Damæ matrem Tribunus subornat, rogatque ut filie persuadeat, dedat se Amasius, & tot militum sanguini parcat. Egit tena mater, quod agere iussa fuit à Tribuno. At noluit Mussardus locum dare precibus femininis; dimisit quidem ex arce famulos cumstante, & Lupæ suæ liberum reliquit, vel sociam se addat famulis, vel cum Amasio arcem defendat; ad quæ ocius illa: male vertat hoc mihi Cœlum, si ego te charissimum decus derelinquam, mortem potius sociem, qui amorem sociavimus, simulque matrem amplexa rogo, obsecrat, ut animæ suæ placatum reddere velit Deum; certum sibi prius mortem oppetere, quam ab amico avelli. O bella preces! cœlum ambire, & tartara amplecti; manus ad sidera erigere, & cuncta ad Orcum pedibus properare. Cum ergo tribunus actum cerneret, nihil etiam mitioribus consiliis promoveri, arcis portas majoribus ballistarum bombis & globis quaterere constituit. Vidit Mussardus vim serio advenire, cui frustra solus cum sola reniteretur; quare desperatâ iam virgula ligna comportans, rogam stramine fartum adornat, eique insidens lupam subscellii sociam efrons adhibet, cujus dextræ sclopum globos duplici oneratum inserit, ipseque capit alterum, eò consilio, ut quantum primum efractas castri fores cernerent, injecto mox in rogam igne, ut tuis in pectus ictibus se conficerent, eoque pacto nulli hostium obviarent. Dictum factum. Apertis castri portis destinatis in se ictibus duplex funus focum irruit, injecto mox igne ardentem. Ita hoc nobile par scilicet, quas hic arserunt flammæ, in æternis inferorum ignibus continuârunt. Ut video, hic ardere non sufficit Veneri, nisi una queque ibi ustuletur, perpetim arsurâ nunquam exurenda.

Hic hic omnium oculis duo prostant Phœnices, sed stygii, & æternum diris execrandi, quibus ut ne ullus nostrum in pœna tartaræ peccata flagitiorum præcedentium merita societetur, Divum hodie Laurentium junctis vocibus imploramus, ut suis prodigiosis ignibus, in nobis omnes spurios ac fescenninos ardores retundat, iisque divini Amasii flammæ substituat, quarum beneficiò cum S. Martyre Laurentio unum

& solum Deum, unum JESUM in vivis ardeamus, post fata perobita vitam omnis faustitatis bajulam in cœlis suscipiemur.

Amen.

CON

CONCIO XXX.

Festum Assumptionis B. V. M.

Intravit in quoddam Castellum. Luc. 10.

Castellum Marianum.

**E**Minet inter omnia splendida ædificia præsens Castellum, quod sibi extruxit Sapientia Divina; & JESUS dicitur subintrasse Opt. AA. Nil poterat Mariana Virtuti rectius aptari, quàm metaphora ab invincibili Castello deprompta. Bellè de illo Rich. differuit (1) à S. Laur. his verbis: *Ædificavit Sapientia Divina cælum Angelis & hoc est domus glorie: extruxit demonibus & damnatis hominibus infernum, & hic est justitie domus: extruxit lapsis hominibus hunc spectabilem mundum, & hic est carcer miseria.* Ubi ergò multò antè ceteras fuit creaturas hospitata, nunc etiam pro se proprium hospitium intendit; idèd dicitur *Sapientia edificavit sibi domum* (2) ubi rectius hodie cum Luca dixerim, inexpugnabile Castellum, at nunquid tantùm sibi Sapientia Divina hoc Castellum extruxit? Ita sanè sibi uni hoc Castellum fabricata est, in quo sola Sapientia habitaret, sed tamen unà etiam Angelis pro statione, justis hominibus pro munitamento, peccatoribus omnibus pro asylo erectum est præsens Castellum. Antequam triplicem hanc Castelli ordinationem evolvamus, unà prius Ribiter Castelli hujus Architectum, formam ejus & figuram, situm & habitum, fossas & valla, muros & mœnia lustremus, mox iterum ad Angelicam Stationem, & hominum quorumcunque perenne Asylum redituri.

Nobilis hujus structuræ Architectus est ipse Deus, qui opus ita perfectum produxit, ut nec maculam haberet nec rugam cui nec addi posset aliquid nec demi, quò etiam nec melius dari posset nec prostantius efficiari. Ita sanè pridem asseruit Bonavent. (3) *Unus est Deus, quàm majorem Deus facere non possit. Majorem mundum facere potest Deus; majus cælum producere potest Deus, majorem matrem quàm Matrem Dei non potest facere ipse Deus.* Fundamentum hujus ædificii ita profundum est, ut propè fundum attingere desperes. *Cogitas magnam fabricam extruere*

Ii

celstitu-

B.  
Archite-  
ctus ejus  
est Deus.  
(3) S. Bo-  
navent. in  
Spec. B. V.

(4) S. Aug. *de verb. Dom.* *celitudinis?* Verba sunt Augustini. (4) *De fundamento prius cogita humilitatis.* Hac humilitas tanta erat in Deipara, ut eam jure dixeris profusam, verbis & factis stupendam. Juxta Bern. (5) *Non magnum est, haem! Mater Dei eligitur, & se ultrò nuncupat ancillam; jam Dei Filius erat facta Virgo, ad Elisabetham pedes properat, eiq; largum exhibet ministerium, unum in Deum omnia laudum encomia transportans. Om-*

C.  
Fundamentum est humilitas.

(6) Act. 1.

D.  
Turribus instructum est quaternis, prudentia, justitia, temperantia & fortitudine.

novissima, locumq; tenet ultimum in coenaculo, Luca (6) *teste, omnes in oratione perseverantes cum mulieribus & Maria matre ipsam etiam peccatrice Magdalenam inferior, ex qua septem spiritus immus ejectos; hac humilitate quid profundius, hac sui abjectione quid submissius? Dicat hinc infrunita hominum mortalitas altum non sperare de se ipsa humilius sentire. Tanto fundamentum, quod nullus tremotus, nulla aetas evertat, impositura est Castellum undique quantum, & quaternis turribus instructum, unde hostes omnes erant prospiciantur & profligentur. Primam turrim tenuit Prudentia, a regulis nec latum unguem toto vitae curriculo Virgo mater debet. Juxta hujus dictamen prudenti indagine disculit, qualis esset Sacerdotio? qualis esset legatus? fidus an subdolis? non omni spiritui crederetis, sed potius probare, an ex Deo sint, probe gnara, hostes turris reos lucis angelos millies mentiri, & incautas hominum animas alligare. Juxta prudentiae leges verba & voces singulas prius ad terram misit quam ad linguam, notatumque fuit a Bernardo, eam sequens tantum in Evangelio locutam esse, ter cum Deo, bis cum Angelo, bis cum hominibus; cum hominibus quidem in Visitatione Bethlæ & in Cana Galileæ: cum Deo in templo, & vino deficiente in Bethlæ; cum Angelo in Angelica Legatione. Conservabat omnia verba in corde suo, singula quasi ad trutinam vocans, & exactum ponderans, num quid desit, aut redundet. Alteram turrim Justitia constituit, qua omnes puras creaturas innumeris gradibus attoluit. Duas partes hæc Justitia tenet, quas dicunt integrales: Dicitur*

malo & fac bonum. De malo, de peccato, malorum maximo nullam vult moveri questionem Aug. quoties D. Virginis memoria occurrit, quia ab omni criminis umbra, & ab ipsa labe originaria semper extitit immunis. Justitia operibus omnes alios longò intervallò transcendit, ita quidem, ut sola sibi illud Prov. (7) Virgo vindicet: *Meum est consilium, mea est equitas.* Turrim tertiam eduxit *Temperantia*, quã nullam unquam voluptatem pro condimento vel in cibo carpsit, vel in potu hausit, omnem luxum in vestibus moderata, omnium affectuum domina, crebris jejuniis addicta, quibuscunque voluptatibus infensa, & omni mundanã gloriã. *Quartam* turrim firmat *Fortitudo*. Hęc quidquid muliebre, quidquid molle, quidquid inconstans, vel modicam femininã levitatis umbram importat, procul à Deipara propulsat. Hęc ducē fuit in periculis omnibus interrita, cupiditatibus intacta, inter adversã hilaris, in rebus secundis non elata, in tempestatibus æquẽ ac in malacia semper placida, semper sui similis, nunquam alia. Id unus ille actus abundẽ probat, quò Virginem ait Evangelista juxta crucem stetisse non jacentem, aut humi ex deliquio fusã, quod rudes aliqui pictores & coelëstium inanes Parrhasii, suo gloriã Marianã corrosivò penicillò contra evidentia Scripturã Oracula perperam Virgini Matri adscribunt. Ex infracti ac semper intimè Deo suo uniti animi magnitudinẽ semper Superior extitit omni mœrore, doloribus cunctis & cruciatibus, qui licet animam ejus instar gladii penetrarent, ipsius tamen imperio ac nutu perpetim regebantur, ut ne in motus Virgini minùs gloriose erumperent. Unde acerbissimos dolores illos, lacrimas, & singultus heroica oris gravitate ac rationis moderamine temperabat; quod cum ritè Ambrosius (8) ponderaret, has in voces linguam & calamus suum (8) S. Ambrosius Orat. in obit. Valent. resolvit; *Stabat Mater, Scriptura teste, juxta Crucem filii, & Unigeniti sui passionem spectabat. Stantem lego, stentem non lego;* quasi diceret: Stantem lego, humi ex inepto deliquio jacentem non lego. De Institutione Virginum (9) sic ait: *Stabat ante Crucem Mater, & fugientibus (9) Idem de Instit. Virg. c. 7. (10) S. Bonav. in Specul. c. 6.* *viris stabat intrepida; & ut loqui placet Bonav. (10) Stabat divinẽ voluntati per omnia conformis, immobilis, impassibilis per patientiam facta Virgo;* gaudens Filium pro redemptione mundi Deo Patri litari, Filio suo commori prompta, cum Filio in Crucem agi parata. Stabat ubique inexplicabili quadam & inconcussa constantiã Virgo Mater. Prisci Ethnici constantiam olim supra rupem stantem pingebant, undique marinis fluctibus allisam cum hac epigrapha: *Eadem sum semper.* Stat Deipara in Golpho monte, undique doloribus cincta; sed circumcirca dolorum flucti-

fluctibus impetita, semper erat eadem. Filius ut seductor & malefactor comprehenditur, & vinculis constringitur, coram Anna, Caipha, Pilato sistitur & Herode, flagris crudeliter dilaceratur; at illa semper eadem. Filius corona ex paliuris contexta redimitur, myrrhâ & aloë lactatur; at illa semper eadem stabat interrita constans, invicta virtutis, tot doloribus compuncta, quot plagis multatus erat Filius. Fuit etiam Desperata eâ animi constantia, ut juxta ritum antiquum oculos vitâ fundis claudendi, ipsa hoc munus obiret intrepida, ut habetur ex Revelat. (11) S. Brig. l. 4. c. 70.

Brig. O quàm longè à nobis hæc exulat tolerantia & robur, quos velervis pulvisculus dejicit, quos unicum amarius verbulum irritat, quos vel obliquus oculorum aspectus cruciat, quos quævis punctura in pulicis exagitat, quos unus acerbior casus ac tristior fortuna emera. Hinc vel modicum patientiæ robur nostra in præcordia transportemus, difcamusque æquioribus animis quævis adversa pro Deo cum Desperata tolerare.

E. Fossas Castello circumduxit, quæ ima jecit fundamina Humilitatis. Valla & muros hostibus objecit *Virginitas*, quæ tanta erat in Desperata ut mallet millies Maternitatis jacturam incurrere, quàm ut minimum Virginitati labem affricari pateretur. Tectum *Charitas* imposuit. (12) 1. Pet. 4. Tectum imponit *Charitas*. qua Princeps Apostolorum (12) *Charitas operit multitudinem peccatorum*. Tegi, protegi hoc in Castello maximos peccatores, sed contritos, inferius dicitur, cum asyllum probabitur. Restat Porta, quæ præter nostram aliis passim castellis receptum, diu noctuque quacunque ferorum mole gravatis patula est. Ita sanè fronti ejus inscripta loquitur epigraphæ: *Porta patens esto, nulli claudatur honesto*, imò non tantum honestatis studiose præfens patet Porta, sed mille flagitiorum reo, si modo suas ejuret pravitates, & sub hujus Castellum tectum velut in Asylum viva fide ac fiducia confugiat.

G. His præmissis, nunc ad Richardum regredimur, & sententiam ejus huic Castello adscriptam Mariano, quâ palàm dixit, datum esse pro statione Angelis, hominibus seu justis, seu reis pro munimentis, pro asylo. Stabant hic loci in perennibus excubiis cœlestes Genii contra quosvis Virginis hostes & tartareas phalanges tantò numero, ut juxta Georg. Nicomed. (13) ne quidem decies millia sufficerent, qui omnes Regni paratum æterno Regi Hospitium ullus Orci hostis invaderet. Tectum & inexpugnabile Castellum, ubi facto agmine alati proceres erant

(13) Georg. Nicomed. Orat. de Oblat. B, V,

bant, idque summa in pace ac gloria coronant & propugnant. Rectè *fortis* dicitur *ut castrorum acies ordinata*, quam tot millia Beatorum Spirituum circumstant. Alia hodie terrarum castella multoties visu horridi lemures infestant, & avernales furiae inquietant, ut vix incolae valeant & inhabitari. An placet unum pro millenis rei hujus experimentum captare? dabo visu horridum & solo auditu tremendum per transennam ex (14) Theophilo Raynaudo, omnium scientiarum Promptuario.

Erat in Belgio haud procul Bruxellis nobile castellum, sed nocturnis simul & diurnis lemurum tumultibus enormiter infestum. Dynasta castellanae jurisdictionis multa Sacrorum remedia pacandae arci adhibuit sed frustra. Se proin Bruxellas contulit, & levandi mœroris gratiâ in ipsum Societatis Collegium se recepit, ubi Patrem nactus est apprimè religiosum simul & animosum, illa in provincia primum, postea totius provinciae clavo admotum Scherenum nomine; is praesentis Dynastae mœstu pectus largo solamine erexit, eique se ultro obtulit ad locum cum Dei gratia & licentia Majorum omni in festatione liberandum. Nactus licentiam altero mox die se cum socio in arcem recepit, & ipso in cubiculo illo praegrandi aulae adjuncto, ubi maximè infesti lemures grassabantur, quietis locum cum socio per noctem elegit, obsecratò ritè ostiò, & sacris luminibus totum per cubiculum accensis. Sub mediam noctem cum adhuc preces suas ardentibus votis prorogarent, audiunt in aula vicina tumultuosam discursionem, valido ad cubiculi ostium pulsu tertium repetito conclusam; cum autem ad pulsum iteratum nil reponerent, nec signum ad ingressum darent conclusi; ecce tandem post tertium januae ictum ostiò violenter apertò cubiculum subiit horridum hominis Spectrum, cui ex oculis subniger ignis scintillabat, exsertâ lingua, depressis genis, & tota specie lurida, exsuffa. Forma tam tetra nil uspiam Pater territus, voce generosa ex spectro quæritat, quid hic loci ageret, quid quæreret infestus hospes? interim sedem è regione Patris locatam spectrum occupat, aitque sedens: *Hec & alia ex proxime venturo intelliges*. Vix delapso quadrante, adfuit eodem tumultu, eadem formâ alterum spectrum, quod pari interrogatione à Patre sollicitatum, occupata sede, idem quod prior responsum dedit, *hic quid agam, hic quid quæram, & cur huic arci ita sim infestus, ex proxime venturo intelliges*. Idem ad eandem quæstionem tertius reposuit, qui post alium quadrantem eodem impetu, eodem tumultu cubiculum irruit & tertiam sedem occupavit. Adfuit etiam quartus servatò eodem temporis interstitiò, sed longè alia specie ac formâ;

(14) Rayn.  
in prato  
Hist. 87.

H.  
Terrarum  
Castella  
multoties  
Orcini le-  
mures in-  
festant &  
inquietant.

Hist.

mâ; videbatur enim candidus, latam faciem & permodestam totius oris & corporis compositionem foris ostentans; is cum aulam cubiculo adjunctam pacatè obambulâisset, quam alii impetuosè percurrerant, iunctis quasi ad precandum manibus cubiculum subiit; hunc Pater placidè ac reverenter affatus, mox ab eo sequentia inaudit: Sum ego Anima patris castellani dynasta; tres, quibus alideo, majores sunt mei, pater, avus, abavus; ab hoc abavo occupatum fuit primò præfens castellum, contra omnem juris tramitem vero domino ac possessori suo ceptum. Rescivit hoc ipsum avus, neque tamen castelli possessionem abiecit & legitimo arcis hero restituit. Pater meus de illegitima castelli ad se hæreditario jure devoluti possessione monitus, neglecta rei hujus discussione, tamen retinuit castellum; omnes ergo hæc propter noxam justo à Judice Deo ignibus adiecti sunt sempiternis; mihi uni, quia bona fide castellum possedi, nec de alterius in id jure nequam fui ambiguus, retentio fuit innocua; justò tamen Dei iudicio mihi purgantibus in focis tamdiu hærendum est, donec castellum legitimo hero suo restituatur. Rogatus ulterius, quis legitimus castelli possessor esset? Joannem nominavit domesticum castelli servum, genere quidem nobilem, nunc verò ad imam famuli sortem per vim detentum vernam, unâ enixè Patrem precatus, ut animam suam sacrificium expiaret, & vel integram arcis restitutionem, vel amicam transactionem cum arcis famulo maturaret. His dictis placidè abcessit, ceteris tribus jam prius ad damnationis enuntiationem dilapsis. Adeste modo omnes falsi hæredipetæ, impii Mammonistæ, qui nulli hæcenus conscientie vobis unquam duxistis, pauperes operarios mercede sua defraudare, viduas & pupillos emungere, per fas & nefas opes & fortunas corradere, templa & ecclesias annuis censibus privare, sacros redditus & gazophylacia expilare, aut Ecclesiasticos proventus quocunque modo dilapidare! adeste omnes ac fingi are alieno gravati Euchiones qui domum domui conjungitis, & dum liberos opibus augere allaboratis, vobis simul & illis æternum salutis exitium adsciscitis! quod hæcenus præconibus sacris toties & cathedra detonantibus credere nolulistis, jam præfenti credite spirituum damnationem publicanti. *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis (15)* dixit olim Servator ad obstinaces hebræos, id quod præfenti hanc in horam vobis poterat Mammonistis exprobari. Videtis modo signa & prodigia ex Orco, ex purgatorio; credite ergò & respicite; reddite Deo quæ Dei sunt, templis, ecclesiis, sacerdotibus, & Cæle-

(15) Joan.

4.

ri quæ sunt Casaris; malè parta restituite; id nisi feceritis, certa vobis est damnatio sempiterna, quâ modò tres illos nobiles castellanos è cœlo fulminatos esse intellexistis. Sed ad historiam revertimur. Securus quietis Pater socium ad residuam noctem tranquillè exigendam & somnum captandum invitat; ab illo enim tempore nulli ultra lemures arcem fecerant infestam. Adfuit primo mane Nobilis, & rem totam edoctus, cum Majorum suorum pessimam sortem extimesceret, ex Patris consilio, soluta bona fide, qua huc usq; castellum possederat, animam Patris sui purgatoriò detenti seriò liberare, se ipsum exitio subducere sempiterno, & conscientiam tuto in portu locare constituit; eum in finem in Patris ac Socii conspectu, accito Joanne servo, tunc annonâ triturandâ in area distento, promptum se offert, paratumque vernæ suo toto cedere castellò, nisi malit pinguem aliquam conditionem pro se ac suis ultrò admittere. Stupuit Joannes ad nuntii raritatem, & accepta conditione herum jam non ut herum, sed ut amicum & castelli socium jure castelli penitus remisso securum reddidit de possessione nullo unquam tempore turbanda. Sic facta totali restitutione, quam tamen Joannes servus non acceptavit, contentus largiore victu sibi ac suis deputato, pravi spiritus toto castello proscripti, & nulla ulterius terri- culamenta tota sunt arce audita.

Nemo quærat, cur toties etiam hõc avò à mortualibus umbris & horribilibus spectris arces Nobilium infestentur, ut plurimùm grandis iniquitas per cubicula grassatur. Tollatur Mammona, sua etiam tranquillitas, castellis revertet. Suspiciant hic loci omnes opum heltones & avari eucliones cordatissimam resolutionem, quâ Nobilis iste insuper habito nobili statu suo, totam arcem malè hæctenus possessam, suis cum juribus & pertinentiis trituranti operario, servo suo transcripsit, certus antè cum paupertate luctari, quàm ecelò æternùm proscribi. Hæc hæc resolutio summè necessaria est huic hominum generi, si quidem velint saluti suæ in secula prospectum. Nihil valet hic loci *ratio statis*, quâ multi credunt perperam, se à restitutione exemptos esse. Esto tibi inde eveniat ultima pauperies, certum semper est illud Augustini: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*. Et verò quid hodie *ratio statis*, cujus intuitu sibi vendicant malè parta eucliones, aliud importat, quâ excusationes in peccatis? nolunt quicquam delicato vivendi genio in vestibibus & in mensæ bellariis, in esculentis & in poculentis detrahi, luxui vestium & mensarum assueti; sed videbunt & experientur, quàm fucato, imò quàm nullò prorsus argumentò

erro-



errorem suum cum pertinacia tueantur, suis cum luridis pretextibus ad Oreum fulminati. Optimè proin & consultissimè fecit Nobilis illi, cum totum castelli jus hæctenus iniquè occupatum vernæ suo tanquam legitimo hero transcripsit, in crastinum minimè sollicitus, quidquid inde malorum sequeretur, quæ pauper & ad incitas redactus Nobilis exoriat. Licet huic Dynastæ cum suis ostiatum foret mendicandum, meluit tamen vivere pauper, & unâ quasi de cœlo securus, quàm divites tartareas fauces subire; quanquam longè aliter etiam huic Nobili vis taxilli ceciderunt. Retinuit hoc ipsò sua, cum ea procul à se terius humeros devolveret, quia jure suo cessit famulus, quadrâ hæc mensæ in tumulum contentus.

Dixi hæc Opt. AA. ex occasione Castelli Mariani, ubi numero præinnumerò excubias agebant aulæ cœlestis alati Proceres, ut adeo dixerit Richardus jam supra productus, hoc Virginis Castellum Angelis datum esse pro statione, ut Virgini Reginæ servirent, & quæ per vigiles omnes hostium orcinorum assultus ab hoc Castello prohiberentur, peccatoribus nunquam exclusis, quibus datum est pro asylo teste Richardo, Castellum Marianum. Sunt quidem Dei ac Deiparæ capitales inimici peccatores quæ peccatores, si tamen & hi ritè contriti jure asyli gaudente ambient, quocumque tempore per excubitores Angelos admittentur.

(16) S. Bernard. homil. 2. sup. Missus. Ita non tantum Rich. sed alii PP. passim maximè Bernardus (16) quæ unum audiamus: *Si criminum immanitate turbatus, si conscientia factus confusus, si judicii horrore perterritus, barathrò tristitiæ aut desperationis ab incipias absorberi. Mariam cogita! ipsam sequens non devias, ipsam prope Castellum Marianum non desperas, ipsa tenente non corruis, ipsa duce non fatigaris, ipsa pervenis quovis.* En asylum, huc cum fiducia currite, properate, spondeo, scelerum veniam & gratiam à Deo recipietis per Mariam.

Amen.



CON



CONCIO XXXI.

FESTVM S. BARTHOLOMÆI,

Apost. & Mart.

*Pellem pro pelle. Job. 2.*

Horrida excoriatio.



Uoties terribile Martyrium, quò vivus olim pro Deo ac pro fide excoriatus est Bartholomæus, animò recurrit, vel oculis obruditur AA. toties illi quoque seu menti seu oculis obversari videntur, quos scimus eadem sub excoriatione animam cum vita posuisse, ita tamen, ut veri Martyris titulum nullatenus participarent, quia tantam corporis laniam & terribilem carnificinam, non quâ Christi sed potius quâ Diaboli martyres exantlarunt, hic unâ crudeliter excruciat, & ibi post horrida fata æternantibus focis & perennibus tormentis adjudicati. Hi quales sint, sine ulterioribus præambulis, & absque ullis suadæ fusioris ambagibus mox detegam. Primus pelle sua per vim ac violentiam exutus fuit Sifannes, urnæ sub Cambyse admotus Judex, sed impius, iniquus.

A.  
Multis ad-  
huc vivis  
detracta est  
pellis, ne-  
que tamen  
Martyres  
sunt Chri-  
sti sed dia-  
boli.

Erat Cambyse Persarum Rex, omnibus flagitiis coopertus, fratri-  
cida, incestuosus, sororum leno, gulæ & abdomini natus lurco, totas  
noctes bibendo exurere doctus siphon, ipsa in cadavera ferociens tyran-  
nus, in Amasin Ægypti Regem jam tumulo illatum, sed inde denuò  
erutum, summè injurius, centum fulminibus dignum caput; hunc ta-  
men tot nominibus & titulis execrandum Regem unica virtus subditis  
fecit commendabilem, ut Cambysem quantumvis sceleratum, ad astra  
usque laudibus extollerent Persæ, & Nili accolæ Ægyptii, Pellæ gens for-  
tunata Canopi, quam jure belli expugnavit Cambyse, ut per subrepti-  
tiam sponsam graviter delusâ Majestatis crimen ulcisceretur, Herodoto  
(1) teste. At verò qualis hæc virtus fuit, quæ tot inter scelerum por-  
tenta laudem peperit & secularem fortunam Tyranno? fuit hæc unica  
Virtus *justitia*, vi cujus sibi ac tribunalibus suis de viris æqui justique  
amantibus prospexit, & ipse omnes sine discrimine ad alloquium admi-  
sit, sua exiit.

(1) Herod.  
l. 3.  
B.  
Rex Cam-  
byse im-  
pium judi-  
cium pelle  
sit, sua exiit.

K k

fit, nullique injuriam per pravos judices illatam unquam passus est abire inultam. Sic animos subditorum lucratus est Cambyfes, ut Regem Justitiæ cultorem impensè laudarent, licet aliis grandibus flagitiis hirteliceret. Nullus major hostis urbi potest incumbere aut provincie, quam si ibidem Injustitia grassetur; hic enim intestinus & domesticus hostis brevi subruet & seditionibus miscebit universa. Sicut regni basis, reipublicæ fulcimentum, ac solidæ quietis fundamentum est justitia, Cypriano (1)

(1) Cypri-  
an 12. abul.

(2) Isa. 24.

(3) Isa. 24.

(4) Amos.

(5) Isa. 1.

(6) Hero-

dot. l. 5.

(7) Isa. 24.

(8) Isa. 24.

(9) Isa. 24.

(10) Isa. 24.

(11) Isa. 24.

(12) Isa. 24.

(13) Isa. 24.

(14) Isa. 24.

(15) Isa. 24.

(16) Isa. 24.

(17) Isa. 24.

(18) Isa. 24.

(19) Isa. 24.

(20) Isa. 24.

(21) Isa. 24.

(22) Isa. 24.

(23) Isa. 24.

(24) Isa. 24.

(25) Isa. 24.

(26) Isa. 24.

(27) Isa. 24.

(28) Isa. 24.

(29) Isa. 24.

(30) Isa. 24.

(31) Isa. 24.

(32) Isa. 24.

(33) Isa. 24.

(34) Isa. 24.

(35) Isa. 24.

(36) Isa. 24.

(37) Isa. 24.

(38) Isa. 24.

(39) Isa. 24.

(40) Isa. 24.

(41) Isa. 24.

(42) Isa. 24.

(43) Isa. 24.

(44) Isa. 24.

(45) Isa. 24.

(46) Isa. 24.

(47) Isa. 24.

(48) Isa. 24.

(49) Isa. 24.

(50) Isa. 24.

teste; sic iniquitas & injustitia regnum dissipat, rempublicam enervat, pacem & quietem publicam profligat; unde tandem illud Isaiæ (2) oraculum verificetur: *Dissipabitur terra, & direptione prædabitur, qui transgressi sunt leges, mutaverunt jus.* Possent hæc mille exemplis stabiliri, sed placeat unum tantum vel alterum ex Scripturis haurire. Dico ergo, quod dixi: non potest civitas aut provincia diu felix subsistere, si ibidem publicè protritam videas justitiam. Legatur hanc in rem capit alterum, Prophetæ Amos (4) ubi de peccatis agitur Israëlitarum, & publicum illud tot peccatis decretum supplicium describitur; hæc inter peccata ponitur quidem incestus, & idololatria, sed ante utrumque hoc scelus loco omnium primò statuitur *injustitia*, & tanquam potentissima malorum communium causa producit & inculcatur. Volvatur dicti Capitis versus sextus & septimus: *versu sextu allegantur illi, qui pro argento justum vendebant & pauperem pro calceamentis; tanti sc. pauperem æstimando, quanti solent æstimari veteres calcei, hoc est nihili; versu septimo cribrantur, qui aperta pauperum conterunt, seu quod idem fuerit, ita in curiis & forensibus judiciis premunt, ut causâ cadant licet omnium justissimâ.* Legatur hunc in finem Caput primum (5) Isaiæ ubi postquam Vates in clamavit, *væ genti peccatrici*, & alia multa de peccatis in genere, & de illorum publicis pœnis disseruit, tandem versu vigesimo primo in terminis *injustitiæ* peccatum commemorat, veluti primum malorum omnium causam; de idolis aliqua primùm mentio agitur versu vigesimo nono. Potuit itaque hoc ex capite apud suos laudem æquâ mereri Cambyfes, quod justitiæ tenax Princeps totis viribus integritatem patronos excinderet, extirparet, adeoque bono publico conservando bellè prospiceret. Expertus est hujus zeli ardorem ac rogam virtutem Sisannes impius ac protervus judex; hic cum ab opulento cive pecuniis corruptus innocentem viduam impròbè judicasset; hunc ocius vivum excorari voluit Cambyfes, ac pelle judicis detractâ impium jusit tribunal insterni; inde filium officio patris admovit diciturque *Memento, quo ex loco judices, & exitio sape paterno.* Sic Herodotus (6) & Vag-

& Valerius (7) Maximus. Unicus Sisannes tantos metus pravis judici- (7) Val-  
bus incussit, ut nullus ultrâ contra Juris & Justitiæ tramitem sub qua- Max. l. 6.  
cunque lucri augendi spe urnam versaret judiciariam. O quam recte ta- c. 3.  
lionis lege mulctatus est reprobus judex! decuit omninò, ut qui tot alios  
exactionibus & pressuris, fraudibus & imposturis excruciauit, excoria-  
vit, exanimavit, atque unâ multos fecit Bartholomæos, ipse quoq; pro  
pelle pellem redderet, & vivus pro meritis decorticaretur. O ut Cam-  
bylis animum plures hodie terrarum principes referrent, paribus sanè  
imò majoribus laudum encomiis suos Magnates subditi extollerent. Vel  
unus Prætor impius, vel unus judex iniquus, aut iniquitatis fautor logo-  
dædalus, pari cum Sisanne supplicio plectatur, unus talis judex apella-  
sat abundè sufficiat, toti urbi, toti provinciæ ad sacras justitiæ leges re-  
formandæ.

Ita pariter cum illo egisse dicitur Solymanus Turcarum Impera- C.  
tor, cujus operâ usus est in expugnanda Rhodo. Promisit proditori, si Solyman-  
victor insulam occuparet memoratam, se ei unam ex filiabus suis quam nus Turc.  
vellet, cum maxima dote in matrimonium locaturum; petenti post Imp. pel-  
eâ præmium proditori promissum, tyrannus, filiam, more regalis puel- lem detra-  
læ gemmis & aurò affaum exornatam, eique dotem propè immensam xit prod-  
assignari jussit; cum autem proditor ille velut somniò beatus, dulci gau- tori nomi-  
dio gestiret, mox tyrannus ad eum conversus, vides, inquit, me ne tenus  
promissis meis stetisse; at verò cum tu Christianus sis, filia autem mea nunc Christia-  
sponsa tua, professione sua sit mahometana, procul dubio vos inter no.  
rum conveniret; neque mihi ullus mortalium probatur, nisi intra &  
extra cutem fuerit Musmannus; nobis autem non sufficiet, ut, sicut  
ac lingua tenus Christum tuum in trabem actum abnegando, coram me  
totâque aula nostra fidem publicè Mahometo jures; sed multò antè  
quàm filiam meam in conjugem recipias, deponenda est tibi pellis tua  
baptizata simul & incircumcisa. His dictis coram mandavit, ut genero  
suo tota cutis detraheretur, & sic deinceps in lectulum denso sale con-  
spersum locaretur, unde tandem novam cutem eamque Mahometanam  
sponsus reciperet, ac tum demum filiam suam quâ conjugem domum D.  
abduceret. Ita proditor ille ludibrio habitus, dignam mercedem perfidiæ gratiam  
suar, & præmium proditori commensuratum accepit, inter intoleran- proditores  
biles cruciatus & pœnas extinctus. Dedit & hic pœnas tanto sceleri patriæ me-  
justissimè decretas; quis enim satis explicet immanitatem, quâ tot a- ni avò gra-  
nimas fidei nostræ domesticas in execrabilem Alcoranum devolvit, & villimis  
& pœnis ma-  
Orco ctati.

**Hist.** Orco dedit glutendas. Olim exquisitissimo tormentorum genere perfidi proditores confecti sunt ipsis etiam ab hostibus, quibus grata fuit proditio, invisus proditor. Ita quoque Selimus Turc. Imp. Ladislaum Kenezimum, qui Giulam prodidit in Transylvania, vasi clavis oblongis perforato inclusum, dolio de monte per declivia præcipitato, acutus clavis confixit. Hungari quondam hoc hominum perditissimorum genus, palis confixos, volatilium prædam fecerunt, vel vivicombarum mulctarunt. Plus ultra progredi visus est Paulus Kinisius infer. Hungar. præfectus; cum enim præfidiarios milites suos, de Belgrado Turcis prodendo consilia mutuo agitassent, in flagranti deprehensos singulis eorum singulis diebus hædorum in morem verubus affixos & ad ignem affatos, palam fociis devorandos apposuit, identidem eos interrogans, ut palato saperet proditorum caro, ad immanem cruciatum asperitatem convitii accumulandum; novissimum autem eorum, nemine omnium extante, cui cibis apponeretur, lentâ inediâ subdicio confecit, prout Bonfin. sius (8) recitat Bonfinius. Non absimili supplicio pœnas perfidie Hispanis dedit arcis Capuanæ præses Gratianus, à magno Sforcia condemnatus, ut vivus melle circumlitus ex arbore suspenderetur vespertinum crabronumque præda, corvorum pabulum, adhibitis undique excubiis, quæ etiam eminens mortem accelerandam prohiberent. Venet. Cardanum Tergestini castelli præfectum, de præsidii traditione convictum, tormentali machina conclusum, in hostium barbarorum castris subjecto tormentario pulvere exonerarunt. Carolus Magnus Ganetum legatum suum pecuniis corruptum, ut Gallorum aciem Saracenis proderet, Aquisgrani comprehensum, iussit quatuor equis alligari, & in partes distrahi, spectante Belgio & diris omnibus efferum proditorem devovente. Nemo dicat barbaram crudelitatem, quâ patriæ proditor excinditur. Omni tormento major est proditio. Bono publico irreparabile damnum pariunt proditores, tradendo hostibus sanguinem iustum innocuum. *Judicium durissimum his, qui præsumunt*, ipse inquit Spiritus (9) sanctus, seu iudiciò feriantur sine ulla misericordiâ, qui nullâ pauperum, nullâ civium & boni communis habitâ curâ, unam sibi tuisque burfam prodendo faginant, nec anxii nec solliciti, quocumque tabulæ modò populares animi emacientur. Clementia non est, parcere uni, & alios innumeros in exitium præcipitare per unum. Impia pietas est, quâ flagitia foventur, & damna damnis accumuluntur. Suspectum est patrociniū, quò proditorius actus extenuatur, ut mitius perfidia castigetur; ostendit talis patronus, se commissi sceleris complicem esse, & idem

(8) Bonfin.  
L. 3. dec. 5.

(9) Sap. 6.

& idem nefas animò circumferre, pari proin supplicio dignum cum flagratione in flagranti deprehensò. Revertat ad præfens ævum antiqua in patriæ proditores austeritas; publici damni authores publicis iisque gravissimis pœnis excarnificentur, unde omnes alii justum horrorem concipiant, & ante millies pro patria mori statuunt, quàm hostibus vel in minimo gratificari. Pari pœna deartuati essent, qui gallica lue hanc in horam infecti, & lucri gratiâ in omnem perfidiam abjecti, jam arces & præsidia, jam acies totas & evidentes victorias hostium stygiorum efferis manibus consignârunt, pridem pace sua Germani gavisi fuissent.

Huc locorum vel maximè spectat Orentius ille, quem tanquam Ecclesiæ sacrilegum profanatore[m] Dom. 9. post Pent. præsentis Tubæ ex instituto fulius produxi. Non repeto ibi sat abundè descripta. Id unum hic loci moneo, peccatum in templo commissum, procationem in Ecclesia Dei exercitam, gravem irreverentiam per venereos actus, obtutus, aut cogitatus sacris ædibus irrogatam, ut cum templum petunt lupæ ac lenones formæ causâ ad aram explorandâ, tantum esse peccatum, ut & extirpando justus Deus etiam lictores mittat stygios, qui ex imperio Altissimi his ædium sacrarum temeratoribus cutem detraherent & mergant Avernò, sicut hæc de causa justò Dei judicio à Styge speciosam damam mentiente, excoriatus est vivus Orentius. Ex gravitate pœnæ gravitas culpæ mensuretur. Hæc in templis solo cogitatu patrata flagitia, Chryl. teste (10) non tantum fulminibus, sed etiam gehennæ supplicio dignissima sunt. Isaias certè (11) hoc hominum genus pridem cœlo exclusit: *In terram sanctorum iniqua gessit; non videbit gloriam Dei.* Caveant itaque, ne ulli posthæc has Dei summi Regi-  
as, templa nempe & sacella subintrent ea pessima intentione; multis hodie pro dolor recepta, ut videant & videantur. Non peccavit in templo Orentius ab Orco excoriatus, nisi solis oculis & cogitatu cyprio in avernalem damam reflexo, quem cogitatum turpis assensus excepit, & votum visa Venere potiundi; durius ergò judicium ex alto timeant, qui præter cogitatus etiam verba miscent fescennina, procando, lenocinando; judicium verè horrificum eminus prospiciant omnes illæ & illi, qui ex Dei Sacrario turpe faciunt lupanar, & posito pudore ad scandalum usque peccora nudant meretricantes damæ, unde tot oculos in scopulos agi videas naufragio irreparabili perditæ salutis.

Cepi Sermonem hodie à Iudice profano & seculari, cui vivo propter repetitas iniquitates pellem detrahi jussit Cambyfes, claudat hunc ipsum sermonem Judex sacer & ecclesiasticus, cujus summè tragicam catastrophem Vega (12) repræsentat. Competit hoc *Judicis* nomen il-

Kk 3

(10) S. Chry-  
sost. ho-  
mil. 24. in  
Marth.  
(11) Isa. 26.  
(12) Vega  
de Conf.  
lis c. 14.E.  
Etiam hõc  
ævò par  
supplicium  
ferant pro-  
ditores,  
& nulla e-  
runt bella  
&c.F.  
Orentio  
sacrarum  
ædium im-  
puro teme-  
ratori Or-  
cus pellem  
detrahit.(10) S. Chry-  
sost. ho-  
mil. 24. in  
Marth.  
(11) Isa. 26.

(13) S. Augustin. de Pœnit. (14) Conc. Trid. Sess. 24. c. 5. G.

Etiam Judi-  
dici Sacro  
Ecclesiasti-  
co seu præ-  
vo Consci-  
entiæ arbi-  
tro.

Hist.

lis maximè Aug. (13) teste, & Concil. (14) Trid. qui sacris prædican-  
tribunalibus, & animas hominum seu potius conscientias eorum mo-  
derantur Confessarii titulò. Sacris hisce Judicibus ex officio incum-  
bit, sine personarum respectu grandium peccatorum numerum inve-  
stigare, omnes circumstantias accuratè perpendere, serium commisso-  
rum dolorem inculcare, firmum emendationis propositum urgere, pro-  
ximas peccandi occasiones profligare, tam famæ quàm mammonæ re-  
stitutionem promovere, paratam ad hæc omnia pœnitentem reddere,  
contumacem aut luridum absolute negata dimittere, prompta la-  
tisfacere, saluberrimas pœnitentias tot flagitiis proportionatas dictare,  
patris simul & Judicis personam agere, neque ulla grandium authori-  
tate, neque ullis divitum fortunis, neque ullis mensæ bellariis ad mo-  
torem sententiam inflecti, multò minùs sibiò pietis vultibus, rotun-  
dis collaribus, radiantibus capitum tiaris, rosulis, plumulis fascinari, se-  
potius pari pretio rustici hireum olentis, quam muscò fetentis animæ  
animam aestimare, non minùs promptè pauperem audire, quàm opu-  
lentum. Exhibet has probi Confessarii notas ecclesiasticus judex: sa-  
va res: sui & pœnitentis sui animam salvabit; at verò pravorum ju-  
cum impiam classem adaugeat, qui activè & passivè malè audiat, qui  
oculis vel caligantibus vel conniventibus nihil unquam exanimet, ma-  
los simulationum angulos excutiat, nullas occasionum pedicas præci-  
dat, nullum acriùs reprehendat, nullum timorem incutiat, nulli absolute  
nem denegat, sed eadem turpitudinis cloacâ mersum impunè abire per-  
mittat, nulli vel famæ vel mammonæ restitutionem imperet, scelera  
enormitatem non ostendat, quàm diminuat, gravissima scelera, & fra-  
dala verè decumana excuset, eaque velut culicem deglutiat, ac solo pœ-  
nitentium numero ac confitentium gaudeat affluxu, sibi que impensè  
applaudat, si hoc unum ipsius tribunal à magnis pariter & à parvis, à  
doctis simul & indoctis, à viris & à feminis, à lupis & à lupambulis gra-  
di numero sine ullo confitentium fractu obsideatur &c. Talis sanè est  
quam summè noxius judex Justum Numen provocabit, ut multiplex  
sacrilegium grandibus pœnis proscindat, & tam reprobam conscientiam  
judicem stygiis justitiæ lictoribus excoriandum tradat & excarnifican-  
dum. Prostat ergò rei hujus evidens exemplum in Vega, quod non  
in salutem confitentium & confessiones audientium coronidis laudè  
denter propono.

Fuit avito stemmate nobilis Satrapa, qui sicut vidit se pluribus  
illis nominis & sanguinis, muneris & officii dignitate præcellere, ut  
quidvis sibi in quosvis licere credidit, pessima persuasione huic adha-  
serat.

seculo multis locis recepta, Nobiles ubique vivere posse exleges, & licitum huic hominum generi esse, quidquid collubitum est, Decalogum adeo non pro illustri sanguine, claris scriptum esse palatinis undique exemtis, sed pro plebe tantum atque ima hominum sæce; his astra precibus pulsanda, his fame ac inedia corpus emaciandum, ut per arctam & angustam portam cælos penetrent, avitæ nobilitati diu noctique sidera patere, quidquid agant homines isti, certos esse de sua beatitudine &c. at vereor, ne totò aberrent cælo, cum tot & tanta de cælo penitus novo vana sibi somnia fingant. Nobilis iste, de quo dicere ceppi, gyaris quidem & carcere digna perennibus ausis tentavit, interim pro mundi hujus genio noluit videri, qui esse voluit. Amabat scelera; & amata liberrimè patrabat, neque tamen se sceleratum vel haberi vel dici sustinuit, vitiò passim impiis usitatò; eum in finem arctam familiaritatem cum suo conscientia judice contraxit, quem iteratis vicibus invisere & suas in ædes solitus est invitare; publicè etiam visus sacra in tribunali animos expiare, unde à nonnullis rerum ignaris & simplicioribus arbitris famæ laudabilis nomen retulit, ab aliis contra fallax hypocrita mille diras recepit. Novit apprimè sacer Judex, quantus nequam sub hoc fucata pietatis sipario delitesceret, sed tacuit, & scelerum portenta dissimulavit. Quoties nobili placuit, ad vota sua factum reperit Confessarium, mutum nempe & quasi elinguem ac sua cum miserrima absolute Nobili suo gratificari accinctum. Nullum Mammonam suos iussit ad heros reverti; nullas peccandi occasiones sustulit; nullam crisin in apertam fraudandi & harpagandi, græcandi & procan di libidinem detonuit, sed byssimis semper verbis à se dimisit confidentem Mæcenatem, ei certam criminum veniam à cælo aggratulatus, si modò pergat sua in pauperculos (ipsum nempe & socios fratres) larga & paterna manu dilargiri: quasi verò licitum foret furari & prædari, ut ex furto corrasis stipem possis largifluam in egenos erogare: quasi verò licitum foret corium alutario sublegere, ut inde valeas nudos pedes vestire. Ut ne fructu suo elemosina privetur, ex proprio dari debet non ex alieno. Deus ipsis ne quidem aris suis immo ata recipit, si per fraudes fuerint & rapinas obtenta. Scimus Sacras etiam ædes ex Mammona ædificatas Altissimi Numinis imperio per Orcum dirutas esse. His interim fucis & Confessarii palpis sua in pravitate ita firmatus est fictus pœnitens, ut ne quidem de restitutione, aut sui seria emendatione unquam cogitaret, pessimè persuasus salva esse omnia, si modò sua obiter flagitia in aures gratissimi hujus & mollissimi Radamanti deponeret. Ita nec avaritiæ, nec luxuriæ, nec gulæ, nec acedia unquam diem

dixit



dixit Nobilis iste, fautor potius & ampliatus scelerum quam serius diffinitor ad quorum ampliationem multum contulit is ipse, qui ex officio debuit omne scelus profligare. Explevit tandem scelerum suorum mentisram Deumque ad vindictam Nobilis provocavit. Mortuus est & quidem sine sacris mortuus est fatō inexpectatō. Funus nobile tanquam optime de sacris capitibus meriti Satrapæ templo illatum est; at divinis ex more peractis, subito spectante hominum caterva suo è tumulto funus profiluit, & recto tramite ad confessionale contendit, quod novit à suo conscientie arbitro occupari; hunc ita in patenti Ecclesia affatus est presens Spiritus: & cur mihi veritatem obvelasti? cur pestilenti conniventia tua confessionis integritatem evertisti? absolutio per te mihi data, omnis fuit irrita & nulla; post tot & tanta sacrilegia hinc te duce, te promotore in luto scelerum ad ultimum usque spiritum, & idèò sententiam tuli damnationis sempiternæ; æquum adeo fuerit quia tu scelerum meorum pars omnium maxima exitisti, nunc etiam pars has poenarum. His dictis irruit in eum toto impetu eumque à capite ad calcem excoriavit; ita vivus pati cepit teterrimæ stygis tormenta, quibus etiam immortalis à corporis totius horribili laniatione avernalem carnificinam defluxit, socius poenæ futurus, qui fautor erat culpæ. Hæc horrida historiae summa, quam suo Confessionali inseruit Vega.

H.  
Sapient  
malo alie  
no molles  
Confessa  
rii, ac si  
mul rei  
poeniten  
tes.

Eant modò Procerum palpones & aliorum scelera foveant dissimulando. Nulla crisi flagitia proscindant taciturni mitiones! cuius tōmerè suam absolutionem impertiant molles confessarii! reos grandium flagitiorum miti suada excipiant, lucri ac mensæ gratiâ decumanas poenitates retundant! vident modò, quæ fata maneant etiam Confessionarios & ecclesiasticos iudices, si plus mundi genio, quàm Deo deferant & conscientie. Eant modò etiam ipsi Poenitentes, & de acerba sacrorum iudicum conquerantur, obmurmurent sacris animorum abstris, si ex officio urgeant restitutionem, & petulanter relapsos vana manibus dimittant. Hoc ex iudicio non tantum salus pendet iudicantis sed etiam iudicantis. Alterius culpa Iudici sacro imputatur, & partem cum reo poena involvitur, quisquis hic loci sacro Tribunali & iudicaria potestate abutitur. Amens fuerit, qui alterius in gratiam seipsum spoliat divinâ. Stupidus fuerit, qui ut corpori putido sit benè, iudicat male, iudicium sibi manducans & bibens &c. miserum, horridum, irrevocabile. Me mea tam sævis subducat vita caminis!

Dixi.

CON

CONCIO XXXII.

Festum Nativitatis B. V. M.

Et Nomen illius erit vivens. Eccl. 37.

Nomen Vivificum.

**C**irca Nomina infantibus danda mirabilis olim consuetudo viguit AA. Querebant Majores nostri proli suæ tale nomen communicare, quò vita in plura etiam lustra & numerosas Olympiades extracta, benè longa redderetur & proluxa. Eum in finem certò numero æquales cereos accendebant, quos certis Divorum nominibus signabant, persuasi, quicumque cereus flammam suam longiùs produceret, servitutum vitæ mille inter pericula firmandæ & prorogandæ. Imponebant proin hoc ipsum nomen infanti, eoque simul nestorios vitæ annos apprecabantur. Hujus antiquissimi ritus mentionem faciunt duo Patres, Divus Joannes (1) Chrysostomus, & Divus (2) Cæsarius. Ille suo in Commentario Paulino sic loquitur: *Nomen Sancti alicujus imposturi, cereos quæ plures accendebant, suam cuiq; Nomen assignantes, atq; ejus demùm, qui ceteris extinctis supervixerat, nomen quasi longioris ævi arripientes, puero imponebant; à cereo nempe, qui diutiùs ardebat, vitæ producendæ ac tutandæ omnia depromentes.* Hunc in morem Petrus Aragoniæ Rex, filio suo nomen hausit An. Dom. 1196. ut perhibet (3) Marinèus. Jusserat ille duodecim cereos albos ejusdem longitudinis, ponderis, & crassitiei in Apostolorum honorem accendi, quorum singula nomina singulis cereis inscripserat, factò simul votò, se illius Apostoli Nomen filio imposturum, cujus cereus, reliquis extinctis, longiùs durasset. Sic Jacobi Nomen fortitus fuit infans: Hos tamen & alios his similes ritus, maximè si hanc ferant appendicem, vitam cum cereo producendam (quod quidem à Petro non legitur observatum) tanquam supersticiosos damnat citatus Pater.

Cæsarius eosdem Apostolos in fortitionem divisos memorat, quis eorum vitale nomen puero subministret. *In duodecim candelis* (verba sunt Cæsarii) *duodecim Apostolorum nomina singula in singulis scribuntur, que à Sacerdote benedictæ, simul aræ imponuntur; accedens inde semina, cu-*

Ll

jus

A.  
Olim per  
cereos in-  
fantibus  
nomen  
quæreba-  
tur, quo  
vita eorum  
produce-  
retur.  
(1) S. Chry-  
sost. in c. 4.  
Epist. 1. ad  
Cor.  
(2) S. Cæ-  
sar. l. 8.  
Mir. c. 61.  
(3) Mari-  
neus Sicul.  
l. 10. de  
reb. Hisp.  
c. 17.  
B.  
ut sic tur-  
pis est su-  
perstitio.

**C.** *ius nomen per candelam extrahit, illi pius cecus spiritus vite impendit.* Us autem constaret, quantus simul abusus hoc cum ritu irrepressisset, quem jure ipsi Coelites acriter castigabant, refert ulterius sequentia: Occurrit alicui per sortitionem hanc S. Andreas, cujus virtuti cum femina diffideret, repetita sortitione alium vitae Patronum captavit; de alterius verò contemptu ab ipso S. Andrea coram spectabili graviter fuit reprehensa. Alia pari ex diffidentia S. Judam Thadæum respuit; & ecce, non tantum ab eodem sancto Apostolo propter informem repulsam, est increpita, sed gravibus etiam poenis multata.

**D.** Hiberniæ populi dicuntur in Nominum impositione, superstitionum amicorum nomina mordicus averfari. Credunt stolidi parentes, hoc ipso propra eaque immatura morte infantem periturum, si alterius huc vivi nomen sortiat; si verò defuncti sint amici, eorum nomina summa cum aviditate sectantur; quasi verò à mortuis vita profuere, à vivis timenda esset mors. Sed apage superstitionem, & turpem pietatis abusum! mens nobis est vitale nomen indipisci? *Mariam cognovimus.* (4) S. Bern. *Mariam invoca*, Bernardo hortatore. *Ipsam sequens* (4) non erras, ipsam invocans nequaquam à vita devias in mortem repentinam. Desipiamus.

**E.** *vite altricem, vite dispensatricem, vite armamentarium, Chryllogus, Bernardinus prædicant & doctissimus Idiota.* Hic hodie duntaxat Nominis Mariae vitalem potentiam producere mens est; cum enim hac ipsa Nativitatis Mariana festa luce, Virgini Matri prodigiosum sit Mariae Nomen impositum, prout verior tenet & antiquior sententia magni Antonini autoritate (5) suffulta, æquum sanè fuerit, ut idem Nomen, tanquam nobile mortis antidotum, hodie ex instituto diluatur.

**F.** Non sine mysterio ab Ecclesia Matre Virgo Mater, *Viventium Mater* salutatur; quidquid enim vitam spirat, ab una Virgine derivatur, unde Mariae Nomen, Omen dicas felicissimum vite. Idiota tam certum est hoc assertum, ut verba illa (6) Scripturæ, *inspiravit in faciem eius spiraculum vite*, audacter Deiparæ (7) adscribat; sicut enim prima illa Protoparentis caro, licet divinis esset manibus è limo elaborata, citò in tetram corruptionem, limum & pulverem abiisset, nisi per assulum delitum, carnem illam cadaverosam solidiori vita Deus instruxisset; sic per Mariam in hac vita vivimus, & in vita perseveramus. Idiota benignè vocat Mariam *Spiraculum hominis*, quia per te peccator restituitur. Profecto quisquis hoc Mariano halitu caret, is unà occasui propinquat. Sine Maria citò cadavera sumus, sine Maria citò in tumultum ruimus, &

Tollatur  
abusus, &  
nemo car-  
pet cercos.

Hiberni  
nullius vivi  
nomen da-  
bant infan-  
ti stolta  
supersticio-  
ne.

(4) S. Bern.  
in Cant.

Maria no-  
men est vi-  
vificum.

(5) S. An-  
tonini 4. p.  
cap. 13. de  
Angel. Sa-  
lus.

(6) Gen. 2.  
(7) Idior.  
I. Cont. c. 5.

Probat  
ex Script.  
& SS. PP.

in vermes abimus. *Meum est conplium, mea est equitas*, (8) ipsa tecto (8) Prov. 8; nomine Deipara clamat, ubi legunt Hebræi: *Mea est essentia*, seu quod idem est, *subsistentia*, cum hæc ab illa per famæ sanctioris philosophiam nullatenus distinguatur. Quæ causa extitit, cur Andreas Cretensis (9) (9) Andra vita sustentaculum salutaret Mariam; nulla enim vita seu naturæ seu gratiæ diu subsistere potest sine hoc Mariæ fulcimento. Quisquis ergo hanc mortalem, quæ nobis cum brutis est communis, vitam satagit servare, vel prorogare; quisquis virtute seu vita Superis gratiosa perseverare intendit, hoc *vita sustentaculo* muniri exambiat. Procul hinc tetram mortem aufugere, ut primùm vivificans Mariæ Nomen audit proclamari, ex Luca & Joanne redditur manifestum, ubi Lazarus sine Maria non fuit suscitatus, Chryologo (10) teste, hunc in sensum loquente, & Nomen (10) S. Peci Marianum illustrante: *Sine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat cum Martha Maria! veniat vite bajula!* Mario-philos inter Scriptores celebris hanc in horam de Nomine Mariano mota fuit quæstio, cur altera syllaba in Maria passim produceretur, & in voce Maria à mari ortâ corripeteretur? Varii varias asserunt rationes, quas in Echonica Tuba ex instituto producemus; nunc unam ex illis themati propriam, quod tractamus, huc transporto. Expressit eam suo in Mariali (11) Albertus Magnus, estque tantò majoris authoritatis, quantò (11) S. Albi majoris sanctitatis est ipse Author. *Tertia diei, inquit ille, opus est Congregatio aquarum in unum locum, id est, Uterum virginalem, congregatio omnium gratiarum; sed in hoc est differentia, quòd congregatio aquarum appellatur Maria mediâ correptâ; congregatio gratiarum appellatur Maria mediâ productâ. Illa congregatio aquarum brevis est & transitoria juxta illud Apocalypticum (12) *Et mare jam non est; hæc autem est perpetua juxta illud (13) Luca: Optimam partem elegit Maria, quæ non auferetur ab eâ*. Distinguit, ut patet I. c. Marianus author Marianam fœcunditatem ab aquarum feracitate, atque in hac voce Maria mediam breviari, quia fœtus edit fluidos ac brevi duraturos; in altera verò mediam produci, quia mortalium vitam producit, & vel maximè immortalis æternamque duraturæ vitæ essentiam seu subsistentiam procurat. Promisit hanc vitam, hanc vitæ essentiam & subsistentiam omnibus illis, qui seridò essent Mariam quæsitura. Ita sanè in Prov. (14) *Qui me invenerit, inventet vitam, & hauriet salutem a Domino*. Ubi per vocem hauriet vitæ ac omnimodæ salutis etiam corporeæ affluentia signatur, prout bellè observat (15) Damascenus, qui hoc ex capite Mariam vocat *Vitæ nostræ Antitipitiam*, à cujus nutu vitæ nostræ momenta decurrunt; sine cujus ope*

nulla humana salus dici poterit permanere; ideò Christianos omnes quocunque morbo infectos, pridem monuit (15) Bernardus: *Ad Mariam medicam accedamus*, nostrarum omnium ægri tudinum remedia obtenturi, quibus procul à tectis nostris funera pro scribamus, & vitam nostram in ævum prorogemus.

G. Si circumstantiæ temporis illius pensentur, quò nata & dicta est Maria Mater Dei, deprehendemus, eo ipso tempore natam, & Mariam nomine insignitam esse, quò mundus iste ingravescente morbo ad decimum quartum diem pervenit, qui passim pro critico summè ominoso ac fatali die habetur; sic enim Hier. (16) in Libro Generationis JESV Christi Filii David, Filii Abraham &c. quatuordecim Reges reperit, quatuordecim Patriarchas, & quatuordecim Duces, ut adeò omnes

Generaciones ab Abraham usque ad David generationes essent quatuordecim, à David usque ad transmigrationem Babylonis iterum quatuordecim, & à transmigratione Babylonis usque ad Christum totidem Generationes darentur. Post has omnes nascitur hodie, & faberrimo Nomine coronatur Maria. Cur? ut omnibus innotesceret, quòd dies criticos & fatales extinctos esse, mundo natam & datam esse Mariam, quæ Salutem orbi christiano invehret, juxta illud (17) Antistiti:

*Genitrix Domini Salutem intulit orbi*, eamque duplicem animi & corporis, gratiæ ac vitæ temporalis, quam non raro in oculi, & unicò temporis momentò tetra mors pessumdat. Gradum ea, ut lubet, ruant corpora, crescant in dies cadavera, Mariam cogita, Mariam invoca, non recedat ab ore, non recedat à corde vitæ salvatrix Maria, mortis profligatrix Maria. Hanc vel solo nomine tenent salutasse, metum incutit serpenti fato, ut retrò pedem moveat facti horroribus repressum. Contra impetuosos mortis assultus magnis se impensis unguenta fundimus pretiosa. Nomine tenus ex animo Mariam salutetur, & plus proderit hoc unicum Nomen, quàm si totam pharmacopæi officinam unguendo exhauriat. *Melius est Nomen bonum*

quàm unguenta pretiosa Script. (18) teste. Nempe, unum Nomen Marianum millenis prævalet unguentis. Sic in terminis (19) Richardus: *Efficaciam hujus Nominis innuit Salomon dicens, melius est bonum Nomen, quàm pretiosa unguenta; nulla enim pestis tam efficax est, nulla sic bene, quæ ad Nomen Mariæ non cedat continuo.* Et verò potuit avis illa Nomen

hujus nuda enuntiatione, de qua Lyræus (20) prædonis unguentis fugere, servare vitam vix unò pilò à morte remotam, quidni item fortiori sperent, Sanctum Mariæ Nomen pleno affectu enuntiantes!

(15) S. Bernard. Sermon. 2. super Missus.

Eo tempore nata est Maria, quo mundus iste visus est agonizare.

(16) S. Hieronym. in Matth.

(17) S. August. tr. 28. in Joan.

(18) Eccl. 7. l. 1. de laud. B. V. c. 2.

(20) Lyræus in Trisag. l. 1. Son. 31.

Prodigia solo nomine Mariano patrata, non patiuntur ullam diffidentiam mortales in animos irrepere. Ea tam ampla, tam proluxa sunt & numerosa, ut finem nullum sit Oratio inventura, si, quibus prodigiis supra omnem naturæ ordinem nobilitatum sit Marianum nomen, voluerō recensere. Luctatur cum præsentī fato Andronicus Imperator, jamque à Medicis deponitur, & tanquam evidens funus conclamatur, ecce jam voce defectuosa undam petit è fonte Mariæ; affertur, bibitur, & toto corpore aspergitur. Credi poterant Mariæ nomine aquæ fuisse coelitus medicatæ; mox enim & melius habere cepit, & totis viribus reparari.

Ille cum ex navigio in lembum descenderet, fallente vestigio lapsus ad ima maris defluxit, Vincentio (21) teste; at ecce post modicum tempus, qui pridem merfus esse credebatur, ad oppositum litus incolumis evalit; rogatus unde viveret undis absorptus? respondit, cum caderem sacrum Mariæ nomen assidue invocavi, & hem mox diva Virgo me palliō suō involvit & per undas marinas ad portum usque deduxit, unde modo salvus ope Virginis emergo. Ita sacrum hoc Nomen aquæ maris reveritæ hominem suffocare timebant, qui sacerrium hoc nomen etiam in profundo maris à se dimittere noluit.

Petrus Thyraeus (22) refert caput extincti militis in Valachia palam sub dio tertium jam annum jacuisse & Mariæ nomen inclamasse, quod cum transeuntes audirent, & ossa inter vocem inquirerent, his verbis à calvaria compellatos esse exploratores: viri quid hic statis curiosi? Christianus sum & prodigiōsæ Matri Mariæ semper impensè addictus; ante triennium in xpiatus hic loci cruento prælio cæsus occubui; at Virgo mater, cujus nomini devotus vixi, me reum supplicii æterni non patitur damnari; hæc me linguæ compotem jam triennio servat, ut & delicta mea valeam confiteri & veniam consequi merear. Sic accito è proximo pago Sacerdote, confessionem ritè peregit, acceptaq; novissima lustratione defuncti caput repente conticuit, ac perpetim quievit. Tanti nempe nomen Matris suæ Deus facit, ut tam inusitatō prodigio ejus Sanctitatem decantari vellet. Possẽ aliis pluribus prodigiis testatum reddere, quàm verè vivificum & vitale nomen si Marianum Nomen tetra mortis in ictu oculi debellativum Nomen; sed ut sua etiam tragicæ dia tragicam Tubam coronet, nunc sub finem obiter ostendo, sicut hæctenus nominis Mariani cultus & reverentia mortem proscriptit, vitam firmavit & prorogavit; ita sacri hujus Nominis contemptu vitam corporis mutilatam, vitam animæ protrititam, corpori & animo mortem

H.  
Hoc No-  
men prodigi-  
a parit,  
probatu-  
r ex  
Hist.

(21) Vinc.  
Belvac. in  
Spec. l. 7.  
c. 88.

(22) Petrus  
Thyraeus  
de loc. in-  
fest. p. 1.  
c. 14.

(23) Ray-  
naudus in  
Centur.

I.  
Scuprator  
Sacrilagus  
& Nominis  
Mariani  
blasphema-  
tor præda  
diabolo  
corpore  
datur &  
animo.

Hist.

tem acceleratam esse. Aures arrigant Mariani Nominis olores. F-  
Etum quod huc loci ex Raynaudi centuria (23) transporto, accidit in  
Apulia non procul Bario sub finem Anni 1643. Ibi fuit Marchio fan-  
guine quidem & opibus illustris, at verò carnis suæ & Satanae proci-  
mancipium. Vidit Virginem piam voto virginitatis Deo ac Deiparae  
obstrictam turpis leno, & in eam tantis illico focus exarsit, ut in omnem  
ansam præda potitundi oculos & animos versaret. Audiit tandem solam do-  
mi delitescere, mox ergo per posticum procius irruit solitaria vitium illu-  
turus. Obstetit quidem turpibus ausis quanta vi potuit ac nisu, cumq; inter-  
renitendum identidem Mariam inclamaret, sub cuius tutela se esse prob-  
tebatur, ac unâ Virginis huius indubiam ultionem lenoni oggereret, qua  
illi futura esset poenitentia uberrima fementis, spurcus admillarius hanc  
blasphemias stygiam vocem resolvit: *Ecquam tu mihi Mariam no-  
cuis, à qua mihi fidei huius casta veniat poenitentia? Non tulit Deus tan-  
tam blasphemiam & atrocitatem enormi impudicitia junctam esse  
esse impunitam. Vix siliquis huius porcus lutulentus libidinem ex-  
saturavit, hem subita morte Sacrorum expers defungitur. Anima lo-  
abeuntis rectâ in Oreum rapta est, cadaver autem à suis clanculo in Ca-  
pucinorum ibi cœnobium concubia nocte delatum ac tumulo datum  
est. Nesciebant Patres quàm misera morte sic extinctus Marchio, De  
blasphemiam libidinem vindicante, bonâ itaque fide exceptum, cadaver  
ejus tumulo condebant ritu Christiano non sine psalmis atque aliis sa-  
fragiis, quibus animam defuncti sublevarent, sed frustra satagebant.  
Noctè tumulationem sequente, pius ex familia sacra Religiosus, tem-  
plum sortè ingressus, super defuncti tumulum spectrum deprehendit, in-  
tetrum, ita horridum, ut solo ex aspectu propè proprius exanimaretur.  
Ut primùm verò ad se revertit, Cœnobii præfectum quid vidisset, ab-  
monitum, eam in mentem induxit, ut mandatum ipsi imponeret de re-  
perendo loco & spectro interposita adjuratione urgendo ad patefacen-  
dum, quid isthic quereretur. Paruit imposito mandato Religiosus, quem  
Præfectus ipse cum suis eadem ex familia illic sequebatur. Adjuratio-  
ne ex obedientia præcepto adhibita, spectrum ocius, quod erat, aper-  
ruit his verbis: sum ego anima Marchionis hoc tumulo conditi, quam  
Deus iustus Iudex ob injuriam Deo ac Deiparae, per votum obstrictæ  
virginis patulanter illatam, & ob Marianum Nomen à Virgine imple-  
ratum, à me verò grandi blasphemiam sibi explosum, morte subita &  
luxurioso corpore protusam aternis ignibus addixit; fidem verbis fa-  
ciendam, si referatò tumulo cadaver à dæmonibus asportatum non  
con-*

compareret, sed putor duntaxat intolerandus ex imo telluris prodiret. Apertus est tumulus mox tamen inanis locus aparuit, & tanta inde mephitis ascendit, ut complures ex illis qui aderant, quasi exanimati humi fluerent. Locus instar carbonum nigricans è tumulo protractus, & in sterquilinum abjectus, (mirum dictu) mox præda fuit quatuor corvis, qui loculum rostro diffringere & frustra visi sunt devorare. Magnum passim Oratoribus sacris hinc suppeditatum est argumentum ad incutiendos omnibus illis saluberrimos timores, qui sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, in scelera abripiuntur.


Quid ad hæc & alia omnes illi, quibus semper invisum & infestum Nomen est Maria: eludant sonante cachinno Nominis Mariani patrocini-  
 num! debitos honores Dei Genitrici Mariæ subtrahant perfidi! veniet tandem hora, quâ elusi & prostrati Nominis mariani casta poenitentia subeat animos flagrantibus Orci focus immerfos. *Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt* (23) ad prodigia faxei, ad palma-  
 rem Dei vindictam flecti ferrei petrones. Eos summo terrarum Arti-  
 fici Deo, qui solus nec oleum potest perdere, nec operam, reforman-  
 dos committimus. Noverit ille, quod vires superat humanas, trun-  
 cas quinti evangelii arbores seulptere, limare, donec formetur *Ch istus in illis*, ut Paulus (24) meminit. Nobis cum nostræ fidei domesticis ne-  
 gotium est, qui ex dictis sibi firmiter persuadent, quanti Deus faciat  
 suæ Matris sanctissimum Nomen, quod tantis ubique prodigiis in fir-  
 manda vita & profliganda morte illustrat, tantis pariter poenis vindicat  
 contemptum. *Letamini proin & exultate in N mine sancto ejus*, verba sunt  
 Isaïæ, (25) omnes, qui diligitis eam! gaudete cum ea universi ut repleamini  
 ab uberibus consolationis ejus, quæ omnigenæ salutis pharmacum, vitæ  
 promptuarium, sanitatis armamentarium, afflictæ valetu-  
 dinis instantaneum remedium orbi communicat  
 per Nomen Marianum.

Amen.



CON-





CONCIO XXXIII.  
FESTUM S. MATTHÆI  
Ap. & Evang.

*Vidit hominem sedentem in telonio.* Matth. 9.

Opes Stygiæ.

A.  
Nullibi  
plus vita  
& animæ  
salus peri-  
clitatur,  
quàm in-  
ter opes,  
eas maxi-  
me quas  
malo ritu-  
lo avaritia  
corrãsit.

**R**Ô quæ cœcitas, quæ & quanta perversitas peccatores im-  
mos infestat AA. non æstimantur vitia suis licet supplicia  
stipata. Non vitantur vitia, licet mille periculis vitæ co-  
ronata. Hæc pericula quocunque casu Deus submoveat.  
beneficii loco accipienda foret submotio; at cœci mortali  
pro gratia, quam nolunt agnoscere, mille murmura in ipsum Deum  
divos Cœlites eructant. Hæc pericula nullibi citius incurras, quam  
inter auri argentique acervos, eos maximè, quos cœca opum man-  
avaritia collegit, & iniquitas corrãsit. Divitiis hæc viâ partis & vitæ  
tanta est affinitas, ut mutuo etiam nomine gloriantur. Nil tam pro-  
pinquum est divitiis, quam vitiis oppleri, quibus in abyssum male-  
dei possessor mergatur. Plutus auri numen & Pluto numen Averni  
tanta se propinquitate contingunt, ut arctior dari haud possit, nisi  
geas identitatem. Indicabant per hoc majores nostri, divitias & in-  
ros summam inter se societatem fovere; sicut enim vix à se invicem  
distant literulâ Plutus & Pluto, ita non multum inter se dissident di-  
tiæ & Inferorum flammæ; quod ut innueret ipsa etiam natura, aurum  
& argentum in ima terræ viscera detrusit, ut ipso primæ originis  
vicinum esset Averno, neque erui posset, nisi ab iis, qui peterent pro-  
fundum. Accedunt oracula divina (1) *dives difficile intrabit in regnum*  
*cœlorum.* Quæ difficultas ne modica esse videatur, mox subnectitur.  
*Facilius est, camelum per foramen acis transire, quàm divitem intrare in*  
*regnum cœlorum.* Hæc sententia usque adeo Apostolos exterruit, ut  
dicerent: *Quis ergo poterit salvus esse?* Quibus responsum est: *At non ho-*  
*mines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt,* quasi ob-  
ceret, Omnipotentia Dei & infinita ejus Pietas ad hoc exigitur, ut de-  
ves aliquis salvus fiat; est enim ingens prodigium, divitiis oneratum

(1) Matth.  
19.

furfum ad cœlos ascendere, cum etiam opibus & fortunis vacuo grave accidat, per viam tam arduam ad Superos eluctari. Tale prodigium erat præfens Festi huius Præses ac Patronus Matthæus Apostolus simul & Evangelista, quem vidit Deus in telonio sedentem, ut innueret, ut Mammonâ pressum stare ulterius haud potuisse, pondere deorsum trahente. Audiatur hanc in rem Ambros. (2) *sedebat, quia stare non valebat, pondere cupiditatis oppressus, & intus fraudum conscientia incurvus*, avarus in lucro, insatiabilis desiderio, in debitis flexuosus, in exactio-nibus truculentus, in rapinis barbarus; hunc hunc sedentarium seu pravis auri motibus habituatum Euclionem Christus vidit, mox eum verbis hise affatus: *Sequere me*. Notat hic loci Bonav. Christum tria fecisse pro Matthæo, (3) *exiit, viam, vocavit*? *Exiit ut requireret: Vidit ut attraheret: Vocavit ut ad se converteret*. Secutus est invocantem & intuentem Deum Matthæus, ac relictis omnibus vestigia pressit Servatoris. His obtutibus etiamnum hæc horâ clemens Deus pessimos eucliones dignatur: his vocibus *sequere me* adhuc hodie jam è cœlo, jam ex Eucharistica theca ad sui sequelam burfarios invitat; sed quotus hõc avõ vocanti Deo obsecundat? quotus relicto telonio & iniquitatis mammonâ suam ad herum remisso, se bonis exiit male partis, & fursum invitentem Deum sectatur? ah totum hunc orbem oculis obeamus, numerò sanè perpaucos reperiemus, qui pravia Matthæi exempla sibi vendicent, eaque verbò simul exprimant & factò. Passim divitiis & vitiis inhiatur, licet inde æternum *væ* incuratur. Passim in foro clamatur & in choro: *Veni, si nummos, querenda peunia primùm est*. Proxima gehennæ pericula inde procis suis nasci solita contemnuntur & exploduntur. At verò unde fit, ut tam rari divites salventur? quæ ratio raritatis? investigemus nonnullas.

Prima ratio in ipsi srefidet aureæ fortunæ donis. Ardet Deus opum largitione homines allicere, ut fortius ament Largitorem, hunc finem auri possessio aut cupiditas diruit, evertit, quia in vicem gratitudinis Deo refundendæ mentem hominis occupat cœcitate, & oblivionem Datoris inducit, & omnibus vitiis viam referat. Sic opes cedunt in exitium, quæ esse debebant Dei tam munifici memnosynon. Sic illi factum legimus, de quo sequentia memorat (3) Pædagogus. Jam ultimus articulus instabat, jam propè animam agere videbatur opulentus, nihil adhuc de Deo, nihil de cœlo, nihil de inferno audire voluit Moribundus, sed Confessariò potius exesse iussò, lancem aurò plenam per uxorem afferri voluit; quæ cum

Mm

ocius §. 1.

B.  
Prodigium est, si dives cum Matthæo fursum tendat ad Superos. (2) S. Ambros. hom. de Vigil. Sancti.

(3) D. Bonavent. in Matth. c. 1. C.

Rari hodie Deo vocanti & ad se invitanti obsecundant.

Causæ tantæ raritatis, cur tam pauci divites salventur, inquiruntur.

D.

Causa prima ex eo trahitur, quod opes Dei oblivionem pariant, cum potius gratitudinem excitare deberent. (3) Pædagog. Christ. c. 7.

**Hist.** ocius esset allata, eidem manus inseruit, illa identidem suspiria & preces aureos inter nummos reiterans: Tu tu ò aurum meus deus es! Tu mea spes es! Tu mea unica voluptas es! Tu vita es mea! Quidquid infesti popæ deblaterent, à te uno ego solidam opem exspecto. His dictis, caput aurò circumvolvens, illudque defuavians, ac veluti suum adorans idolum, animam tandem à Pluto ad Plutonem transmisit. Pro qua vesania! captare aurum & animum totò cœlò proscribere?

*Nimirum ingenti congesta pecunia curâ*

*Est deus, humanos nunc regit ipsa vices.*

**E.** Alteram causam parit inhumanitas, quâ ut plurimum pauperes egeno ope sua destituunt opulenti. Eum se erga hominem gerit Deus, quem se suum in proximum homo exhibet. *Misericordes misericordiam consequentur, judicium autem (4) sine misericordia in eum vibrabitur, quoniam non fecit misericordiam.* Est divitiis ita propria immisericordia, ut centenis divitiis vix numero totidem misericordiæ patres repentes, quot portas numerant Thebæ; cum enim miseri non sint, nec sciunt, nec sentiunt, quid sit esse miserum; hinc miseri nec condolent, nec auxiliantur, indigni proinde sunt, quibus manum præbeat auxiliantem clemens Deus. Scimus, quid de Evangelico divite illo in Stygiæ pulto dixerit (5) Stridonensis: *Ideo rogans dives non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudivit in terris.* Induebatur purpurâ & byssò, Lazarus interim nudus ante januam jacuit abjectus & contemptus. Misertus fuisset Lazarus, etiam à Deo misericordiam consecutus fuisset. Damnatus erat dives ille non ob divitias, sed quia divitiis non usus est ad misericordiam pauperi Lazaro exhibendam. Habet hic loci multoties locum tritum illud:

*Quò plûs sunt potæ, plûs sitiuntur aquæ.*

Quò ampliores fortunæ possidentur, eò fortius succedunt possidentem, eò crebrius extimulant & inflammant habentem; quò autem fortius amantur, eò ægrius in egenos dispensantur; hinc minus liberes redduntur in misellos; hinc magis duri fiunt, & inhumani in ceteros illos, quos dira premit paupertas, ac pluribus ex titulis digni, quoniam nullam pariter misericordiam à Deo consequantur, sed judicio sine misericordia æternum castigentur. *Quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis (6) cujus clarum specimen dedit dives in Orco sepultus; non illi*

(6) Matt. 7. vobis (6) cujus clarum specimen dedit dives in Orco sepultus; non illi

rapuit aliena; non templi bona dissipavit; non pauperes oppressit; non pupillos exspoliavit; non viduas exhaustit; non rusticellos emunxit, excoriavit, sed tantum erat dives, purpurâ & bysso indutus & quotidie splendide comestatus; quod ergo crimen commisit Orcò dignum? jacuit ante januam Lazarus ulceribus oppletus & nemo erat, qui jacentem vel vestibus, vel mensalibus micis aut bellariis refocillaret. Canes aluit epulo, Lazarum despexit; in vestium mensarumque pompam opes suas largiter effudit, Lazarò nec obolum transmisit; hinc illa horrida fitis excrevit, quam nulla Abrahæ trulla poterat refrigerare.

Tertiam causam Voces præbent, quibus mundi hujus continuam prosperitatem è cælo Deus epuloni exprobravit, prout Scriptura (7) loquitur *recepisti bona in vita tua*. Verum est, immisericors fuit Euclio ille, sed hæc sola immisericordia non peperit tantam suppliciorum immanitatem. Ipsa opulentia & perennis fortunæ usus, omnium voluptatum affluxus, tantam post se trahebant malorum iliadem. Semper hic loci felicem esse & fortunatum, boni ominis signum non est. Timendum est, ne assiduam faustitatem infelicitas excipiat sempiterna. Noluit olim D. Ambrosius vel per horam in diversorio subsistere, cum audiret ex caupone se nullis unquam adversis, nullò morbò, aut alia quacumque calamitate tentatum, sed solibus semper placidis, semper innubibus & serenis gavissimum esse. Ergò intulit S. Pater, migremus hinc; nolim ego hic loci pernoctare, ubi timendum, ne tantam felicitatem infelicitas excipiat, & nos cum ipso pari fato involvat. Migremus hinc. Migravit S. Pater cum suis, & eadem nocte collapsa domus, omnes inquilinos miserè obtrivit & contumulavit. En quàm nihil boni Mediolanensis Antistes ex continua felicitate præfagiit. Est nempe nimis verum, certumque quod suis olim epistolis (8) Hieronymus inseruit: *Difficile est, imò impossibile est, hic ventrem implere & ibi mentem mille deliciis saginare*. Christus ipse hanc assiduam faustitatem pro signo posuit securæ damnationis (9) ideo palàm dixit: *Vae vobis divitibus, quia hic habetis consolationem vestram! Vae vobis, qui saturati estis! Vae vobis qui ridetis, quia lugeritis!* Item Apocalypticus Joannes illà sententiã expressit (10) *quantum glorificavit se, & in deliciis fuit tantum date illi tormentum & luctum*.

Quarta eaque ultima causa ex aliis panè innumeris hodie producenda est iniquitas vel iniquitatis Mammona, qui ut plurimum divitias veluti prodromus præcurrere solet, aut comitari aut subsequi consuevit.

(7) Luc. 16.  
F.

Causa tertia quia ex opibus se perpetim felices reddunt opulenti, ergò hic cælum & ibi Orcum.

(8) S. Hier. ep. 34. ad Jul.

(9) Luc. 6.

(10) Apoc. 18.

G.  
Causa quarta est, quia multo-

ries opum suavit. Iustitia virtuti cœlum debetur juxta illud: (11) *Justitia de gra-*  
*gratia ju-* lo prospexit; iniustitia verò & iniquitati decretus est infernus. Ita  
*sticia cul-* Pfaltes regius (12) *non habet bit juxta te malignus, nec permanebunt iniqui-*  
*tus concul-* *sti ante oculos tuos.* At verò juxta vulgatam S. Hieronymi sententiam  
 catur. (11) *PC 84.* (13) *divos vel iniquus est, vel iniqui heres est.* Quod ipsum multò ante  
 (12) *PC 5.* Hieronymum visus est Plato ethnicus enuntiare (14) his verbis: *Pl-*  
 (13) *S. Hieron.* *rum est, quod vulgò scitur, admodum divites non esse bonos.* Quid ergo  
 ron, Ep. ad Hedib. mirum est, si divites rarò admodum salventur, sed suis potius cum  
 (14) *Plat.* fortunis in Orco sepeliantur. Produxit talem oppidò divitem Mam-  
 l. 5. de leg. monistam in regulis suis prudentiæ Christianæ Georgius (15) *Reb.*  
 (15) *Gebrg.* quem modo meis quoque Auditoribus bona fide communicò. Erat  
 in reg. inquit ille, superbia tumidus legista, qui verbis & vocibus ad omnem  
 prud. p. 20 fraudem compositis, plures causas undique impias & iniquas præter  
 c. 11. n. 20. omnium spem reboante conscientia lucratus, grandem sibi sollicita-  
 Hist. tium & fores pulsantium clientum peperit affluxum, unde sibi no-  
 men comparavit famosissimum ac numerosas opes collegit, quibus om-  
 nis generis delicias sectatus, improbè cuticulam explevit lusorius gula  
 at subito lue obrutus periculosa & undique fatali à sacris invitatur  
 à profanis, de periculo monetur, ad animos ritè ante obitum es-  
 piandos totis viribus inflammatur; at ille tanquam surdus & jam con-  
 clamatus oculos, aures atque animos avertit, rejectis tandem omnibus  
 vestimentis & ipso lecto nudus in omnem se partem versat & reverla-  
 tandem velut furore percitus horridam promit vocem: Adesto Deus  
 & tu diabole adesto! certate modò & dimicite, cui vestrum jus con-  
 petat in hanc animam meam; hanc illi obsignabo, qui hac in arena  
 ctor evaserit. Tacuit per semihoram ad horrifonas hæc voces ore bla-  
 phemo eructatas, inde iterum linguâ stygiâ Stygem evocare auditus  
 eja propera diabole, cape animam meam, tu vicisti. Anima hæc non  
 Deo debetur, sed tibi, age cum ea, quidquid placuerit. Deum ejus  
 Divos execor, toti Cœlo nuntium remitto. His eructatis, in ungue  
 acheronticos spiritum exspuit impii corporis inquilinum. Surgant co-  
 mæ hæc audienti, tremant digiti hæc scribenti, lingua titubet hæc &  
 similia proloquenti. Interim his exemplis libri & annales abundant, &  
 quotus est qui opibus suis diffidat? jure hîc omnes opulenti contem-  
 niscant, jure divites metuant, etiamsi nullam ipsi fraudem commise-  
 rint, ne fortè aliquid alieni per alios malè corras æris possideant; sus-  
 ferim adeò, ut non tantùm ab omni iniquitate se seriò abstineant, sed  
 etiam

etiam summa cum sollicitudine in suarum opum primas origines inquirant, quid si esset mammona, hæc pinguis & opima hereditas, per reprobos fortè legistas & juris truncatores rabulas ad me devoluta? malim omnibus bonis carere, quàm ex alieno epulari, græcari, vivere, ludere, deliciari.

Faxint Superi, ut submotis omnibus hisce causis, quibus opum damnatio maturetur, opum Largitori Deo nos semper gratos exhibeamus, & donis è cælo effusis ad supremi Numinis ignominiam nunquam utamur, sed opes potius & fortunas ad Dei honorem & gloriam, ad pauperum solamen & subsidium juxta leges divinas usurpemus, impense semper cavendo, ne quid iniqui aris buris nostris irrepat, illâpsum, verò suis æqui possessoribus ante Solis occubitum transmittendo; ita multiplex pecunia, quæ tot aliis divitibus hactenus peperit gehennam, nobis pariet immortalem gloriam.

Amen.

H.  
Tollantur  
hæ causæ,  
& opes nobis non gehennam  
parient sed gloriam.



Mm 3

CON-

## CONCIO XXXIV.

FESTVM S. MICHAELIS,  
Archangeli.*Va homini, per quem scandalum venit. Matth. 18*

## Væ Scandalosum.

A.  
Mirabilem  
Quæst for-  
mat Tosta-  
tus, quæ-  
rit an Jero-  
boam eri-  
gendo vi-  
tulos au-  
reos plus  
peccarit,  
quàm om-  
nes homi-  
nes mundi.  
Respondet  
affirma-  
tivè.



Uid pessimus Israëlitarum Rex egerit Jeroboam, ex 3. Regum 12. & sequentibus abundè clarescit AA. Occasione vitulorum, quos nequissimus Jeroboam ex auro fabricavit, & publicæ adorationis cultui exposuit, totus Israël lapsus est in Idololatriam. Ita gravissimè peccavit Jeroboam peccatò non tantùm idololatriæ, sed & enormis scandali, quia causa fuit, cur totus Israël deinceps usque ad sui excidium hos vitulos adoraret. Ex gravitate poenæ gravitatem culpæ metiamur. Hanc idololatriam Jeroboam publicè productam, hoc scandalum, erigendo & colendo vitulos aureos, vero Dei cultu humili fuso & pessumdato, grandibus peccatis Deus castigavit, quas etiam multò antè prædixit. Primo, puerum ejus subita morte occubiturum. Secundo ipsum cum tota posteritate periturum, idque cum enormi infamia, ut nempe sepulturâ careat, & à canibus ac feris dilacerentur. Tertiò regnum à Jeroboam & familia ejus ad alios transportandum. Quartò tandem totum populum in captivitatem abstrahendum. Gravitatem hujus peccati, quod hoc loci Jeroboam peccavit, expendit & rimatur more suo perquam sollemnè & accuratè Tostatus Abulensis (1) Episcopus, inde hanc format quæstionem: *Queritur, an Jeroboam peccaverit gravius, quam omnes homines mundi?* Mirabilis quæstio! unde enim tanta profluat immunitas, ut celeberrimo Doctore percunctari liceat, num supra omnes mortales Jeroboam peccaverit, plus quàm omnes Reges Juda & Israël, qui erant post ipsum, imò plus quàm omnes mundi homines, ergò etiam plus quàm protoparentes nostri Adam & Eva, quos omnes peccandi malitia superasse videtur Jeroboam. Lustretur S. Script. & ex ea dubii hujus resolutio hauriatur. De scelerato Rege Jeroboam ita S. Literæ pronun-

(1) Tostatus.  
quæst. 19.  
in lib. Reg.

tiant. *Fecit duos vitulos aureos & dixit, nolite ultra ascendere in Jerusalem (2) ecce Dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti.* Horum (2) 3. Reg. vitulorum alterum in Betel, alterum in Dan locavit, populoque author extitit, ut iis honores tribuerent divinos. Hac impietate ita commotus fuit Deus, ut quamvis omnes alias offensas promptè ac facilè remitte-

ret, hujus tamen injuriæ tam vivacem semper memoriam retineret, ut plus quam decies quater Jeroboamo exprobraret, *quòd peccare fecit Israel.* Tam atrox nempe, tam nefarius, impius, & protervus homo fuit Jeroboam, ut non contentus esset malitiâ propriâ, sed hanc etiam in subditos Israëlitas transfunderet, eosque verbò & factò induceret, ut venerationem uni supremo Numini debitam fictilibus vitulis impenderent. Hæc ergò malitia, quâ quis alios ad offendendum Deum inflamat, ita

gravis & enormis est, ut eam ob rem jure quærat Abulensis, an Jeroboam, qui totas hominum myriades ad irritandum Deum provocabat, gravius peccarit, quam omnes homines mundi? Nempe vitiorum omnium, quæ in hominem cadere possunt, nullum scitur gravius, quam illud, quò plures alii homines adducuntur, ut in Deum suum impii existant & protervi. Nemini proin mirum videatur, si hujus farinae scandalosi homines exoticò quodam modò animâ simul & corpore puniantur, morte simul temporanea & sempiterna castigentur. Hæc quidem dicta omnis generis homines atè in animos demittant, ii tamen maxime, qui aliis præfunt regendis. Poëta teste, *Omne animi crimen tantò est confectius in se, quantò major qui peccat habetur &c.* Missis tamen ho-

die populi Rectoribus & præpositis, unicè statui, solos parentes muneris sui commonefacere, ne suas in proles & innocentes liberos temerario ausu peccare præsumant, quod in suos Israëlitas peccavit Jeroboam. His Evangelii præsentis divinas voces inculco: *Væ homini, per quem scandalum venit! Væ patri! væ matri! si vel per hanc, vel per illum peccare discat soboles! væ corpori! væ animæ! væ vitæ simul temporali & æternæ! utriusque jacturam incurrent suam in prolem quocunq; modo scandalosi parentes.* Probemus asseritum præfens Oraculis divinis & exemplò, verbis simul & factis.

Teste Script. (3) *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Accedat pessimum patris aut matris exemplum jam in Orcum non labentur liberi sed trudentur, cogentur & impellentur, secumque trahent, vel eò præmittent pestiferos parentes. Non cupio è fabulis Medæas adducere aut Prognas, liberis suis fatales Proserpinas; faciunt ex his fabulis millies historias nostræ fidei domestici paren-

tes

Tanti erat scandalum, quo Israëlitas induxit, ut cultum Deo debitum vitulis impenderent.

C.

Væ scandalum danti-bus! sed hodie solis parentibus quocunq; modo in liberos scandalosis væ intentatur.



(4) Ph. 105. tes, qui ut Psaltes (4) quæritur regius, *immolant filios & filias suis demontis* jam Pluto avaritiæ præfidi, jam Asmodæo Veneris procurator, jam lucifero superbiæ præconi, jam sathanizanti gulæ ac Stygio furori &c.

D. Herodes in bimos olim, quos inter Christum certò statuit perimere, Parentum tantis furoribus exarsit, ut ne quidem filiis suis parceret tetra cruce & gnissimus carnifex; hanc ob rem, teste Macrobio, Romæ de tanta barbarie edoctus palam dixit Augustus, *melius est Herodis porcum esse quam filium*. Utinam soli Herodi hæc sententia competeret! at vereor, ne pravitate herodiana stygium semen nostro sit etiam ævo affusum. Multis certè parentes pluris hodiè suam faciunt, aut strigolum equum quàm propriam sobolem; sues certè accuratè visitant, an omnes suo sint stabulò conclusi, equos & boves lustrant & explorant, an suo ritè perbulò vescantur, & nulla sint lue infecti; filios verò & filias per popinas choreas, per avia & invia grassari patiuntur, donec in avernalis moftri letalem sinum devolvantur, unde nullus ultrà regressus speretur, imò potiùs ad omne pravitate commercium, ad omnem fescenninam societatem ipsos secum liberos deducunt, testes futuros non tam matrem suam in omne scelus adolescere, qui nec operam navant, ut propriis moribus imbuatur, nec ullum adhibent conatum, ut ex oculis & ex animis suorum obvia quævis scandala removeantur; faciunt adeo herodiani parentes, ut in quamvis peccandi audaciam liberi exerceant & omnibus tandem ærumnis se ac luridos parentes suos in vivis obruant & post fata; nisi enim eos efficaciter velint malos reddere; dicite, quæso, cur eos in omnem vanitatem, luxum & luxuriam à cunis educant, cur eis omnia permittunt, si noxia quævis seriò velint à suis repelli? cur totam domum diris imprecationibus, enormibus blasphemis, & blasphemiam Venerem olentibus diæteris incessant, si à suis ardeant castis precibus & perennibus votis caelos pulsari? cur suos ædium domellibus raro admodum proprio nomine salutant, sed eos potiùs mordacibus lecaemis proscindunt, si nolint ut senes calvastris, rugosas anus Cæcæ fatentes spumas, servos & ancillas mille aliis convitiis efranes libenter spergant, illos jam cæcos, surdos & mucosos, has jam vetulas, trivulgas & Luciferi sponsas, illos verberones & nebulones, has meretricias & Orci pabula proclamant? cur ad omnes mensas, nuptias, saltus & tripudia, ludos & spectacula filias dimittunt, ut videant & videantur si earum integritati esse cupiant consultum? cur prolis numero præsertim tantum iniquitatis mammonam coacervant, ut ex corio alieno typ

pana resonent, & dies semper opimos & adipales vivant posteri, si suæ  
 suorumque salutem providè velint in Nestorios usque annos prospectum?  
 Sic plutus Plutonem provocat in exitum rapacium parentum & impiæ  
 posteritatis. Cur reprobis parentes sobolem suam ita delicatè nutriunt,  
 ita molliter fovent & enervant, ita protervè patiuntur, imò ambiunt,  
 incitant, instigant, ut se ad omnem luxum & luxuriam exornent? sic  
 sanè formæ simul & admiratores pariunt & insidiatores. Minus habent  
 insidiarum, quæ minus habent munditiarum. Dum comuntur, ven-  
 duntur, vel certè patenti foro parantur, & emptoribus aut raptoribus  
 prostituuntur. Inspiciamus hic loci nonnihil præsens ævum & nostræ  
 temporis perversos mores, ac corporis vestiendi rationes cominus ex-  
 ploremus. Pro quanta novitates in dies & in horas excrescunt! quan-  
 tō pretiō, quantō vestium-apparatu pupæ in forum, promoventur?  
 Nemo dicat hæc levia esse statui suo consona ornamenta!  
 Nemo palliandæ profusioni totale dominium suas in fortunas obji-  
 ciat, quibus cuique uti liceat & abuti, modò propriæ sint expen-  
 sæ, & non alienæ. De his longè aliter pronunciat (s) Gregor. quem (s) S. Greg.  
 meditando propono. *Sunt nonnulli (verba sunt S. Patris) qui cul-*<sup>homil. 40.</sup>  
*tum subtilium & pretiosarum vestium non putant peccatum esse, quod si*<sup>in Evang.</sup>  
*verum esset, Sermo divinus tam vigilanter non exprimeret, quòd dives,*  
*qui apud inferos torquebatur, byssò & purpurâ fuerit indutus.* Juxta  
 hunc Patrem grandes census aut notabilem patrimonii summam in pre-  
 tiosam curiositatem tegendo corporis trunco expendere, interim nul-  
 lam Misèrorum rationem habere, quibus gravissima mendicitas mille  
 gemitus extorquet & lamenta, grande scelus est Christianæ charitati  
 è diametro oppositum, atque adeò ultricibus Averni flammæ torquen-  
 dum. Accedat huic vestium generi grande scandalum, quò juniores  
 suas nudo pectorali mucidæ matres prostituunt, aut prostitui patres  
 patiuntur, flammâ duplò major prolem involvet & parentes.

Liceat mihi hic loci brevem aliquam digressionem facere ad fe-  
 mellas, hominum genus supra quàm credi potest formæ suæ & alienæ  
 studiosum. Se ac prolibus suis ad usque scandalum fucandis non pau-  
 cæ plurimas terunt horas, nullo alio fructu, quàm stygio, tartareo.  
 Sunt has inter, quæ cum nullis artibus fieri possunt opulentæ, volunt  
 tamen videri opulentæ, in quem finem suas etiam soboles magnifico  
 luxu velut equas solis phaleris celebres, cœcutientibus prociis venum  
 exponunt. Sic totus earum mundus grandes divitias prurientibus  
 spondet candidatis, sed *stantis dives quilibet esse potest*; Donis nil præ-  
 ter horridam sorditiem & antiosam paupertatem ostentant; foris splen-  
 dicant

N n

E.

Notæ in  
 Matres fu-  
 candis pu-  
 ellis disten-  
 tas, ut su-  
 perbiam  
 foris pro-  
 pugnent.

dicant corporis emaciati ornatur, propriis in ædibus sitiunt, elurunt, uno sæpè cochleari contentæ, cœcò jusculò & fontanà græcantur; cæteriùs sericis & attalicis vestibis putidam carnem exornant, interius nigris centonibus sordescunt; foris aurò, argentò, gemmis & unioribus superbum caput, nudum pectus & venale corpus circumferunt, intus lacerò undiq; linteo pellem tegunt meretriciam; ceteram si suppellectilem investiges, nec integram in mensis mappam, nec totum stragulum pro lecto reperies, aut totum si fuerit, censum fèret hebdomadarium, proximis è laribus mutuatum; hæc sanè splendida est miseria, albis detibus digna, quam nisi meis hisce sæpiùs spectàsssem, nulli crederem hominum superbiam eò vesaniæ grassari, ut malint antè cum inopè privatim luctari, quàm aliquid de luxu remittere in publico, veri nominè martyris, sed diabolicæ hinc miseriæ, & ibi suæ tumentis superbiæ peccata daturæ interminabiles. Alias procax lascivia eò temeritatis impellit, ut in se ac suis etiam opus Dei corrumpere haud reformident: crine colore mutant adultero, vultum mendaciò pingunt, aliùmque cæcè faciunt, quàm Deus contulit; sic tandem instar pupæ in compita pèdeunt, duplex alienæ castitati facturæ vulnus in vestium elegantiam morticinæ pellis prostitutione. Hunc in finem necessarium non eò ut talis clades per malitiosam voluntatem intendatur; ut crimen imputetur, satis est occasionem moriendi propinàsse, etsi nulla mors consequatur. Audiamus Hieronymum (6) *si vir vel mulier se ornatum vultus hominum ad se provocaverit, etsi nullum inde sequatur damnus iudicium tamen patietur æternum, quia venenum attulit, si modò se quis qui biberet.* Ex quibus verbis sat abundè colligitur, quantum corporis ornatu peccetur, quem in suis prolibus vel ultrò promovent, vel pessimè dissimulant luridi parentes. His ego unà sumptis, & sui cultura tantoperè defatigatis, jure hodie acclamaverim, quò olim Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, & nobilis Martyr, nonnullam puellæ objecit, quando eam multo cum labore ac dolore capillos prostravit, ut crispantem & complanantem, ut frons latiùs patefceret; latus utrumque arcèssimè constringentem, ut gracilitatis gratiam corpori conciliaret; pectus scandalosissimè denudantem, ut meretricios amores reaccenderet; tum enim Vir Dei justò zelò exarsit, & hæc in verba prorupit: *Nisi Deus pro hoc tanto tuo labore tibi reddat infernum, magnam proinde injuriam tibi faciet.* Vidisset Morus, quod his primùm annis inter barbarioris auræ domicellas ceptum est tentari; spectàssset hanc vestium pampam, hanc totius corporis profopopœiam, adhuc radiis in altum prodeuntibus & crispato capiti superimpositis coronari, fulmen credo iteratum e-

(6) S. Hier.  
l. cont. Hel.  
vid,

hanc ligulariam pravitatem è caelis evocasset. Miror sanè, tam enormem superbiam proterviam summis à Capitibus & populi primoribus tolerari. Aliter hæc Damarum capiositas tolli non potest, nisi serio ipsis à Magnatibus, ipsis à Magistratibus averruncetur. Si nolint feminini generis cristas proscindere Damarum immodici cultores, curent saltem ut hoc sformatum & palliorum genere, his radiis capiti circumpositis & ligularibus mitris, palàm triviales etiam puellæ, imò licetorum quoque & apparitorum filia gloriari possint; spondeo, juro, una hebdomade totus iste apparatus evanesceat, quia nulla se huic hominum generi ultra æquiparari patietur. Sed hæc per transennam. Ad Morum redeo; hic magnus olim apud Anglos Cancellarius serio affirmavit, persuasissimum sibi esse, quamplurimos hæc in vita parentes cum liberis suis, eò quòd ornando corpori tantos labores vel impendant ipsi, vel impendi patiantur, hoc pretioso apparatu Stygem mercari, cælos lucraturi, si dimidiam laborum partem animæ cultui destinassent.

Emit teterrimam Stygem hęc vestium pretio uxor Veneta, virò suo viduata, quæ, ut perhibet Nicolaus (7) Vernulæus, maritò ad umbras dimisso, adeò mollis, delicata, & enormi luxu fracta est, ut carnem morticinam non aquis communibus, sed roribus matutinis, quos colligi laboriosissimè curabat, perpetim lavaret, nec cibos ad mensam manu contingeret, sed eos fuscinulis aureis ori admoveret. Corpus suum unguentis quotidie fragrantissimis perfunderet; cubiculum pretiosissimis aromatis vaporaret; quidquid luxus ingenioso femina genio suggereret, id totum sibi & corporis sui trunco vendicaret. Exemplum matris secuta proles tam in vestibus quàm in escis & corporalibus deliciis voluptas prensabat nonnisi exoticas & paradoxas. At quousque tanta se licentia extendit? Annò alterò visus est Deus ad tam immanem proterviam connivere; inde divinitus gravi morbo mater percutitur, ex morbo corporis nascitur putredo, ex putredine tantus foetor exoritur, ut intueri eam nemo posset, adesse illi nemo ultra sustineret, ipsa etiam filia matris pullà procul à lecto dilapsa. Una ei & adhuc fida erat ancilla, quæ plurimum aromatum auxilio & naribus probè oclusis raptim quotidie cibum illi porrigebat & festinanter inde pedem revocabat. Sic totis diebus ac noctibus suis in sordibus sibi relicta, & ab omnibus, etiam à suis deposita, tandem diras inter in Deum & in cælum ejaculatas spiritum evomuit, recta hinc, ut ajunt, suo cum corpore phlegmatæos in lacus demersum. Sapuit alienò matris malò filia, & valido calce seculari pompæ illiso, soli Deo sacra in solitudine nova veluti Philagia gloriosam servit servitatem, eum in finem, ut sanctius matre sua moreretur. Ti-

(7) Nicol.

Vernul.

Orat. 22.

F.

Pretioso

vestium ap-

paratu &amp;

corporis

luxu Styx

emittitur.

Hist.

G. meant simile fatum matres quæcunque, imò etiam patres, si nonnulli ad  
 Væ luridæ luxum, & quæ luxum comitari solet, luxuriam, teneram sobolem à co-  
 Matri in- nis educunt parentes, horum ex manibus salus liberorum requiretur, si  
 tentatum, vel semel fuerit perdita vel destructa. Quod fufius de superbia per pa-  
 rentes liberis instillata dictum est, servata proportione de omnibus aliis  
 sunt debet vitiis per parentum malitiam tenellæ ætati affusis. Scandalo  
 peribit, qui scandalum profeminavit. Væ æternum omnibus è celo de-  
 cretum est, quotquot alios quocunque modo in grande peccatum, &  
 quod crudius fuerit, in peccandi consuetudinem devolvunt. Caveant  
 adedò parentes, ne pravitatis in liberos transfusa rei, dictum væ incurram  
 præsentis Evangelio conclusum: *Væ homini illi, per quem scandalum veni-*  
 ut plurimum enim *hoc væ* non tantum temporale, sed damnum etiam  
 importat æternum, damnum non ipsis tantum parentibus sed ipsis quoque  
 liberis fatale damnum. Melius sanè foret, nunquam genuisse mortales  
 si eos pravus exemplis suis à cælo abstrahant. Possent liberi sicut virgula  
 ta primis annis in omnem partem ac modestiam inflecti, si animæ cura  
 tam sui quàm suorum curæ esset parentibus; exsurgat in truncum ge-  
 men, actum est, quidquid agatur. Refert Fulonius (8) Mediolanensis  
 civem nostræ ætate filio suo reclamantibus amicis tantum indulgisse, &  
 in lib. 2. post varia flagitia licentiosè patrata, etiam homicidium committere  
 Mach. c. 5. unde profusus banditorum se turmæ associaret. In hanc ipsam bandito-  
 rum turmam cum aliquando ipse pater incurrisset, agnitumque; filium  
 Et lurido tonitus rogasset, quid hic rerum ageret homicida? Ocius nequam filium  
 patri. reposuit: ago hic loci, quod tu pater filium docuisti, simul eum ad per-  
 Hist. ceram & annosam arborem deduxit, hortatus, præsentem ut truncum  
 inflecteret; excusanti aliam humilem & tenellam ostendit arbulculam  
 monuitque; ut hanc flecteret, quàm cum facili negotio flexisset, iterum  
 tulit filius bandita, sic nuper fui filius tuus, cum ad rectitudinem meam  
 flectere primis ab annis neglexisti, nunc in lignum ita curvum, hispidum  
 & informe, tuâ unius culpâ indurui. Dixit hæc filius & unâ luridum pa-  
 trem occidit, seque ipsum mox facinorum suorum odio Senatui dedit  
 Mediolanensi, à quo ad rotam damnatus pœnas dedit multiplicium fa-  
 gitiorum. En parentes duplex vobis speculum exhibeo! Patres hunc Pa-  
 trem inspiciant, Matres Venetam contemplantur, unâ secum væ tempo-  
 raneum, væ sempiternum suos secum in ædes asportent, ac sedulo  
 caveant, ne per scandala liberis data aut in illis tolerata  
 vel temporaneum vel æternum væ incurrant.

Dixi.

CON-

CONCIO XXXV.  
FESTVM SS. SIMONIS  
& JUDÆ,

Apost. & Mart.

*Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Joan. 15.*

Lex Charitatis.

**C**elebris hodie quæstio inter Theologos post S. Thomam (r) (r) S. Tho-  
eventilatür opt. AA. quæ dilectio majus meritum importet, *man 22.*  
an amici, an inimici? qui pro dilectione amicorum pro- *9. 27. a. 7.*  
nuntiant, sequentibus argumentis moventur.

*Primo* sic arguunt: Ea dilectio creditur esse præstantior  
& consequenter majoris etiam pretii, majoris esse meriti censetur, quæ  
præstantius objectum sortitur; at verò præstantius habet objectum a-  
mor amici, quam amor inimici; inimicum enim ut plurimum juxta  
mundi hujus sensum parùm curamus, & modico in pretio habemus,  
ergò &c.

A.  
Quæ. in  
Scholis,  
quis amor  
plus meriti  
pariat? a-  
mici? an  
inimici?

*Secundo* hunc in morem ex Philosophicis principiis arguantur:  
Juxta meliorem philosophiam & experientiam panè quotidianam a-  
gens semper agit fortius in id, quod vicinius est; quàm in id, quod re-  
motius est; atqui vicinior est amicus, qui nobis nihil unquam mali ex-  
hibuit, quàm inimicus, à quo nihil præter convitia & calumnias, per-  
secutiones & insidias reportamus; sicut ergò in amicum fortius & fer-  
ventius amor operatur, ita ex fortiori & ferventiori actione plus meriti  
amor colliget amici.

*Tertio* sic à contrariis prædictos sensus suos obfirmant: majus ma-  
lum est odisse amicum, quàm odio habuisse inimicum, ergò vicissim  
majus bonum erit amasse amicum, quàm dilexisse inimicum.

*Quarto* hunc in modum sua probant asserta: plus obligamur dili-  
gere amicos quàm inimicos, ita quidem ut si ambo in extrema neces-  
sitate versentur, amici debeant inimicis præferri, ergò etiam amor,  
qui fertur in amicum, rectè amori præferetur, quò prosequimur ini-  
micum,

Nu 3

Quinto

Quintò pro se quoque Oraculum allégant divinum, quò dicitur  
 (2) Joa. 15. prima Veritas (2) asseruit: *Majorem hanc dilectionem nemo habet, quam  
 ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* En hic loci major dilectio  
 cupatur, quâ in amicos exardescimus. Hòc argumentò quid eviden-  
 tius? hanc sententiã quid clarius? Stant pro ea recentioris famæ Docto-  
 res Cajetanus, Bannez, Lorca, Turrianus & Valentia. Manet itaq;  
 V. Argu- tamen à ratione, quàm ab authoritate certum, majoris meriti esse ami-  
 corum quàm inimicorum dilectionem. At verò nemo ex dictis judicio-  
 rum quàm inimicorum dilectionem. At verò nemo ex dictis judicio-  
 um ferat præproperum; audiatur antè pars altera, quàm sententia pro-  
 clametur.

*Quidquid statueris parte inaudita altera,  
 æquum licet statueres, haut æquum fuit.*

(3) Sen. in Magna (2) inquit Seneca. Ego nec ratione moveor, nec authoritate  
 Med. quam pro primatu meritorum dilectioni amicorum tribuunt citati. Al-  
 teram sententiam, quâ palam asseritur, plus meritorum ex inimici  
 dilectione in amantem refundi, quàm ex amore amici, fortiter propugnat.

(4) Rom. 5. S. Paulus gentium (4) Doctor & post ipsum S. P. (5) Augustinus, Do-  
 (5) S. Aug. randus, Malderus, Vega, Doultreman, Bennequin, Salianus, Sal-  
 Enchirid. us & alii passim, quibus & ego totalem præbeo assensum. Paulus de  
 c. 73. dilectioni, quâ præ amico inimicus fovetur, meritorum primatum as-  
 struit his verbis: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam  
 cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis immo-  
 tuus est, multò igitur magis justificati in sanguine ipsius salvi erimus ab  
 per ipsum &c.* Dicere voluit hic loci Paulus, inter homines nullum  
 esse tantæ charitatis, ut pro viro justo ac pio mori exoptet, peccato-  
 etiam & raros esse, qui pro benefactoribus suis mortem oppetant, &  
 vero Christum ex summa in nos charitate, ut ut impii & injusti esse-  
 mus malefactores, mori voluisse; ex quo porrò clarè deducitur, Chri-  
 stum omnem omnium hominum charitatem multis gradibus superasse.  
 describitur aded hic loci Divini amoris immensitas, quò rebelle homi-  
 num hostilium genus ultrò fuit amantissimè amplexus. In genere ho-  
 quando veri nominis objectum amoris *bonum est*, neque unquam ho-  
 mines aliquid amare solent, nisi sit pulchrum, sapiens, dives, delicio-  
 tum, deliciosum, nobile & in summa *bonum*. Dic autem quid *bonum*  
 Deus in nobis reperit? quid pulchri nos inter deprehendit, quod amo-  
 ret? nunquid omnes fædi fuimus & insipientes, viles, putidi, mendaces,  
 miseri & miserabiles? amavit tamen fædos, ut pulchros efficeret. In-  
 amicos amavit ut faceret amicos; insipientes amavit, ut sapientes redder-

C. Argumen- ta pro a- more ini- mici.

ret; mendicos amavit, ut eos opibus ac fortunis ditaret; viles & abjectos amavit, ut eos ad primæ nobilitatis apices extolleret; miseros amavit, ut beatos redderet & gloriosos. Hæc hæc nobilitas est Amoris divini, quæ omnes creatos amores infinites transcendit, ut amoris objectum non reperiat, sed creet amando; ratio enim amandi in Deo non fundatur in objecto amato, sed in ipso Deo amante; ideo enim amat, quia infinite bonus est, ut bona sua etiam malis communicet, & ideo amat, ut amorem suum ipsos quoque in hostes transfundat, eosque ex hostibus amicos faciat imò filios ac regni cœlestis gloriosissimos hæredes. Totus hic Pauli Tharsensis discursus eò tendit, ut probet illum amorem summos perfectionis apices attigisse, quo Deus etiam usque ad mortem rebelles suos hostes amplexus est perfidos peccatores. Confirmat recitatam thesin suo potenti suffragio magnus P. Aug. l. c. his verbis: *Minus magnum est, erga eum benevolum esse ac beneficium, qui tibi nihil fecit mali; illud multo grandius, & magnifice liberalitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas.* Taceo Script. loca passim obvia quibus amici amor ad gentiles, inimici amor ad veros Christi affectas, probi nominis Christianos dirigitur. Nunc sententiæ contrariæ argumenta paucis expedio.

*Ad Primum* Nego majorem, majus ac præstantius meritum ab objecti præstantia desumi. Amatur uterque tam amicus quam inimicus propter Deum, ergò pretium ex amici bonitate nullatenus augetur. Mundi sensus & sententia ineptè ad divinum refertur; hic potius illum reformet & in ordinem redigat superis acceptum.

*Secundum* argumentum nimium probat, ergò nihil. Si à fervore actus præstantia sumatur, centies dici debet, plus meriti per actum venerem comparari quam per actum divinum, quod hæreticum fuerit cogitasse. Cur? videas enim passim hodiè majori cum fervore & ardentiore cum zelo carnem appeti & inanem formam prensari, quam Dei Gloriam.

*Tertio* verum quidem est, malitiam crescere, si odiò prosequaris amicum, optimè de te meritum Mecenatem, sed non ideo præferri debet amor amici amoris inimici. Crescit malitia illa, quia novum ingrætitudinis flagitium importat, quod amico infestum hominem jure suo iterum iterumque execrabilem reddit. Amare inimicum sicut actus est sua ex natura magis heroicus, magis difficilis, & sui victoriam involvit decies majorem, quam amici dilectio, ita pariter triplò majus meritum sibi vindicat inimici dilectio.

*Quartum*

D.  
Refutatio  
priorum.



*Quartum* rotundè negatur, quia in articulo potius tenemur inimico succurrere quàm amico; ratio est evidens quia ille ob fatalem inimicitiam suam de animæ suæ ævterna salute evidenter periclitatur, non item iste; ergò sicut anima plus est quàm corpus, ita pariter auxiliùm, quò salus animæ hosti reparatur, aut tuto in portu locatur, prò valet illi, quò amici corporea salus firmatur. Sic in articulo plus opis ferri debet peccatori notorio, aut hæretico formali quàm vitæ probæ catholico, cujus felicem obitum nemo prudens in dubium vocat.

*Quintò* Oraculum divinum inter amici & inimici dilectionem nullam instituit comparationem, ergò perperam adducitur, ut probetur, amici dilectionem alteri notabiliter præponderare. Comparatio adducta tantùm inter ea instituitur, quæ pro amico possunt profundi, inter quæ vita hominum mortalis omnium est preciosissima. Maneat itaque certa & evidens sententia, quâ inimicorum dilectioni summa merces, summa meritorum copia adferbitur, quam ipsam Deus ac Dominus noster nobis hodie veluti formale præceptum acètè servandum imposuit verbis scilicet: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem*, modò semper omnium perfectissimò & meritorum feracissimò, qui etiam ad inimicos ac perfectiores nostros se promptè ac liberaliter extendat. Opponatur merces inimicorum dilectioni propria alterius dilectionis mercedi, quâ dilectione nostros amicos amplexamur, hæc sanè vel modica erit vel nulla; *si enim tantum diligatis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* hanc nempe Veritas divina ne quidem in numerum vult venire meritorum. Mandatum hoc de inimicorum dilectione palàm datum, novum quidem est, magnum tamen, & hujus præcepti eximius cultoribus summè precium ipsa Legislatoris cruenta morte obfignatum. *Novum est; cum*

(5) Matth. enim (5) *dicitur est antiquis: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, dentem pro dente, oculum pro oculo &c.* Sed altius longe Lex nova intonat: *Ego autem dico vobis, mihi vindicta & ego retribuam; diligite inimicos, benefacite his, qui oderunt vos. Si quis te percussit in dextram maxillam præbe illi & alteram, seu, promptus est pro Deo etiam alteram mulctandam exhibere.*

*Mignum est hoc præceptum, quia hostium dilectio ipsis etiam sacrificiis præfertur, quæ tamen ipsis etiam paganis tanto erant in pretio, ut nec corporis ultiò puerum macedonem, nec Xenophontem mortui filii nuntius ab aris avertere possit, teste (6) Valerio. At vero in Evangelica lege tantò major est incruenti Sacrificii reverentia, quanto pecudibus & brutis præstat pecudum hominumque Creator, qui*

(6) Valer. Max. l. 3. c. 3.

offertur; unde integritati hujus Sacrificii adeo cavetur, ut si quem Sa-  
cerdotem inter celebrandum casus opprimeret, alius eidem Sacrificio  
peragendo substituendus esset; & tamen etiam de hoc verum est dicere  
*(7) misericordiam volo & non sacrificium*, Deoque longè gratius est,  
longè perfectius est injurias condonare vel inimico benefacere, quàm est.

Missa Sacrificium offerre. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recor-*  
*datus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus*  
*tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, (8) tunc offeres mu-*  
*nus tuum.* Ubi Christus hos charitatis actus præcepit, unà etiam id sub-  
textuit, quòd sequitur: *Estote perfecti, sicut Pater meus cælestis perfectus*  
*est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos &*  
*injustos;* quibus verbis aperte innuit, summam perfectionem in hac ini-  
micorum Dilectione consistere, quam ideò verticem charitatis, & per-  
fectionis Christianæ coronidem dixit (9) S. Remigius: *Perfectio dilectio-*  
*nis ultra dilectionem inimicorum procedere non potest, imò in ea omnes alia*  
*virtutes suo modò continentur juxta illud (10) plenitudo legis est dilectio,*  
quâ malum in bono vincitur, ut hosti venia detur & succurratur.

Hoc mandatum summè *proficuum est*, sicut enim hostium dilectio  
summa diligendi perfectio, & virtutum omnium coronis est, ita per  
memoratam dilectionem homo suo modò ipsi Deo exemplar est, nobis est summè  
pariter omnem charitatem exhibendi, omnem injuriam condonandi;  
hæc enim dilectio non solum divinæ naturæ nos similes reddit (*estote per-*  
*fecti sicut Pater meus*) sed vice versa per eam nobis ipse etiam Deus assimi-  
latur. En dilectionis hujus summam nobilitatem & excellentiam. Nos  
ex præcepto divino preces fundimus, *dimitte nobis debita nostra sicut &*  
*nos dimittimus* &c. & ecce mox idem è cælis recipio, teste (11) Theo-  
phylacto, cujus hoc est assertum: *Habet me Deus ut exemplar & quod fa-*  
*ciat alteri, faciet etiam mihi* &c. si quidem per hanc dilectionem Deum  
totius Bonitatis fontem fortiter imitemur.

Præcepto huic novo, nec non magno & omnium salutis proficuo annexa  
est ratio motiva, ut sitis filii patris vestri; ergò filiationis divinæ nota est  
hæc dilectio, cui jure suo Visio Beatifica debetur; ergò hæc inimicorum  
dilectio lapis lydius est, quò dicta filiatio adstruatur, quò prædestinatio ad  
gloriam notificetur; quò nil majus, nil præstantius fingi valeat aut excogi-  
tari. Hoc mandatum Christus ipse sua morte in Crucis ligno spectante  
tota hominum caterva obsignavit, & toti suæ Christianitati seu filiis suis  
moriens reliquit commendavit, *Pater ignosce illis, quia nesciunt*  
*(12) quid faciunt,* pro suis crucifixoribus cælestem Patrem deprecatus. (12) Luc.

O o

Ponde- 23.

E.

Amor in-

mici ma-

gnum Dei

præceptum

(7) Match.

9.

(8) Mat

5.

(9) S. Re-

mig. in c. 5.

Matthæi.

(10) Rom.

13.

F.

Præceptum

summè

proficuum.

(11) Theo-

phyl. in

c. 6. Match.

G.

Est Divinæ

filiationis

nota, cui

jure suo

Visio de-

betur bez-

tificata.

(13) S. Aug.  
gust. tr. 10.  
in epist.  
Joan.

Ponderat August. hæc novissima Christi in Cruce morientis verba, docetque (13) quam inhumani & cœlica hæreditate indigni haberi soleant liberi, qui novissima morientis parentis monita violant, aut temerario ausu conculcant. Sicut inimicos diligentibus certa est salus & Visio beata juxta paulò antè asserta, ita veniam negantibus, & inveteratos rancores animo foventibus certa est gehenna: illos Veritas divina filios suos, filios æterni Patris prædicat, hos verò filios diaboli salutatur, qui nihil magis amat quàm odium, qui nihil magis odit quàm charitatem.

H.  
Omnis ergo rancor  
vanescat!  
ne in fatale  
odium  
degeneret.

O ergò rimæ omnes præcordiorum nostrorum probe undique obferrentur & oppilentur, ne qua possit ira irrepere. Rodit, mordet, lacerrat, occidit, nisi primis in principiis rancor opprimatur; in horas crescit & momenta, nisi sua in herba, sua in radice suffocetur. Diem dicit omnigenæ charitati, omnium litium & rixarum, omnium simultatum & discordiarum sentina. Ea quò diutius animò fovetur, eò magis augetur, sicut augeri solet in utero foetus, donec quæ data porta, in diurnum tertii simul & in exitum irati erumpat. Duret ira in pectore tuo unde unde concepta, mox inde tetri nominis inimicitia nascetur, omnium amoris peremptiva, quæ ut gravius ferire possit hostem suum, omnium ulciscendi ansam explorant. Quis tragœdias recitet ab ira compositas, furore dictatas, tam corpore quàm anima tenus inimicis fatales? Ira & gravissima simul & crudissima, quæ instigante corpus mulctatur & mortalitas vita proscinditur; at si hæc ira in odium degeneret, vi cujus hostem non contentus sit corpus mactasse, nisi unà & animam trudet in gehennam, tunc enim verò iram dixeris plus quàm diabolicam, odium plus quàm Stygium, vindictæ malitiam propè infinitam.

(14) Raynaud.  
in part. n. 96.

Producit talem (14) Raynaudus, vocatque novum Cain homicidæ sceleris patratorem. Do verbis totum, ut pateat, quorsum enormitatis ira durans & gliscens odium seu fumans inimicitia grassetur. In manitatis ac truculentia diabolica recens exemplum nostra vidit memoria Allobrogum metropolis Taurinum, ad cujus pomœrium B. Mariae Ægyptiacæ sacra ædes à PP. Franciscanis incolitur; ibi ipsa dierum regni (hoc titulò gloriosissimam Domini nostri Resurrectionem S. P. Gregor. Naz. (15) condecorat) Miles quidam præfidiarius Neapolitano è regno

(15) S. Gregor. Naz.  
orat. 19.

cui cum alio ejusdem gentis grandis similtas intercesserat, post aliquod tempus ex parte adversarii simulatæ conciliationis speciem & formam, concili-

I.  
Enormis  
odii horri-  
bilis effectus.

scientiæ maculas posuit, eucharistico Pane in templo reffectus; cui domum ab Ecclesia regrederetur, ea ipsa in via, quæ coenobium inter & suburbium jacet, obvius ei redditur inimicus, armatus inermis.

rectâ sc. facris ab ædibus digressio pœnitenti. Nemo effers ausibus per viâ solitudinem obstabat; mox itaque ira & furore in præsentem inimicum reaccensus, obvium irruit & humi fundit, jacenti altero genu superincumbit, vibrat pugionem, jubetque miserum Deo ac Deiparæ totalem nuntium remittere, cœlos ejurare, illicò confodiendum, si detrectet, servandum & veniâ donandum, si Divis omnibus promptè renuntiet. Quid ageret hoc in articulo positus hostis? territus præsentanea morte infelix homo, labiorum tenus Deum ac Deiparam atque omnia Ecclesiæ sacra ejurat, totique cœlo valedicit; quod ubi perfecit, ab impio hoste (rectius dixeris ab incorporato dæmone: impactâ pectus sica transfixus, spiritum ejecit, exclamante, qui transfixit, & quasi de erecto insigni trophæo in re omnium pessima triumphante: Evax! ita corpus & animam inimici mei uno ictu perdidit, & in Avernum præcipitavi; jam ritè virum suum injuriam mihi tot antè annis impactam &c. O hominem non hominem sed bestiam, sed tigridem, sed Diabolum, qui & ipse circuit quærere, non tam quomodo corpus in tumbam dirigat, quàm ut animam in tartarum detrudat! indignamini, ni fallor, hominem dari, qui tam enorme flagitium ausus sit committere. At verò veniam dete AA. si ostendam, multos hodieque illi truculento latroni pares reperiri, qui non tantùm in alios sæviant ritu belluarum, sed adiut ardeant diabolorum; neque enim satiantur, si inimicum opibus & fortunis evertant &c. ultra furor eorum etiam ad animas perdendas extenditur. Agant hoc ipsum omnes illi, qui aliis scandalum præbent, eosque secum in omne genus flagitiorum devolvunt, ex innocentibus nocentes, ex castis procos & lupus, ex piis impios, ex Angelis diabolos efformant, eosque pravis moribus suis tantopèrè inficiunt, ut qui antè impudica ne quidem nominari sustinent, nunc execrandam voluptatem totis januis recipiant. Idem præstant ebrii Siphónes, qui, ut ipsi baubantur, alios græcando contegunt & deponunt, unde tamen nunquam ultra resurgant in temulentia sua scalas delapsi vel foveis hausti. Sed & irati quid aliud agunt, cum suis, quos execrantur, hostibus exoptant, ut dispereant, ut crepent medii, ut subito fatò extincti sine cruce sine luce moriantur, vel à mille diabolis, cum unus abundè sufficeret, in teterrimam Stygem raptentur. Quid aliud agant, qui alios in arenam provocant duellantes, vel qui vias insident, & lucri gratia multoties imparatos trucidant, aut vindictæ causâ per banditas vitâ simul temporali spoliant & æterna, pravo in statu comprehensos? huc huc ira.

ira ducit, huc rancor trahit inveteratus. Hæc malorum portenta etiam  
 (16) 1. Jo. 3. odium parit, quò vicinum persequimur. Sic Joannes (16) pridem af-  
 feruit: *Omnia qui odit fratrem suum, homicida est, & scitis, quoniam omnis  
 homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem, quare & ani-  
 mam suam occidit, cujus vita in gratia Dei consistit; quin & in pro-  
 prium corpus defecit, quod nec dormire nec quiescere permittit, do-  
 nec ritè ultus sit injuriam ex vicinia irrogatam, quod tandem est seipsum  
 occidere & perdere in gehennam.* S. Simon, qui pro sui ferratoribus,  
 S. Judas Thadæus, qui pro sui verberonibus exemplò Christi Patrem  
 cœlestem pro sui crucifixoribus deprecantis, ad ultimum usque spiro-  
 tum preces fundebant & vota, nostrum omnium præcordia sancto amo-  
 re succendant, quò non tantum amicos diligamus, sed etiam hostes no-  
 stros cultu & auxilio prosequamur, curemúsque non tantum illorum  
 animas sed & corpora illorum pro viribus servare, certi, hunc  
 amorem hostibus nostris impensum, gratiâ &  
 gloriâ in cœlis coronandum.

Amen.



CON.

CONCIO XXXVI.  
FESTVM OO. SS.

*Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*  
Matth. 5.

Filiationis Divinae Characteristica.

**M**ille vota fundimus mortales, mille animo coquimus & ore promimus desideria mortales, sed stolidi & summe homini nociva, suum si tandem effectum fortiantur Opt. AA. Id Phaeton docuit suo e curru precipitatus, & solaribus flammis exustus. Fuit Phaeton, prout fabulae loquuntur, Solis filius ex Clymene, juvenis cerevis & imberbis, qui cum aurigandi imperitus patrem rogasset, ut uno tantum die currus sui habenas filio transcriberet, votis potitus, ex ineptia regendi, caelum prope ac terram succendit, ab irato Jove fulmine percussus, curru ejectus, & in flumen Padum demersus; hinc Sueton. (1) tritum illud adagium eduxit: *Phaëtonem orbi terrarum educate*, seu quod idem, perniciosissimum orbis incendiarium Caligulam fovete, quod rectius hodie de Musli mani germano S. R. I. jurato hoste & archityranno, Sacrorum omnium Heroltrato dixeris, quam de Caligula. Sed hac super re Ovidium (2) audiamus, qui sic orantem producit Solis filium:

*Phæbe pater, si das usum mihi nominis hujus,  
Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat,  
Pignora da genitor, per que tua vera propago  
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.*

Quid pater ad ista? votis annuit, juravitque, se filii precibus locum ociosius daturum. Petiit autem loco recitato stolidus juvenis currus paterni

terni seu solaris currus habenas, ut hoc ex regimine Solis filius esse agnosceretur.

— — *Currus petit ille paternos,  
inque diem alipedum jus & moderamen equorum,  
Pœnituit jurâsse patrem &c.*

B.  
Inepti  
nempe  
sunt ad re-  
gimen ju-  
venastri.

Habenas filio traditas esse, pœnituit Phœbum. Cur? quidquid enim petiit filius, obtinuit, sed simul in proprium exitium, & in alienum se enim perdidit, & simul in flammâ egit, everso curru terrarum orbem. Fac vel hodie currum Reipublicæ protervi Phœtontes moderetur, adhuc hodie tali ex regimine nil præter clades & ruinas expectatur. Inepta est juvenus ad sustinendas imperii habenas; sicut enim novæ cytharædi multas perdunt chordas & fides, sic impetuosæ juvenes reipublicam pessumdant; hac similitudine olim à curiis & à grandævâ urnis juvenastros removet Xenophon. *A Senibus nomen mite Senatus habet.* Væ curiæ! Væ urbi! Væ reipublicæ, ubi ad pulpitem sedent juvenes! Romæ olim cum ad imperitos juvenes regimen & Senatus constitutum devolveretur, sub annonæ Porta hi subito aureis literis exaratus versus apparebant:

*Roma vetus, veteres dum terexere Quirites,  
Nec dolus in patria, nec malus ullus erat,  
Defunctis patribus successit prava juvenus,  
Cujus consilio præcipitata ruis.*

Hanc aded Phœtontis ruinam veluti doctrinæ saluberrimæ symphonia mater Antiquitas posteris reliquit, ut exinde discerent, reipublicis venibus pessime administrari juxta illud Poëtæ:

*Urbes, regna, domos juvenum quas rexerit ardor  
Sint quamvis fortes, certa ruina manet.*

C.  
Petiit Phæ-  
eton in si-  
gnum filia-  
tionis cur-  
rus mode-  
ramen.

Sint ergo à curiis & à curiis procul omnes juvenes ceu femina compe-  
ne per eorum prava consilia in exitium subditi trahantur. Sed hæc  
alia in Phætonte consideranda aliis relinquo. Ego in Phætonte hoc  
id unum suspicio, quod in signum filiationis suæ currus paterni pos-  
ret habenas, ut ex eo Solis filius prædicaretur. Vereor sanè, ne hæc  
in horam multos numeret sequaces Phæton etiam nos inter, qui Ca-  
tholici dicimur & orthodoxi. Multi nostrum hęc etiam avô scire spe-  
stunt, an sint inter filios Dei, & an inter Christi cohæredes deputati  
sint? Pro signo hujus divinæ Filiationis & hæreditarii juris ad glori-  
am

multi stolidè ponunt, si curru aureo sublimes, si sceptris & coronis decori, si dignitatibus præfulgidi, si opus ac fortunis sæcundi possint in terris eminere; hos verò stolidos dixerim Phætontes, quia sic sapè numero bonorum omnium, pessimam incurrunt jacturam. *Regnum meum non est de hoc mundo*, pridem Christus (3) proclamavit; & sanè (3) Joan. 18. actum foret de pauperibus, si nemo Dei posset filius cognominari, nisi dives fuerit, splendidus, opulentus. Mens si fuerit verum divinæ filiationis Signum investigare, id cum omnibus Sanctis in ipso naturali Dei Filio Christo JESU Homine simul ac Deo suspiciamus.

Signum hoc divinæ filiationis nostris omnium oculis objacet AA. *Non est servus major Dominò suo* (4) nec decet, ut filius Dei tantummodo adoptivus, qualis est purus homo, molliùs tractetur, quàm tractatus sit filius naturalis Dei. Signum ergò Filii Dei ipse Dei Filius Crucem dixit, & crucis appendices, persecutiones, & omnis generis ærumnas corporis atq; animi dolores unde unde homini affusos. Hanc crucem & crucis appendices, varii generis calamitates & miseras tanquam filiationis divinæ clarissima signa omnes SS. Cœlites, cum in vivis agerent, ardentissime amplexi sunt, ita quidem, ut nec cœli gloriam aliâ viâ apprehenderent, quàm per viam Crucis & mille pericula mortis. Lustremus nonnihil hanc thesin, & inde nostrum leporem nostram ignaviam inflammemus.

Antequam D. Joannes suam Apocalypsin elucubraret, dedisse legitur ad septenos Asiæ Episcopos totidem epistolas nomine ac imperio Christi exaratas. Ex omnibus epistolis illis una modo producit numerò secunda, quam dedit ad Angelum Smyrnæ seu ad Smyrnenfis Ecclesiæ Episcopum, qui tunc erat S. Polycarpus vir solidæ sanctitatis qui postea cum Germanico pro fide seris objecto, cum Pionio clavibus confixo, vivus igni absumptus est Martyr. Hunc Polycarpum per epistolam hortatur Joannes ad constantiam in fide ac virtute usque ad mortis articulum prosequendam quam si ad finem usque tenuerit, promittit ei vitæ sempiternæ immortalem coronam aliter non obtinendam, nisi tribulationibus & ærumnis seculi hujus cordatè fuerit pro Dei gloria immortuus membratim do epistolam, ut tantò solidiùs capiatur; quæ enim Polycarpo dicta sunt, omnes tangit cœlorum candidatos, etiam laicos, & nullum perfectionis aucupandæ statum profectos. Sic (5) so- (5) Apoc. 2. nat: *Hæc dicit primus & novissimus, qui fuit mortuus & vivit*. Sensus est, scio te gravissimè premi & enormiter tribulari; scio te ad mortem, ad martyrium quari; at constans esto in virtutis proposito, & me veluti specu-

(3) Joan. 18.

(4) Joan. 13.

D. Signum filiationis divinæ nobis Crucis est &amp; Crucis appendices.

E. Probatur thesis hæc ex Script. ex PP. &amp; DD. Cœlitum actis.



speculum tuum intueri; en & ego, licet verus Dei filius essem, occidit  
 sum, at verò nunc ab umbris ad vitam resurrexi; occideris etiam tu  
 fili mi, sed ad immortalem gloriam præviò exemplò meò resurges. *Ne  
 ue cede malis, sed contra audentior ito*, intuitu vitæ per gloriosissimam  
 mortem beatificandæ; probari debet fides tua fili mi, ideo quem diligis  
 Dominus, castiget, & omnem filium quem recipit, flagellat; quod à Deo  
 (6) Tob. 12. Tobia dictum est, etiam tibi (6) occiditur: *Quia acceptus eras Deo, nec  
 fuit, ut tentatio probaret te*; quos nulla tentatio probat, timere possunt, à  
 Deo suo accepti sint; solet nempe filios suos crucibus & arumnis Deus in-  
 signire, crucibus & adversis probare, cruce tanquam quadriga ad cæli glo-  
 riam promovere. Pergit porrò Epistola: *Scito tribulationem & pauperitatem  
 tuam*, seu quod idem est, scio & video te ab infidelibus sociis, omnibus bo-  
 nis & fortunis tuis exspoliatum, rapinam bonorum cum gaudio susceperis.  
 Scio, te grandem pati mortalium præsidiorum inopiam continuæ pe-  
 secutioni junctam, *sed dives es*, gratiâ scilicet & bonis spiritualibus, et  
 de virtute ac bonis operibus dives es, Numine plenus ac lumine; ut enim  
 (7) S. Hier. Hier. meminit (7) *affatim dives est, qui cum Christo pauper est*, qualem  
 ep. ad He. olim Paulum fuisse primum Eremitam seminudum, in eremo vive-  
 liod. rem & morientem idem Pater patheticè scribit, ex quo pauca (8) de  
 (8) Idem in libro: *Dicant, qui sua patrimonia ignorant, qui domus marmoribus vestita  
 vir. S. Pauli qui prædia & villas coacervant, nudo huic seni quid defuit? vos gemmas  
 Erem. bitis, ille cavis manibus naturæ satisfecit: vos tunicis vestris aurum inter-  
 culo patet cæli regia, vos avaras corripit gebenna: ille nudus Christi ve-  
 stem retinuit, vos sericis vestili Christi & nuptialem innocentie ve-  
 stem perdidistis. Paulus vilissimo pulvere coopertus jacet, in gloriam resur-  
 rectorum, vos operosa & pretiosa saxi sepulchra premunt vestris cum op-  
 bus arduos. Det optionem Hieronymo clemens Deus, magis eligerem labe-  
 ram Pauli tunicam cum meritis suis, quam Regum purpuram cum enormi-  
 panis suis. Hæc Stridonensis. Unò verbò spe ac fiducia dives est  
 Polycarpus, quia novit se fore Christi cohæredem. At ecce modicum  
 ac viam, quâ eum ad hanc spem inducit! non se Regem Regum nunc  
 cupat, sed eum, qui mortuus est & vivit, ut jam supra meminimus sed plus  
 ultra, epistolam evolvimus: *Blasphemaris ab his, qui judæi sunt*, seu quod  
 idem infamia & convitiis quasi impius & concuscandus homo prola-  
 deris, dilaceraris. At quid tum? aliter Filii Dei nomen haud partici-  
 pas; in hoc signo vinces, & hereditatem capies æternam, regni cæle-  
 stis cohæres filius. Ita in rem Aug. (9) *omnes, qui in Christo pietate*  
 vivunt*

(9) S. Aug.  
 in sent. n.  
 32.

vivere, necesse est, ut ab impiis patiantur opprobria & despiciantur. Presentia bona perdunt & invisibilia recipiant. Hæc despectio hæc irrisio in impios retorquetur, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia eorum transierit in æternam confusionem. *Missus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem*, verba iterum sunt Epistolæ divinæ. Orcus in vos omne genus probrorum evomet & tormentorum, ut Vos in desperationis bathrum conjiciat, *sed durate, & vosmet rebus servate secundis*. Abel fieri non potest, quem Caini malitia non exerceat. Filii Dei esse si vultis, positi estis veluti signum ad sagittam, in quod omnes pravi colliment; at verò idem signum ad sagittam signum erit ad gloriam, si fortis patientia ad ultimum instans prorogetur. *Exemtu es à ratione flagellorum, exclusus & à conditione filiorum, & ab hæreditate adeunda in regno cælorum*. Sic iterum Hier. *Decem dies* hic loci tribulationibus determinantur, ut ostendat Joannes brevi transuras, & in eorum locum gloriam perennem successuram juxta illud (10) Pauli, *momen-* (10) 2. Co-  
*tanæum & leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in no-* rinth, 4.  
*bis*. Ex his præmissis fecit tandem sequens conclusum Dei nomine Jo-  
 annes: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*. Coronæ hujus intuitu ad constantem patientiam Polycarpum hortatur, ut ore simul ac corde, verbo simul & facto identidem cum Paulo (11) ex- (11) Ro  
 clamet: *Non sunt condignæ passionibus hujus temporis ad futuram glori-*  
*que revelabitur in nobis*. Quæ Joannes in Epistola hucusque recitata Polycarpo transcripsit, omnes SS. Cœlites tanquam sibi dicta memori semper animo versabant; in id unice intenti, ut per uberem patientiam se morigeros Dei filios Deo probarent, ac tantò fortiorem spem æternæ illius hæreditatis post fatum adeundæ formarent, quantò plura in vivis tribulationum genera exhauriebant. Hinc illis suspecta erat omnis malacia, ne fortè Dei filiatione mortui exciderent, si vivi tanta prosperitate gauderent. Hic illæ voces Theresianæ: *Domine aut pati aut mori!* hinc illa Clementis suspiria: *Domine, nolim hanc crucem à me tolli, nisi illius in vicem mihi dare velis majorem!* hinc illa flagrantis animi jacula, quæ magna Xaverii anima ex imi pectoris pharetra sursum ad Superos emisit: *Amplius Domine amplius!* cum expositas sibi cruces cernebat; at verò *Satis est Domine satis est!* cum cœlestibus solatiis & gratiarum charismatis cœlitus perplueretur. Hujus hæreditatis gratia in cœlis aucupandæ, omnes alii nunc cœlis illati Cœlites egestatem

statem & inedia, injurias & tormenta, dedecus & infamiam tanto ambitu amplexi sunt, quanto mortalium plerique honores & opes, plausus & delicias solent infectari.

F. Cui nimis est præcelsa patientia, à Dei filiatione ac cœlesti premio petita, is plano pende SS. exemplo se metu ac horrore aternalis poenæ flagitiis de- cretæ, ad patientiam extimulet.

filiatione & cœlicæ hæreditatis jure à doloris premio & gloria cœlesti petita, nimis præcelsa & sublimis esse videtur, is alteram in plano comprehendat, tot pariter SS. Cœlitibus receptam. Horum multo metu ac horrore poenæ post fata peccatis decretæ ad perennem patientiam se ultrò extimulabant, ut parvo quodam mundi hujus malo grande illud & æternum *ve* redimerent. Nullus adversitatis casus, nulla dolorum & adversitatum gravitas esse potest tam acerba, quam gehennæ cruciatus. Nulla vitæ hujus confusio conferri potest cum illa, quæ coram toto mundo in extremo judicio, & postea sine fine grassabitur in Averno. Ita sæpe Deus hinc suos cruciat, ut eis in æternum parcat. Sic sæpè alios grandibus flagitiis coopertos fœcis damnæ nullò ævò sopiendis, ut alii malo docti alienò, saniora consilia caperent, & in ardenti vitæ melioris proposito firmiora capiant incrementa Deoque tandem ut fideles filii sua in gloria uniantur. *Descendite in infernum viventes, ne desinant morientes* &c. Ita fratres suos monuit de monte melleus Pater Bernardus: Nil tam acerbum nobis poterit accidere in vita, quod non promptè valeat sufferre patientia, si modo memori animo recolatur poena tot peccatis decreta in gehennâ. Introspevit vel una vice in teterrimum Orci carcerem Anglus ille, mox toto vitæ tempore omnibus deliciis valedixit, nunquam ultra in risum ora resolvere visus; quidquid ei malorum occurreret, quidquid adversitatum hauriret, suo illo solenni lemmate elusit, contempsit: *Pro ego longè acerbiora*, quibus hæc & hæc comparata nihil sunt nisi pulvis & umbra. Hæ poenæ quantæ sint, imò quàm enormis sit vel una e illis, obiter ex damnato audiamus, quem vitæ SS. Patrum regerentant.

G. Hæ poenæ quantæ sint, ex damnato audiatur.

Erant duo Viri sanguinis claritate illustres, qui cum ad ædem differentem Ecclesiasten. Exaggerabat mirabili eloquentia Tartari cruciatus; varia tormentorum genera, quibus fontes in Erebo cruciatur, ad vivum depingebat; locum illum, ubi divinæ Majestatis perduelles ac Deo rebelles filii mactantur, palàm ostendebat, aliud esse, quàm omnium acerbissimum officinam, horridam mephiticam.

dium omnium colluviem, & malorum omnium interminabilem clo-  
 acam. Hæc eo accentu & vocis energia inculcabat, ut unâ omnes  
 horrifono metu quassaret; fuit tamen unus illorum, qui crederet,  
 hæc magis ad pompam quàm ad veri normam ampliari, verba proin-  
 ferventissimi Ecclesiastæ ridendo exploderet; alter contra sibi dicta  
 metuens, & tot pœnis jure suo consternatus, toti mundo calces illi-  
 ferat, vitæ religiosissimæ statum amplexus, illud sibi perpetim occen-  
 tans: *Omnia si perdas, animam servare memento.* Inter hæc tam dispa-  
 ria vitæ instituta alter ille Verbi Divini reprobis contemptor, post mor-  
 bum satis prolixum ad supremam vitæ lineam devolutus est. Jam con-  
 clamatum erat de vita temporali, ecce alter amicus lectum accessit,  
 qui cum frustra ad pœnitentiam hortatus esset decumbentem, ulti-  
 mum obtestatus est veterem socium, ut ei saltem à morte appareret,  
 & quis esset alterius vitæ status, describeret. Sic vitâ functus seipsi  
 noctu ocus videndum exhibuit, cum verò alter, quò locò esset ami-  
 cus, inquireret, respondit spiritus, secum agi pessimè, se enim æternis  
 pœnis addictum esse. Horruit ad teterrimum Orci fulmen Monachus,  
 sibique ex intervallo redditus alteram movit quæstionem, an nempe  
 tam horridi cruciatus in Orco darentur, atque eos ex suggestu acer  
 Præco depinxit! ad quæ ocus anima Orcò mersa: O frater, omnes  
 omnium linguæ in unam coalescant, nunquam pœnarum multitudi-  
 nem numerare, vel earum acerbiteratem exprimere poterunt; cum au-  
 tem solo cuperet odoratu experiri, quanta Orci essent pœna, alter  
 nigrum quò amictus erat pallium explicuit, & ecce tanta inde mephi-  
 tis prorupit, & tam enormis fœtor prodit, ut omnes illius cœtus mo-  
 nachi veluti mentis impotes hinc inde totò cœnobiò discurrerent, ac  
 præ intolerabili fœtore ita impetuosè agerent, ut tandem ex illo cœ-  
 nobio ad locum procul distitum migrare cogerentur, ne fœtore in-  
 fecti vitam fatò mutarent. Deum immortalem! si unum unius dam-  
 nati corpus tantam edidit mephitim, quid erit illic hæere inter trige-  
 sies mille millones corporum damnatorum? unus iste fœtor naribus  
 ex Orco receptus, ita in officio continuit Cœnobitas, ut corpus quo-  
 tidianis jejuniis, flagris perennibus & ciliciis edomarent, de novo toti  
 mundo mortui, ut tanto se fœtori maturè in vivis subtraherent, & vel  
 hæc ratione se eminus ad beatam mortem præpararent. Accidit, ut  
 unus aut alter morbò affligeretur, & horridos in corpore cruciatus suf-  
 feret? id unum commiseratione tactis reponebant: quid ægro con-  
 doletis?

Hist.



doletis? Orate potius Deum ac Dominum nostrum, ut me ab æterno liberet cruciatu; hæc ulcera, hæc tormina cum Orcinis collata nil sunt nisi modici pulicis levidentes ictus. *Dum judicamur, à Domino corripiamur, ut non cum hoc mundo (12) damnemur.* Præstat in hac vita mille miseris oppleri, quàm unicâ premi in altera. Melius, ah melius est, hîc pœnas solvere, quàm post mortem æterna supplicia sustinere. Eiusdem sententiæ fuit S. P. Aug. & alii Cœlites innumeri, qui se hoc æternantis pœnæ assiduo rememoratu ad manutenendum divinæ filiationis titulum & regni hæreditatem filiationi annexam in cœlis obtinendam ardentissimè inflammârunt; hinc illæ Augustini voces pœnæ quotidianæ profluxerunt: *Domine hic ure, hic seca! modo in æternum parcas!*

Horum ergò Cœlitum charismata æmulemur Opt. AA. & si divinæ filiationis titulum & hæreditatis cœlicæ fruitionem seriò diligamus unâ etiam crucem & tribulationem (sine qua non) verbis & factis ambiamus præsentem tanquam filiationis evidens signum, Dei ac Divorum exemplò exosculemur, certi, si in vivis Crucem Domini participemus, nos post fata etiam gloriæ filii Dei preparata consortes futuros, regni cœlestis beatissimos cohæredes.

Amen.



CONCIO XXXVII.

FESTVM S. MARTINI Episc.

Vide, ne lumen, quod in te est, tenebra sint.

Luc. 11.

Cœcitas miseriarum Ilias.

**S**umma corporis humani calamitas esse creditur AA. oculorum cœcitas, cui communis hodie loquendi & sentiendi favet usus, cum passim inter homines omnium miserimos locantur cœci. Ein blinder Mann ein armer Mann. Basil. Seleuc. (1) oculorum privationem vitam vocat minimè vitalem; per pedes malè podagrâ infectos corpori curfus adimitur, interim suo aspectu dolorem leniunt oculi ad pedes reflexi. Si aures virtute sua destituantur, oculi nutibus mitigant calamitatem; at verò extinctis oculis universa sensuum conspiratio emoritur, pedes cursum negant, manus artem excutiunt quæcumque, totum corpus inertiam marcescit. Huic hominum generi frustra Sol lucet & luna tot astris stipata. Quod probè expertus est cœcus Tobias, qui Raphaëli gaudium apprecanti, gaudium tibi sit semper! (2) hæc reposuit: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video! Quasi diceret: tu gaudium cœco apprecaris, at unà modum ostende, quò valeam gaudere, qui omni luce destitutus in tenebris cœcitatatis undique obscuram, undique miseram & summis mœroribus oppletam duco vitam! hæc oculorum cœcitas tantam homini parit calamitatem, ut rectè possit miseriarum Ilias nuncupari. Ea olim tantam poenâ omnium gravissimâ perfidiæ ac perduellionis scelera sunt punita. Sic Hardradus Comes, Carolo Magno perfidus, sic Berengarius Dux Foro-Julien-sis, Ludovico Imperatori rebellis, sic Bernardus Rex Italia, conspirationis contra Ludovicum Pium Imp. atque adeo læsæ majestatis reus, sic Ordinius, Alphonso quarto Hisp. Regi recalcitrans filius &c. pro summa scelerum suorum poena oculis suis orbati sunt. Horridum est, quod Basilius Imp. hujus nominis secundus

(1) Basil. Seleuc. Ep. orat. 36.

A. Nulla major miseria datur, quàm cœcitas. (2) Tob. 5.

B. Olim perduelles hæc poenâ multati sunt.

Pp 3

Bulga-

Bulgarorum Regis victor tentasse legitur in captivos; horum quinde-  
cim millia cum cepisset, unâ omnes in pœnam belli contra Basilium  
captati excœcavit, unô monoculô singulis centuriis relicto, qui reli-  
quos oculis privatos domum reduceret. Quæras porrò, quid causæ  
sit, cur tot cœci hodie Andabata circumvagentur, oculorum usupe-  
nitus destituti cœciones; varii varias proment causas, easque phycas  
& naturales, quas cum more hætenus recepto suis etiam moralibus  
causis illustro, à vobis unâ dociles & attentos animos exspecto.

*Primò* quidem experientia docet, senibus ut plurimum in tetram  
C. mortem binos oculos hebescere. Beda, venerabilis Anglus hoc uno  
Cœcitat- è senio cœcus templum intrabat; ecce quidam nebulo ex trivio se-  
causæ. ve- stigantur  
stigmat- illius irridendi gratiâ frequentem populum adesse dixit, qui concionem  
phyfica & illius avidis auribus expectaret. Credidit optimus Senex & sugge-  
morales sc. stò ex tempore consensò ad populum dixit more suo ardentissime:  
senium, tandem cum peroraret, & implorata SSS. Trinitate solenni formula  
hirundo, preces concluderet per omnia secula seculorum, lapides alta & inter-  
libido, fle- ligibili voce responderunt: *Amen amen venerabilis Presbyter!* inde no-  
tus, abor- men *venerabilis Beda*. Divo Beda adhæsit.

(3) Tob. 2. *Secundò* patet ex Script. (3) Tobia dormiente calidum sterua  
hirundinum in oculos defluxisse, & bonum patrem exceccasse, sano  
tum tandem piscis felle ab Angelo Raphaële

*Tertio*, scimus ab exemplis immodica libidine vel maxime Org-  
num visus hebetari & funditus everti. De Theotimo certè Am-  
brosius (4) refert sequentia: cum graviter ex oculis laboraret, eis  
(4) S. Am- à medicis uxorale commercium interdiceretur, nisi oculis penitus ur-  
brof. in bari vellet, libidinis impatiens, se licet in aestu suo privari oculis per-  
Luc. 4. sentisceret, fertur tamen dixisse: *Vale amicum lumen!* oculorum usupe-  
libidinis aestu prævalente. *Tam brevis immenso nocet empty dolore co-  
luptas!*

*Quartò* leguntur multi tam uberes lacrimas profudisse, ut organum  
visus destruerent. D. certè Ignatium medici monebant, nisi modum  
lacrimis statueret, eum utroque oculorum lumine viduandum.

(5) 1. Cor. *Quinto* notatum est hætenus multoties abortivos, qui tempore  
15. non debito ex utero materno in lucem prodeunt, semicœcos prog-  
D. nati. Ita sunt nonnulli, qui credant, Paulum, cum se *abortivum* (6)  
Sistitur in sci. Itaque sunt nonnulli, qui credant, Paulum, cum se *abortivum* (6)  
binis po- nuncupat, suam hanc cœcitatem & luminis amissionem immis-  
sterioribus quâ in via fuit mulctatus, de qua mox fusius agetur. Tales cœcos  
causis ab- mundus hodie fovet innumeros verè *abortivos* & ante legitimum tem-  
ortu & pus  
lucè.

pus in apricam lucem protrusus: Doctores antequam probi essent discipuli; Superiores, antequam boni essent subditi; Concionatores antequam auditores essent; Duces antequam essent milites; Parochos antequam essent catechista. Tales cœci hanc in horam omnes illi sunt, qui tanquam fungi, una propè hiemis nocte non integra, sine libris, sine scholis, sine magistro, sine ullo ferventi studio perfecti, ad gravissima vel Reipublicæ, vel Ecclesiasticæ curæ munia plenariam cognitionem præse ferunt, & inani bombo ridiculè ostentant, cum potius ambobus oculis capti sint cœciones, & unum tantummodo eumque corruptum circum in stramineo capite circumgestent.

Nempe! organum visus nunquam citius læditur & aboletur, quam si solares radii continuo affultu pupillam premant, & succendant; nimio lucis splendore obtutus disgregatur, imò penitus deletur. Hunc in finem Dionysius olim Sicilia tyrannus domum legitur supra carcerem construxisse clarissimam & splendidissimam, in qua vincetos ex imo & obscurissimo carcere, quò ultra annum conclusi erant, eduxit, ut ex repentino conferti luminis occursum excœcarentur. Ita multorum ex sententia Sauli cœcitas non ex eo, quod abortivus esset, ortum traxit, sed ex nimia lucis ab alto in oculos evibratæ, & ex aère circumfuso enormiter rutilantis claritate. Ita cum pluribus aliis sentit & loquitur (6) Rupertus Abbas. Tanto fulgore majestatis Christus apparuit, ut eum, quem vocabat, cœcum faceret, & sua claritate lumen corporeum hominis infirmi extingueret, veri luminis virtutem ferre non sustinentis. Apostolorum fastos excute, leges ibi (7) distinctè: *Circumfulsit eum lux de cœlo*, mox subditur: *Apertisq. oculis nihil videbat*, ergo divini splendoris excessus totum humani luminis acumen perdidit, extinxit; ita lumen, quod in Saulo erat, & pluribus aliis factæ sunt tenebræ. Mysticè si loquamur hunc ipsum lucis splendorem fugere visus est & declinare Psaltes regius; hinc illæ voces (8) *ab altitudine diei timebo*, seu quod idem est, *foliis meridiani ardentis radios cavebo*, ne oculos irruant, & Davidem reddant cœcum. Horruit nempe casum ab alto; horruit solare lumen, quò tot alii in tenebras detrusi sunt cimmerias. O quis ad numerum vocet omnes illos, quos vel auri argentiq. rutilans fulgor, vel dignitatum honorumque aureus splendor excœcavit! hi dum in humili statu ceteris parem vitam agerent, ad divina mandata ritè intelligenda erant acuti, ad varias virtutis Christianæ vias probè investigandas expediti; ad propriæ & alienæ salutis commoda fortiter promovenda

E.

Paradoxum sit, verum tamen est, multum lucem extinguere.

(6) Rupert. Abb. l. 2. de oper. Spir. c. 19.

(7) Act. 9.

(8) Ps. 55.

F.

Lux auri excœcavit innumeros, & dignitatum splendor.



movenda oculati, ad quavis damna à toto Reipub. vel urbis corpore amovenda prompti paratique; at verò fac eos ad urnam sedere, ut aliorum capitibus inambulare, honorum titulis augeri, auri argentique copiâ circumdari? ocius malè oculis videre occipiet; res omnium maximæ illis parvæ apparebant, eas adeò vel vilipendent, vel contemnent; nigricans gloriæ vapor omnem superbix grassantis conspectum impedit, paulatim dextrum oculus, quò cælum intueatur tandem oculum etiam sinistrum penitus amittet, unde palpabiles tenebras incurret.

Hos inter cæcos primum tenent locum iudices, prætores, consules, officiales, quos nimis frequenter auri rutilans fulgor excolat. Mandat quidem Summum ac Supremum Numen per Moysen (9) Deut. Legislatorem suum (9) in Deut. & in (10) Exod. *non accipies persanam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum & mutant verba iustorum.* Item, *non accipies munera, que etiam excæcant prædicates, & subvertunt verba iustorum.* Hæc dum Delrius exponit, oblectat, sermonem hic esse, non de corporis oculis, quibus lyncei moribundus Dicafteria seu sacra seu profana erycium in morem histescunt; cum enim passim hõc avò munera grassentur, & sine replicatis muneribus nullum possit *fiat* obtineri, accidit planè, ut pluribus à cæcis præfens mundus regatur, quàm ab oculatis.

*Curia pauperibus clausa est; dat census honores.*

*Si nihil attuleris Pontice, vade foras.*

Ut ut centum Iliades artificiosè productas, in lucem extrahas, *ibi* Homeroforas, *si nihil attuleris.* Hic mundi hujus scabiosi stylus est; hæc pessima ratio statùs est, *munera muneribus lucrari, subjell:a prima tui pinguis unguentis &c.* Athæc rectiùs in ultimam anni hujus homiliam transportemur, in annuam Ecclesiæ Dedicationem, ubi ex instituto hæc *versabitur, ut constet, quid distent æra lupinis.*

H. Plures alios lux à misericordie sole proflua, turpiter excæcat, Ego hic loci alium hodie & multis perquam noxium splendorem considero, qui lumine suo pænè innumeris lumen gratiæ dissipat, lumen gloriæ contrucidat. Intuentur hi perpetim Solem divinum, qui lucem suam malis æquè ac bonis dispensat; Solem divinum

miseriçordiæ Divinæ sapius contemplantur, non item Justitiæ divi-  
næ; Deum prædicant suramè benignum & in omnes misericordem;  
de hac Bonitate Dei nimium confidunt, atque ita securè delin-  
quunt, unà veros pœnitentiæ actus ab anno in annum, à mense  
in mensem, ab una septimana in alteram prorogant, procrastin-  
ant, quasi verò in ipsorum potestate vitæ tempora & momenta  
Deus collocasset; at verò fors longè alia in contrarium premit in-  
cautos; mors enim hos homines laqueò suo repentiè illaqueat, &  
spiculò ferit, antequam possint tam enormi malò occurrere. Prædixit  
excidium omnibus illis, qui nimis præsumptuosè hunc divinum mi-  
seriçordiæ Solem spectare solent, (11) *Isaias his verbis: Fiduciam* (11) *Isa. 47.*  
*habuisti in malitia tua, sapientia tua & scientia tua seduxit te* (quâ nem-  
pe eruditè de Misericordia Dei disputabas) *veniet super te malum*, His exi-  
*& nescies ortum ejus! irruet super te calamitas, quam non poteris expia-* tium præ-  
*re! veniet repentiè super te miseria, quam nescies.* In hebræo ponitur apo- cinuit I-  
*plexia*, qui morbus fatis frequens improvidos obruit, omnes sensus saias.  
occupans, omnia sensuum organa illaqueans, ut nequeat ægrotus re-  
bus suis prospicere, aut animæ salutem consulere per pœnitentiam. An  
vultis, ut hæc asserta unò vel alterò exemplò suffulciam? non con-  
tradico; video enim, hõc avò plus fidei Exemplis deferri quàm ver-  
bis. E multis bina produco, eaque recentioris memoriæ, prout ea  
suis de peccato Moralitatibus (12) Lobbetius inseruit. Antiqua ipso  
seculorum lapsu detrita esse videntur; quæ verò nostræ fuerint ætatis,  
licet aliis careant parergis, gratiam tamen secum ferunt novitatis.

Fuit in Anglia sub finem lapsi seculi Vir genere ac profapia illu-  
stris, Regni procerum & dynastiarum nulli facilè secundus, cui no-  
men Richardus Hautonus; hic licet animò Catholicus esset, vitã  
tamen & moribus erat Quakerianus. Multum nempe à sacro  
Christiani hominis nomine ipsa vivendi ratio distabat in luxum  
& libidinem turpiter profusa. Audiebat pessimè non domi-  
tantum, sed foris etiam de insanæ vitæ licentia omnium pæ-  
ne digitis notatus. Hæc agendi protervia eò dilapsa est, ut  
profana etiam Quakerorum fana frequentaret, non quod pravis  
eorum dogmatis subscribere vellet, sed ut, cum specie tenus se ali-  
um mentitur, sibi faventiores redderet heterodoxos, & hoc mediò  
bona sua servaret intacta, ita nempe usu venire solet hõc etiam avò.  
Beata cœli regio, & cœlestes gazæ in curis ponuntur omnium postre-  
mis

(11) *Isa. 47.*  
I.His exi-  
tium præ-  
cinuit I-  
saias.

K.

Binis ex-  
emplis  
probatum  
ex Anglia.  
Hist.(12) Lob-  
bet. in op.  
mor. de  
peccat. l. 4.  
flag. 15.  
§. 3.

mis, aurum contra terreum lutum & sputum in oculis habetur & custodia perenni. O pectora hominum verè cæca & stolidi! quæ celestia sunt, abjiciunt, quæ æterna sunt prodigunt & animas prohibentur immortales, ut hominum oculis, gratiæ simul ac temporis ser-

(13) Zah- ant. Zahnio (13) teste. Legatus Hispaniensis nuper Consuli Helvetio casu quodam politico Scripturam alleganti respondit, ea nunc esse tempora, quibus rationem statûs non ad Biblia, sed Biblia ad rationem status accommodari oporteat; posse ad eò ex omni religione proteum educi, qui in fidei negotio iis se passim hominibus accommodet, cum quibus versatur. Erat talis Proteus Tartarorum Cham, qui mortuo Stephano Poloniae Rege publicis in Comitibus suis per legatos palam edixit, se potentem esse & posse suis è terris plurimas equum myriades educere, se ita frugalem esse, ut sine ullis ciborum deliciis sola equina carne contentus sit; denique quod ad religionem de qua disputatur, attinet, palam profiteri: vester Pontifex meus est Pontifex, vester Lutherus meus esto Lutherus, teste (14) Lipsio. Talem fidei Proteum egit Richardus, sed damno suo. Ne tamen Catholicum penitus exuisse, & salutis obtinendæ omnem curam profuisse videretur, malâ inter quamplurima, quæ liberrimè patravimus id unum boni erat reliquum, quod domi suæ imis ædium penetralibus binos aleret sacerdotes, quorum operam servabat in extremâ vitæ & fati imminentis necessitatem; hac ne forsitan ex improvise obrueretur, uxori suæ, à genere, pietatè, ac religione nobili matrona in mandatis dedit, ut ne unquam domo abesse utrumque Sacerdotem pateretur, sed alterum saltem sibi ac salutis suæ semper domum tineret, persuasus, ita morti optimè prospectum esse, qui tamen vitæ pessimè ibat consultum. Ita sibi in ultima brevis ævi linea de Sacerdote, de confessione ac poenitentia properè expedienda sat ab eodè provisum, qui omnem vitæ antea actæ feriem sine ullo poenitentia actu inter assiduas pravitates duci voluit trahique; lactabat proinde præsumptuosa spe illa: sub vitæ finem respiscam, & curabo ut meis à Sacerdotibus, hunc in finem magnis sumptibus domum tentis, omnium flagitiorum plenariam absolutionem recipiam: Deum summè bonum & clementem, qui ad extrema deductum auditur tronem, etiam me gratiâ suâ dignabitur: interim dum morbus intronem, mundò fruar, & cupediis mundanis. Sic misericordie Solertat, introspectit temerè præsumptuosè Nobilis iste sed hoc ipso humi-

(14) Lips.  
in Mon.  
pol. l. 2,  
c. 5.

ad eo abusive spectato lumen gratiæ lumen gloriæ extinxit, seque in acheronticas tenebras præcipitavit. *Dinumerare non possum*, inquit August. (15) *quos bæ: inanïs spei umbra decepit. Absterreant queso nos* (19) S. August. Ser. 120. de temp. *ab hac persuasione innumerabiles sub tali securitate nudî, bonis vacui & malis pleni ex hac luce sine luce prærepti. Quotidie expavefcenda est transitus nostri hora; præveniendus est dies, qui prævenire consuevit.* Hic dolus fuit Nobilis hujus, hæc ars & malè vivendi licentia, quæ etiam occasio extitit malè pereundi. Decepit è cælo Deus impiam spem, eamque in casum vertit & ruinam. Erat fortè de agro vicino hunc inter Nobilem & alios proluxa disceptatio, cui liti cùm recepto ex more foris leges & jura lucri causâ finem non facerent, tentata vi litem dirimere cogitabant. Sic nocte intempesta facta est irruptio; vis vi prohibetur, pes pedi, manus manui jungitur, micante luna utrinque arma vibrantur. Repellunt à contiguïs ædibus vim seriò domestici & familiares, quos inter cùm etiam ipse Richardus strictò ferrò agrum tueretur, hem vulnus accipit letiferum, & sine mora humi fufus purpuream vomit animam, sine voce, sine sensu, sine confessione ac pœnitentia, in decumano rancore & pluribus aliis grandibus flagitiis miserrimè extinctus. En nunquid Nobilis iste suâ culpâ lumen, quò abusus est, in tenebras tartareas convertit? qui sapit, maturè pœnitentiam agit, neque eam ad extrema vitæ confinia rejicit. Qui sapit, is Dei summi Misericordiam à Justitia Dei nunquam separat; amat quidem Deum tanquam summè in omnes omni tempore misericordem Deum, sed eum simul timet tanquam justum, ac scelerum ultorem Deum, qui flagitia puniat in tertiam & quartam generationem hîc grandibus ærumnis, ibi æternantibus tormentis, nisi per maturos pœnitentiæ actus in vivis expientur.

Jungamus huic Tragædiæ aliam, quam pariter Anglia hîc ipsò D. Martini festò subministrat. Fuit ibidem in Lancastrensi provincia, nobili pariter profapia oriundus, qui alia inter vitia liberè patrata domi suæ pellicem aëbat. Monebant eum frustra consanguinei & familiares amici, nostræ fidei domestici omnes; rogabant eum irritò affectu clancularii animarum Curiones, finem poneret cupediis, pravis amoribus nuntium remitteret, pellicem domò propulsaret, nisi in apertum discrimen animam conjicere vellet. Surdo fabulam canebant omnes. Piceum scelus libido est, vix hominem dimittit, nisi morientem. Hæc nullum frænum in memorato Nobili recepit,

Q 2

utut

Hist.

utut centies obtrufum, eò maximè, quòd adhuc effet in fervore  
 etatis flore, à quo fibi plurium annorum ufuram pollicebatur, hor-  
 riter ultimo cum articulo, prout alter nobilis, lactare autem  
 jam pede libero pulfanda tellus, jam mundo ferviendum & p-  
 nio carnali: invifà pœnitentia in fenium prorogetur, ibi uno  
 actu tota fcclerum colluvies ultimò momentò eluetur: bonum est  
 Deus & fumme mifericors, quacunq; hora ingemuerit peccata  
 audiet illum. Uno *Memento mei* reparari poterit gratia Dei.  
 Sic inftar porci in volutabro luti fe abdidit procax nobilis in omni  
 proterviam abjectus. Terrei monitores nil profecerant; adhibet  
 proin fapius altero ex orbe pridem vitâ functi parentis fpecies  
 mienti, eumque pro paterno in filium affectu ferio hortatus ut re-  
 fceret; cum verò neque his monitis locum daret pertinax, re-  
 parens minas monitis adjecit dixitque in faciem, nifi pravos amores  
 jiceret, & pœnitentiam ageret feriam, fciat modò, eum proxima  
 Martini luce obiturum. At callum etiam ad minas obduxit contum-  
 lurco. Nil potuere preces, nil valuere minæ; elufit fpiritum tanquam  
 inane terriculamentum fuam in perniciem præceps. Hæc fomnia  
 fortiùs exploderet, ipfo D. Martini fefto die hodierno, nobile corru-  
 um parat, perduto juveni connivente Deo. Abiit inter pocula  
 fens feftum, abiit etiam nox tota, edormiendæ crapulæ contum-  
 Mane altero à fomno experrectus cum fe vivum ac vegetum fen-  
 iterum iterumque vana illas confpici parentis minas exploderet  
 fomnia eludere, ad vomitum redire, antiquam Venerem reiternæ  
 pellicis fuæ amplexus & oscula prenfare vifus, quæ inter & illud  
 facrilego jactabat: en! jam abiit, exceffit Divo Martino fefta lux  
 nox, quæ mihi ex ostento nugatoriò effe debuit ultima, ego tantum  
 adhuc vegetus vivo, fpiro, ac veteres amores meos refpiro. *Heu!*  
 hæc ore protulit cyprio, fescennino, fatens anima fimul à corpore  
 recessit & truncum funus in Dalilæ finu deftituit. Sic præfago  
 ftetit fides, lucem nempe Divi Martini huic lenoni fatalem fore. Pro-  
 cax fodes ifte calendarium eò ftudiò infpexiffet, quò chartas  
 bat luforias evolvere, legiffet, Divo Martino Epifcopo dierum  
 ne fupparem fuiffe alterum Martinum eumque Pontificem fimul  
 Martyrem, qui pedo graviore die altero poft feftum Turonenfis Ma-  
 tini feriret maclaretque Deo ac Superis rebelles.

Hem! duplici Exemplo ostendimus, quanto cum periculo perpetuæ execrationis Sol divinus tanquam in omnes beneficis seclusâ ejus Justitia, spectetur & adoretur. Vide, ne lumen, quod in te est, tenebrâ fiant. Cave, ne lumen, quod ex sola Dei misericordia ex præsumptuosa spe veniæ à Clementissimo Deo ultimâ horulâ obtinendâ hauritur, tenebras pariat ægyptiacis densiores & lumen hoc vere erraticum, illud gratiæ illud gloriæ divinæ lumen extinguat. Amamus cum Aug. Deum clementissimum, timemus pariter cum Aug. Deum justissimum. Amore in Deum omnem desperationis ac tum propulsamus, timore in Deum omnem peccandi proterviam, omnem præsumptuosam libertatem profcindimus cum timore ac tremore salutem nostram operantes eamque tuto in portu locantes.

Amen.



Q 3

CON-

## CONCIO XXXVIII.

## Festum Præsentationis B. M. V.

*Beatus Venter, qui te portavit!* Luc. 11.

## Templi Encænia.



A.  
Agitur ho-  
die Templi  
Dedicatio,  
& non est,  
qui recogni-  
tet.

Uid hoc rei AA. agitur hodie annua Templi nostri Dedicatio, & nullum uspiam signum prostat tantæ solennitatis? foris nullum ex alta turri vexillum propendet. Introrsum pedem exporrige, nullum in choro vestigium apparet. Silent tubæ, tacent tympana, toties ad fecerinos saltus, ad meretricias choreas & decumanos sanitatis haultus per immane sacrilegium ab aris in haras abstracta; cum enim Sacris tantum Divinæque cultui sint dicata & magnis sumptibus uni Deo ac Divinis sint coëmpta, è templis ad foetentes lupambulorum lucos non nisi per immane sacrilegium & sacrilegum Sacrorum abusum transportantur. Quâ conscientia? templorum viderint Curiones. *Sic vos non vobis vellea fertis oves.* Hæc divinissimi cultus instrumenta per Antiochum aliquem immanibus ausis adulterari, nemini mirum videatur; gentilis erat, Divorum expilator, Sacris omnibus infensus & infestus tyrannus; at similia per Catholicos tentari, intolerabile fuerit, & nonnisi centum fulminibus proscindi dignum scelus. Aræ nihil uspiam splendoris præ se ferunt; nulla promicant antependia ac phrygia sumptuosè elaborata; nullis peristromatis subsellia rutilant; nullum prostat tripertitale vexillum, quod num invidia retundat, aut sordida sacrorum injuria umbris recondat, Superi rescient, & suo tempore utrumque probrum probè ulciscuntur. Ipsi etiam parietes nullis splendant candelis. Video candelabra numero tantum quaternaria, sed cæca & propria luce sua undique viduata; an altera duo suum cum luce stuba extinxit & dilapidavit? Nullos video togatos aris assistere; nullos video facigeros chorum illustrare. Nempe, quod unus ædificat, destruit alter. *Sic vos non vobis mella paratis apes.* Verbo: Equi-

squalore obsita jacent omnia. Ex levidensi apparatu ne quidem festus dies eruitur, ut taceam, encænâ celebrari. Interim Templi Dedicatio agitur hac festa luce; at verò cuius Templi?

Nolim ultrâ meos AA. suspendere; Templi Mariani hodie solennis Dedicatio totani per Ecclesiam celebratur; quid enim aliud est Præsentatio Virginis Deo facta, quam trimulæ Virginis ad obsequia divina palâm facta Dedicatio? Nil tritius est apud PP. quàm ut Deipara veluti splendidum aliquod Templum ac Dei regia Basilica prædicetur. Rup. Tuitiensis certè (1) his eam verbis salutât: *Ave Templum Deitatis! Ave Regia Sanctitatis, in qua Deus habitat corporaliter!* Hòc Templi titulò alii pœnè omnes intemeratam Dei Parentem condecorant. Audiamus obiter nonnullos. S. Cyprian. (2) hanc Augustissimam Virginem *Templum* vocat à Spiritu Sancto consecratum. D. Gregor. Thavmat. (3) *Templum Dei animatum*. S. Andreas (4) Cretenensis. *Templum novum, quod sibi Deus Artifex admirabili modo compegit*. S. Hildephonfus (5) *Templum cælo majus*. S. Joannes (6) Damascenus, *Templum Dei Sanctissimum, quod pacis princeps Salomon extruxit & habitavit, non aurò & inanimis lapidibus ornatum, sed auri locò Spiritu fulgens, pro lapidibus pretiosis margaritam ingentis pretii Christum comprehendens*. S. Bonavent. (7) *Templum SSS. Trinitatis*. S. Thom. Aquinas (8) *Templum septem columnis ceu rarissimis virtutibus instructum, quod sibi edificavit Sapientia Divina; Templum Gratia, ad quod cum si ducit adeundum, ut misericordiam inveniamus in tempore opportuno*. *Templum, in quo omnes orationes que funduntur, exaudiuntur*. *Templum undiq; privilegiatum, ut omnes rei & malefactores, qui eò currunt, salventur, prout patet in Theophilo & aliis propè innumeris*. Pientissimus una & doctissimus Idiota (9) *Templum aureum Salomonis, de quo Deus: oculi mei semper erunt aperti & aures meæ rectæ ad orationem ejus, qui hoc in loco oraverit, Elegi & sanctificavi tibi locum istum; quidquid enim à Filio suo Deipara flagitat, facile impetrat*. Bernardinus de Bustis (10) *Templum Dei pulcherrimum, ad quod confugientes, sunt à demonibus securi, nec violenter ad tartarum trahi possunt*.

Si ergò, prout hucusque vidimus, *Templum Dei* est Deipara, hodie certè cum à parentibus ex voto anteriùs concepto, trimula Deo in Templo ejus divino cultui consecraretur, solenni ritu Dei dicatum est præfens Templum. Aderant huic actui, si quidem Isidoro fidem integram adstruimus, (11) factò agmine plurimæ puellæ, faces accensas manibus gestantes, viri primarij Jerosolimitæ ac mulieres cum ce-

B.  
Ipsa in  
Templo  
præsentata  
Virgo tem-  
plum est.  
(1) Rup.  
Tuit. in  
Cant.  
(2) S. Cyr.  
Sermon. de  
Nativ. Chrî-  
sti.  
(3) S. Greg.  
Thav. Ser-  
mon. 3. de  
Annunt.  
(4) S. Andr.  
Cret. Orat.  
de Annunt.  
(5) S. Hild.  
Serm. 3. de  
Nar.  
(6) S. Joan.  
Dam. orat.  
1. de Nar.  
B. V.  
(7) S. Bo-  
nav. in Pf.  
(8) S. Tho.  
Serm. in  
Purif. B. V.  
(9) Idiot.  
p. 16. Con-  
templat.  
l. 7. de B. V.  
(10) Bern.  
Bust. Ser-  
mon. 6. de  
Nom. B. V.  
(11) Isid.  
Thesalon.  
Orat. de  
Festis



reis accensis; lata palam Virginis trimulæ accinentes, ipsis etiam angelis suavi musica totum hunc sollemnissimum Oblationis actum celebrantibus phonascis. Sic hodie nemini mirum videatur aut paradoxum, si dicatur cum Germano Constantinopol. Patriarcha (12) verum esse hac festa luce in templo inanimato Templum animatum, præsentatum simul & Divino cultui consecratum. Hinc jure cum Evangelica muliere vocem extollamus, & tantæ Virginis parentibus summam Templi hujus animati dignitatem aggratulemur, cujus hodie solennis Dedicatio Jerosolimis celebrata est: *Beatus venter qui portavit Sc.* Templi hujus encania & nos celebremus, quantum quidem properanter à nobis possunt celebrari. Ego ut Templi hujus Mariani annua encania dignis laudibus deprædicem, jam nunc Templi hujus simul Ecclesiasten ago & Ædituum. Quæ Ecclesiastes, voce uinora Templi nostri splendorem pro viribus extollam, quæ verò Æditus juxta receptissimum Ecclesiæ morem luminaria numero duodecim tanquam publicæ Dedicacionis insignia, ordine accendam singula ut vel ex obliquo vel ex alieno lumine præfens Templum ritè illustraretur.

(12) Germ. Constant. Patr. Orat. de Fest. C. Hujus Templi Deo hodie consecrati festivitas exponitur.

D. Accenduntur hujus Dedicacioni pro more 12. Cerei. (13) Idiota. l. contemp. plat. B. V. 9. 5. (14) S. Ephr. Serm. de laud. B. V. (15) S. Bonav. super Salve Reg. (16) S. Ign. Epist. 1. & 2. (17) Canis. l. 5. de B. V. c. 12. (18) Alan. in Apolog. pro Rosa. rio c. 15.

Repræsentant hi duodecim Cerei in singulis Ecclesiis duodecim Apostolos, fidei nostræ primos post Deum Authores & incentores qui sicut Deum eumque Crucifixum cultu latriæ adorandum toto terrarum orbe proclamârunt, ita pariter Mariano hyperdulæ cultui illique ampliando ardentissimè insudârunt. Dicam adeò quid universim omnes Apostoli hunc in finem collaborârint, inde quid singulim post Christi in cœlos Ascensum, ac Spiritus sancti adventum in varios orbis provincias dispersi Apostoli, non tantum Christo proclamando & divulgando impensè vacârint, sed etiam Mariano cultui omnium pectoribus inferendo. Sic doctissimus Idiota (13) perhibet: *Per Apostolorum prædicationem in omnem terram exivit sonus Dei. Nominis ó Deipara.* Hinc à S. Ephrem (14) *Apostolorum prædicationem dicitur Deipara,* & à Bonavent. (15) *Apostolorum omnium sonus.* Hæc ipsa etiam causa extitit, cur tot exteris cupido insectis ret Virginem prodigiosam videndi, & ideò Jerosolimas magnis furoribus contenderent, ut propriis spectarent Virginem tot honorum tribus concelebratam, Ignatio (16) teste. Multas secum in omnes terrarum partes icunculas deferebant Apostoli, ut vel sic plurimum vocis satisfacerent, & fidelium cultum in Deiparam augerent Canisio (17) teste. Juxta mentem ac sententiam Alani (18) etiam Angelicæ Substantiæ

tationis elogia sæpius ab Apostolis summa cum reverentia palam sunt recitata. Suarezium si sequamur (19) ipsis ab Apostolis ortum traxit festum Assumpt. Deiparæ. Wichmanum si audias (20) sua pariter primordia ab Apostolis trahit Sabbathum Marianum. Ei certè puris ex amoribus morienti omnes aderant Apostoli, Dormitionem illius honorificis titulis exornantes, teste Dionysio eoque oculato. Corpus virginæ radiosissima luce coruscum, & suavissimos spirans odores omnes palam sunt venerati, ex tactu sanctificatione & benedictione oppleti, ut loqui placet (21) Damasceno. Corpus Angelico simul & Apostolico concentu tumulatum est, accensæ faces, sparsi flores, & unguenta, cantica & hymni in Deiparæ laudem sine fine sine numero effusi sunt. Elogia Divæ Virgini per Apostolos cantata in unum collegit Andreas (22) Cretensis. Hac in genere de Apostolis dicta sunt.

Nunc propius singulorum ardentis Cereos suspicimus, quorum primum sibi vendicat S. Petrus Princeps Apostolorum. Hic sicut inter Apostolos primatum obtinuit, ita pariter aliis omnibus in ampliendo Deiparæ cultu primò poni locò meretur. Decuit omninò, ut qui à Deo per Deiparam maximi nominis gratiam accepit, pro gratia gratias redderet omnium maximas & perennes. Debuit singulari quodam pietatis æstu in Deiparam propendere, cum probè sciret Petrus, se precibus & suffragiis Deiparæ è profundissimo trinæ negationis barathro ereptum esse, ut autor est Greg. Nazian. (23) in tragœdia sua Dom. Passionis, ubi alnia Dei Parens sic Filium suum pro venia Petro danda affatur:

*O cære Nate! O Nate mi! O Verbum Dei!  
Peccare cum sit insitum homini, ignoscito!  
Quod Petrus in te admisit, id fecit metu:  
Turbe irruentis & frementis turbidus.*

F.  
I. Cereus est S. Petri.

Qui statim hunc in sensam Filius respondit:

*Jubeo: nihil sis anxia ô Virgo Parens!  
Condo Petro, quidquid est lapsus, tuâ.  
Unius hodie gratiâ; nam antè & tibi  
Es me obsequentem experta semper filium &c. Sic Greg.*

R r

Ut

Ut ergo Petrus grati animi specimen præberet, & Deiparæ cultum ampliare, memoriam ejus S. Missæ Officio inseruit, ut patet ex eia Liturg. tom. 1. Bibl. PP. Extra Sacrificium etiam Salutationem Anglicam, orationis forma instructam toti orbi Christiano primus omnium colendam dicitur proposuisse. His non contentus Petrus contendit Antiochiæ à D. Luca & aliis pictoribus plurimas B. V. imagines depingi, ut hoc medio cultus Deiparæ in omnium fidelium oculis & animis firmaretur. Ex Petri sacrificantis manibus Deiparam jampræmorituram SS. Viaticum accepisse, refert Hippolitus (24) Maracensis. Hunc Deiparæ cultum à D. Petro hauserunt omnes ejus discipuli, quaquaversum ad fidem disseminandam dimissi; Marcus & Maternus Marianus & alii.

(24) Hipp. Marac. in lib. Apost. Mar.

Secundum Candelabrum D. Joanni Apostolo & Evangelistæ proprium est, cui scimus à Cruce à Magistro Matrem Dei commissam esse. Audiatur hanc in rem splendide perorans (25) Villanova: *Fecit Christus in Cruce moriturus, testamentum suum, Patri Spiritum suum, Ecclesie Corpus, peccatoribus Sanguinem, latroni Regnum, militibus Vestes, Apostolis Paracletum, Petro Ecclesiam, Joanni Matrem suam commisit. Ecce mater tua, ecce filius tuus!* Ita Christus cordi Virgineo Amorem maternum in Joannem, Apostoli verò visceribus filialem in Virginem reverentiam inseruit. Ex alloquio, familiaritate, & magisterio tantæ Virginis tantoperè profecit Joannes, ut sicut Aquila omnes alias aves superat volando, ita Joannes omnes alios vinceret evangelizando. hic ut in Matrem suam mutuos affectus refunderet, toto vitæ curriculum fidelissimum Virginis Oeconomum egit, non tam victus quam victor sedulum provisorum, revelatumque fuit S. Gertrudi (26) B. V. specialem gloriam in cælis nactam esse ex obsequiis S. Joannis; quod enim omnia victui providente, liberius poterat divinis incumbere Deipara. Ut cælis illata est, eam mox scriptis extulit, ejusque laudem totum per orbem disseminavit, primus omnium Mariani elogii prætorum qui etiam calamò Deiparam celebraret.

(25) S. Th. Villan. Sermon. de S. Joan.

G. II. Est S. Joannis,

H. III. Est S. Andrea.

Tertius Cereus D. Andream spectat, qui suum specialem in Deiparam affectum distinctè explicuit, cum in Apostolico Symbolo præteritam enuntiaret: *Qui conceptus est de Spir. S. natus ex Maria Virgine*, sic cum Maternitatem Deiparæ ac Virginitatem ejus palam professus Virginem extulit, unà per duplicem hanc omnium charismatum rationem, omnes gratias hinc profluas expressit. Cum porrò jam mortis gloriolæ

riofissimæ proximus esset Martyr, è Crucis cathedra pro Immac. Virg. Concept. palam peroravit his verbis ut perhibet (26) Abdias: Sicut (26) Abdias primus Adam ex terra formatus est immaculatus, ita etiam Christus ex Virgine prodiit immaculata. Hunc sensum ut omnium animis seriò inculcaret, idem ex alto reiterare auditus est: Sicut primus Adam formatus est ex terra antequam esset maledicta, ita & secundus Adam ex terra Virgine prodiit nunquam maledicta, ergò semper pro omni temporis momento, signo & instanti undique immaculata.

Quartus Cereus inscribitur Jacobo Hispaniarum Apostolo; hic I. Mariam amoris & cultus singulare specimen exhibuit, cum Cæsa- IV. Est S. raugustæ in Hispania primam totius mundi Ecclesiam Virginis Matris Jac. Major. adhuc vivæ honori & nomini propriis manibus dedicaret, quæ ad usque finem mundi statura dicitur ex oraculo Mariano. Cæsaraugustæ primum Immac. Concept. festum instituit Jacobus, & post gloriosissimam vitam martyriò coronatam Archidonæ in Hispania equò vectus candidò, iconem Deiparæ Sacerdoti colendam veluti scutum contra Mauros in manus tradidit, quæ hanc in horam una tantum vice per annum publico hominum affluxui spectanda proponitur, grandibus miraculorum portentis stupenda, ut Atlas meminit Marianus.

Quintus Cereus est Thomisticus. Quàm splendido cultu & ob- K. servantia in Virginem Matrem Indiarum Apostolus Thomas arderet, V. Est S. perspicuum fecit cum ex India Jerosolymas redux Virginij assisteret Thomæ. morienti, & jam Deo immortalæ panegyricam diceret Orationem, cuius initium hausit ex Psalm. (27) *abyssus abyssum invocat. Quis*, (17) Pl. 41. inquiebat ille, *tanta Virgine dignas promat laudes, ubi abyssus datur miraculorum, abyssus gratiarum, abyssus pietatis & misericordie, abyssus bonitatis & clementie, abyssus inexhausta divinorum charismatum, cuius profunditatem solus Deus metiatur. In hanc abyssum se tota mergat Christianitas, ut ab omni dæmonum ac tribulationum violentia liberetur & salvetur.* Digressus inde ad Immac. Virg. Concept. palam asseruit, ipsam nec per momentum Dei sui inimicam sed ei semper amicam & gratiosissimam fuisse, nullum ex filiis Adæ fuisse, quem non aliquando pro inimico Deus habuerit præter Deiparam, ubi ne quidem vellet nominari culpam. Ex his abundè patet, quantis amoribus in cultum Marianum per Indias ampliandum Thomas ageretur.

Sextus Cereus alterum tangit Jacobum vulgò minorem, qui ut L. suæ in Deiparam observantiæ vivax daret paradigma, liturgiæ suæ VI. Est S. Rr 2 splen- Jac. Minor.

splendidam Deiparæ commemorationem inseruit his verbis ex PP. Biblioth. depromptis. *Commemorationem agamus Sanctissime & immaculate Matris Dei, cujus precibus misericordiam consequamur. Ave Maria gratia plena Dominus tecum, quem Animarum nostrarum Salvatorem peperisti. Dignum est, ut te verè beatam predicemus, honorabiliorè quàm Cherubim, gloriosiorè quàm Seraphim. Tibi o gratia plena omnes stant viunt creature, tibi omnes Angelorum cœtus applaudunt & bonitatem agnoscunt. Te veluti Templum Sanctitatis & Spiritualem paradysum tota colit Ecclesia. Nos pariter ad templum sanctum gloriæ tuæ sublimè, tuos respice Misericordiæ Mater, Virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, factus puer, qui est ante secula. Cœlis amplior Virgo calos refert! Sunt hæc verba in laudem Virginis effusa, certe nullo alio quàm apostolico ex spiritu deprompta, quæ Marianam majestatem supra modum extollunt.*

M. Septimus Cereus totus est Philippi, qui sua pariter panagryca oratione Solem Marianum jamjam occidentem ita exornabat, ut tamen diserte probaret, non esse, qui se à caloribus ejus abscondat. lucem suam in obvios dispensare, omnibus misericordiæ sinum aperire; provocat cum Bernardo, tot seculis posthimo Patre totum hoc universum, ut qui suis in necessitatibus sit à Matre Dei destitutus, in apricam lucem se conferat, omnibus argumentis maectandus.

N. Octavus Cereus Bartholomæum designat. Quantus hic cultus fuerit nominis Mariani, assidua Sancti hujus oratio manifestum reddet. Ajunt hunc Apostolum centies interdum & toties noctu Angelicam Salutationem recitasse, adeoque juxta B. Alanum (28) Rosarium Deiparæ recitandi prima principia posuisse. Author præterea fuit Apostolus iste toti Christianitati, ut per publicum Deiparæ cultum suis à laribus pestem Mariani cultores propulsarent, pharmaco presentissimo per schedam cœlitus allatam contra pestem Montibus impertitò, cui schedæ notoria illa *de Stella cœli* inscripta fuit Antiphona. Ubique prostat, eoque ex quotidiana & publica decantatione ita saltem hic Salisburgi nota est, ut eam quoque pueri calleant abecedarii. Sic nempe in cultum exarsit Marianum Bartholomæus ut cœlo deflueret, & Mariæ cultum propellenda peste fidei nostræ domesticis commendaret; cui tamen ignota est Antiphona, repetita eam in Tub. Trag. germanicè reddita.

Nonus Cereus D. Matthæi aureum Nomen ostentat, ut manifestum reddat, summis ei in votis fuisse gloriæ Marianæ augmentum. IX. EA S. Paucis omnia ut comprehenderet, & nucem iliade concluderet, quid de B. Virgine dici vel intelligi potest, paucis illis vocibus in totius rei summam redegit, *de qua natus est JESVS qui vocatur Christus*, in hoc Divum Andream ardentè æmulatus est, à Maternitate Dei ceu omnium gratiarum primo principio lineam duxit ad omnes alias prædicabiles gratias Deiparæ cœlitus affusas. Has voculas D. Thomas Valentinus sic explicuit (29) ut palàm ostenderet, omnia decora in hoc Maternitatis principio cogi & terminari; *Quid amplius ait ille, in Virgine requiras? Sufficiat tibi, quod Mater Dei est; quæ enim gratia quæ gloria non congruit Matri Dei? nil illi gratiæ ac perfectionis deficit, quam animus in pura creatura concipere potest, ubi ergò totum fuit, pars scribi non debuit, ne crederes, quod scriptum est, ei defecisse &c.* Quidquid ergò de Virgine Matre vel scire cupis vel intelligere gestis, id totum hoc uno clauditur breviloquio, *de qua natus est JESVS qui vocatur Christus*. Sic Evangelicam Matthæi breviloquentiam Thomas explicuit, ut plus ultra desiderari haud possit.

Tres ultimi Cerei residuos Apostolos concernunt. Liceat mihi hanc Apostolorum triadem unà proponere, qui eximios Deiparæ encomiastas in Oratione publica de Virginis laudibus Jerosolimis habitæ egerunt. Simon, Deiparæ post Christum gloriæ proximum locum aggratulatus hortari cepit omnes, ut Dei ac Matris ejus vestigia in puritate cordis sectantes sursum corda extollerent ad Dei gloriæ Deiparæ tam largè communicatam. Pariter omnes in Domino hortari sunt auditi Thadæus & Matthias, ut Deum glorificarent, qui tantis cœlestium charismatum donis Matrem suam condecoravit, ut ea nec lingua possit angelica explicare. Datum sit eminens gloriæ Virgini Matri affusam arbitrari, centies cum Paulo exclametur (29) *nec oculis vidit nec auris audivit*, quæ & quanta gloriæ suæ prodigia Matri suæ Filius Deus preparaverit. Qui plura de Mariano Apostolorum affectu nôsse desiderat vel Maraccium consulat in Apost. Mar. vel Amadæum in Apocal.

En ergò ardentes Apostolorum Cereos numerò duodenos Templo Mariano, cujus hodie facta Consecratio celebratur, palàm accensos. Id unum restat modò, ut verbis Psalmistæ (30) ad præsens festum ritè concelebrandum singulos invidemus: *Accedite & illuminamini!* en Deum

Rr 3

O.

IX. EA S. Matthæi.

(29) S. Th. Valenc. Serm. 1. de Nativ. B. V.

P.

3. Ultimi sunt S. Sim. S. Jud. Thadæus &amp; S. Matthias.

(29) I. Cor. 2.

(30) Ps. 33.

Deum

Deum ac Deiparam Cerei ardent Apostolici ! accedite fidei nostræ domestici & lumen de lumine reaccendite, ut proscripso omni alio re pares in laudes Deiparæ concinnendas cum Apostolis effusi, Deo ac Deiparæ gratiosa in terris obsequia deferatis, in cœlis olim uberrimis gloriæ fertis coronanda. Sed & vos accedite, & à tot cereis Deiparæ per Apostolos accensis unicum caloris radium haurite, quò cœlitus illustrati vestros in fide gravissimos errores hæretici anathematizetis, inde Deo & Ecclesiæ reconciliati Apostolica Virgini Matri elogia pangatis, à quibus hæctenus Augustissima Deiparens præter horrida scommata & convitiorum retulit portenta. Ardentes cereos hanc in horam obstinatè si contemnitis, cavete saltem, ne, si malignari pergitis, & oris vestri cacochymiam in gloriosissimam Dei Matrem eructetis, repentinam ex alto vindictam incuratis, quam tot alii hæctenus perditæ Mariæ mastiges suis pro meritis reportabant. Longanimis & misericors Deus est, neque tamen vel se vel Matrem suam toties patitur irrideri; laneo pede calumniatores insequitur, & quâ horâ minimè putant, spurios christificos perdit, destruit, proscindit, & in patentem Orcum detrudit, ut cremandos sempiternis, qui honoris & amoris cereos Matri Virgini in vivis accendere detrectant. Retrò ad secula pridem lapsa vel etiam ad proximos unius seculi annos, oculos vestros revolvite, grandibus ubiq; pœnæ oculos irruent in Mariæ mastiges justò Dei judicis decretæ. Do octonos, quos in flagranti corripuit divina Nemesis.

*Arrius Presbyter* hæresiarcha Deiparæ partheniam Maternitatis primam omnium gratiarum radicem stygiis dentibus arrodit pœnæ dysenteria Constantinopoli correptus, intestina profundit, libris ex Constantini ex imperio publico in foro per carnificis manum extorsis, quibus grandi numero calumnias inseruit in Deiparam depermatas.

*Nestorius Presbyter* Antiochenus, inde præsul & patriarcha Constantinopolitanus hostile bellum Deiparæ indicit, palam ausus effutire, ut Deus ab homine gigneretur, nullis viribus ac modis fieri potuisse. In pœnam blasphemæ ab Ephesina Synodo tanquam pertinax hæreticus patriarchali dignitate sua spoliatur, à Cæsare Theodosio in exilium agitur, ubi blasphemæ ejus linguâ à verbibus corrosâ, corpus ipsum, tantæ impietatis organum à dehiscente terra absorptum, anima verò ad Orcum detrusa est, (31) Canisio teste.

(31) Canisio de Deipar. l. 3. c. 18.

Q. Hinc radium hauriant hæretici Mariæ mastiges ac desinant tandem Mariam criminari tanquàm perè per Apostolos eultam.

R. Grandibus pœnis hæc stetit criminatio.

*Constantinus Copronymus* sic dictus Imperator, quod baptizandus sacrum fontem omine pessimo fædâset, impius, maledictus & blasphemus in Deiparam, quam bursæ comparabat tamdiu pretiosæ, dum aurum sinu suo reconderet, hâc extracto, omnium contemptui marsupium patere, fassus est, fato proximus turbulento, se ob Deiparam igni traditum esse inextinguibili; *Baronio* (32) teste.

(32) *Baron.*  
ad An. 767.  
S.

*Scotus ille miles* in Handitoviensem Deiparam miraculis claram multa spargit convitia, prædans interim anathemata Virgini appensa; cum verò spoliis dives reditum properaret, decidit repente è templi tholo procera & magni ponderis Crucifixi effigies, quâ utique miraculoso casu prædo sacrilegus obteritur & mactatur.

Novem  
exemplis  
probatur.  
Hist.

*Alter ille Abredonia* in Scôtia, hæresi calvinistica infectus lurco ad miraculosum Deiparæ fontem confidet, & in Virginis Matris despectum protervis ausibus alvum exonerat, mox verò canina fame ac rabie correptus animam vomit, & cum Arrio & Juda ima fundit viscera, prout *Atlas* (33) perhibet.

(33) *Acl.*  
Mar. f. 778.

*Dive Virginis Lucensis* in Italia crimator & illusor vivus à terra sorbetur, prout idem *Atlas* (34) testatur. *Ædem Nolanam præcax* femina transit & pede cespitans humi ruit; mox ergò in prodigiosam B. V. statuam, quæ ibi religiosè colitur, diras evomens Xantippe, pedem dextrum corpore avulsam perdit; necdum damnò suo correctâ, etiam post annum eodem die perdit sinistrum impia criminatrix *Spinello* (35) teste.

(34) *Idem*  
f. 190.

(35) *Spin.*  
in *Chron.*  
Deip.


*Tonat, fulminat* æstuans cœlum; incidunt in tempestatem duo Socieni, & cum nullus effugio locus esset alter suam salutem juxta fidei catholicæ regulam Deo ac Deiparæ commendat facta itentidem ad fulgura cruce, alter hæreticæ pravitatis assecla comilitonem muscarium ob sæpius formatam crucem irridet; mox sanus ille & incolumis domum repetit, hic verò fulmine è nubibus deciduo exanimatus contumeliæ suæ in Deiparam & Crucem Domini jactatæ dat poenas Justitiæ fulminanti, prout memorat (36) *Alanus*.

(36) *Alan.*  
Cop. dial.  
3. c. 29.

*Discite justitiam moniti, neq; temnite Matrem,  
Quæ peperit pura Virginitate Deum!*  
Amen.

CON-





CONCIO XXXIX.  
FESTUM S. CATHARINÆ  
V. & M.

*Vigilate, quia nescitis diem neq; horam.*  
Matth. 25.

Vigiliæ perennes.

A.  
Nemo se  
cogitat  
moritu-  
rum.



Umus quidem, quotquot in hoc mundo vivimus, & dicimur mortales, Opt. AA. omnium horarum homines, certi de obitu, de hora & de loco penitus incerti; interim tamen loquimur & vivimus, non ut aliquando morituri, sed ut hic æternum victuri. Jam comestandi & græcandi, jam ludendi & saltandi, jam emendi ac vendendi, jam foenerandi & negotiandi tempora quasi certissima computamus; jam alia id genus patrani statos dies & horas minus aucupamur. Alios operosa sedulitas assiduis laboribus foris atterit; Urunt & findunt prædia sua, arant, occant, sulcant, fodicant, ferunt, farrunt, haras & horrea dilatant, quasi quidquid de Lybicis verritur areis, conditur.

(1) Luc. 12. 21; interim ex alto vox intonat lethalis (1) *hæc adhuc nox animam repellent a te*; dic ergo sordide Euclio, hæc quæ parasti, cujus erunt?

B. Licet ubi-ah! nec domi nec foris extra omnem teli jactum subsistimus. Nul-que nobis libi tuti sumus. Alphonfus VII. Hisp. Rex frondosæ sub arboris umbra confidet, & suave spirantis zephyri ore anhelio captat auram, sed unâ spiritus intus agens in auram abît, nunquam ultra suos ad lares reversus. Æschylus Nobilis Poëta ædium timens ruinam Siculæ urbis mœnibus egreditur, & hem desuper volitans aquila unguibus gestans incrustatam testudinem, calvi ac depilis capitis splendore decepta, ei tanquam petræ testudinem alludit, suâ ut prædâ portatur. Sic contuso vertice infelix vates unâ cum cerebro etiam animam effudit.

que nobis  
mors fata-  
les insidias  
fruat.

dit. In Insula, Lemno Cardano (2) teste, octo messores sub quercu (2) Card. prandentes è cœlo fulminantur & exanimantur; reperiuntur cada- de rer. var. vera eo situ, quò discubuerant, ut unus comedere, alter bibere, po- l. 8. c. 43. culò manibus ori admoto videretur, cum verò omnes tetra fuligine fulmen tinxisset, exanimés æthiopes referēbant.

Alios per avia & invia, per dumeta & virēta, per caligantes ni- gra formidine lucos venatrix Diana circumagit, ut damas figant, & In silvis venatores trepidos cervos in retia cogant; interim prædatum excurrunt, & ipsi prædatur. fiunt præda. Sic Phasilla Legionis in Hisp. Rex, Regis Pelagii filius, venationis studiosissimus Princeps, in montibus, in silvis & sub Jove frigido circumcursitans, tandem solus ab urso capitur & dilaniatur, ut Ritus (3) perhibet. Sic Guilielmus Anglorum Rex venatum e- (3) Ritus Neapol. gressus à Gualtero Tirello Avulico partem cautè in cervum eja- l. 2. Reg. culante confixus, uno gemitu edito confectus, humi ex equo de- Hisp. fluit regale funus, ut memorat (4) Polydorus. Sic Fulco Jerosoli- (4) Polyd. morum Rex timidum leporem insequitur, sed mox equò excutitur, l. 10 Angl. & à propriò jumento in herile pectus resupinato conteritur. Sic Ba- Hist. filius Orientis Imperator foràs prodit venatum, & mox grandis cer- vi serratis cornibus exceptus, per ardua montium, per densa ve- prium, per concava vallium raptatur, ut Majolus (5) meminit. Sic (5) Majol. Membricius Britann. Rex inter venandum longiùs à suis excurrit, & Canicul. à lupis, quibus id temporis scatebat insula, dilaniatur. Sic Otto Tho- colloq. 23. rius Præfectus in Oettingen, Sueviæ Comitatu, vesperi venatur, & vulpeculam, quam canes captam discerpere ardebant, servaturus, festinanter adequitat, sed jumentò labitur, & simul ense vaginâ la- pso seipsum induit & occumbit. En ut jocans etiam Diana suos opibus exiit & vita mortali. I nunc & vitam infidæ committe Diana.

Alios in Hesperidum pomētis, in Alcinoi viridariis & in rosariis pæ- D. stānis prodigo sumptu excultis efrons Flora decipit & Pomona, ut nec In hortis inter flores ac fructus curioso spectatori tuto datum sit pedem figere. florum & Tollit è medio Kennethus Scotorum Rex Crutlinthum Fenellæ filium fructuum tuum etiam Malcolmum Duffum Fenellæ affinem clanculò trucidat. arbitrii as- Fenella duplex fatum dissimulat, coquit interim celerem vindictam, hac toxicu- Pomonæ statuam mirò artificio in regali horto excitat, cujus manuum cum. pomò aureò rutilantibus gemmis refertò exornat; id quisquis atti- gisset, cujus toxicò omnium acerrimò affari debuit & mactari. Eò loci

loci Regem nil horum suspicantem invitat, spectat pomum & palpat, una ore patulo haurit venenum, quod multò antè ad ima cordis penetrabat, quàm forte medicamen toxici virtutem proscriberet.

(6) Card. Ita quidem (6) Cardanus.

l. c. l. 12. c.

58.

E.

In undis  
piscatores  
hamac.

Alios piscoso in æquore Neptunus frustratur, atque insuper spe sua graphicè delusos ipsis piscibus escam tradit piscatores; neque tamen alienò malò, imò nec suò toties ictus & monitus sapit piscator. Ajunt plures simul combibones in popina conglobatos varià de variis mutuò alloquiò eventilasse; hos inter unus erat, qui piscatorum conditionem tot periculis obvallatam diris devoveret millenis, alterò ad tot vitæ discrimina ridente. Instabat ille, palàm diceret, ubi locorum pater ejus, avus & atavus obiissent? omnes, inquit, aequi hausti sunt. Mox iterum ille: qua ergò fronte tu aquis fragilem vitam tuam committis, vix tribus aut quatuor digitis à morte remotus? tulit crisin ictus piscator, & mox ab eo repetiit, ubi locorum ipsius pater, avus & atavus diem clausissent supremum? qui ociùs respondit, omnes in lecto obiisse; mox iterum alter, qua ergò fronte tu lecto, quod unà tantum literulà à leto distat, vitam fragilem quotidie committis, quam ego una tantum vel altera vice totam per hebdomadem undis configno? Optimè sensit uterque, cum crisin vel in undas, vel in lectum refunderet. Ubique locorum, ubique temporum fati premimur millenis. *Dic quibus in terris, dic quibus in lucis & in angulis, & eris mihi magnus Apollo, extra omnem teli mortiferi jactum tutus subsistas?* quocunque pedem exporrigas, te laneo pede fatum sequitur, donec assequatur; his tamen omnibus insuper habitis & elusis ita in terris agimus, quasi nunquam esse animam acturi. Tot inter discrimina vitæ *letbi* passim obliviscimur, quasi *letben* bibissemus, qui fluvius omnium dicitur oblivionem generare. Ita centies accidit, ut multò antè mori nos potuisse discamus. Non dicerem ista tam liberè, nisi dicta firmaret experientia panè quotidiana; dic enim, quisquis Christianum agis, sed luridum, emarcidum, dic inquam, credisne te aliquando moriturum? credo, inquis; at verò ego non credo, à te credi te moriturum. Vis, ut credam, à te credi te moriturum fidem tuam non nudis & emortuis vocibus sed vivis operibus demonstra. Si credis te moriturum, dic, cur voluptatibus impallescis? cur vinò mades? cur tam enormi inertia torpescis? cur officia lucis & noctis tantò perè gracando evertis?

F.  
His tamen  
omnibus  
elusis, ubi  
que ferè  
mortis memoria  
emarcuit.

eur

cur tot nobiles horas in symposiis etiam nocte concubia exigit? nec  
 occidentem solem nec orientem spectas propriis, quod Marcus Cato  
 de sui avi lurconibus dicere consuevit? cur totum everſæ vigilia  
 tempus epulis & lusibus, risibus & choreis comburis? cur cibum in  
 gulam & turpem intemperantiam deducis? cur potum in crapulam  
 & ebrietatem diffundis? cur mentem toties facis amentem? cur ipsum  
 corpus animi domicilium, spiritus musæum, Dei templum, in sce-  
 nam criminum, in propudiosum omnigenæ pravitatis theatrum  
 transmutas? cur mentiris Christianum, qui clanculò vivis Sardana-  
 palum? cur nullum vesaniæ, nullum avaritiæ ponis modum? cur  
 tanta procacitate Venerem déperis, & bipedes damas venaris? cur  
 tantis æstibus Volupiam colis? cur tot tantisque fraudibus & dolis  
 Mammonam colligis? & adhuc vis ut credam à te credi, te mori-  
 turum? credat Judæus apella, non ego, ostende mihi fidem tuam  
 ex operibus tuis. Si credis te moriturum, & nescis tibi, quomo-  
 do, quando? cur fidei hujus nullum exhibes fructum? cur nullum  
 inde conclusum eruis æternitati gloriosæ proficuum? conclusum o-  
 ptimum his ex præmissis formatum Sirach (7) deduxit, verbis illis  
 comprehensum: *Ergò ne tardes converti ad Dominum, nec differas de  
 die in diem; subito enim veniet ira illius.* Item cap. 21. *Ne demoreris  
 in errore impiorum! ante mortem consistere &c.* Cur non idem tibi quo-  
 que occentas, quod omnibus innuit (8) Tharsensis: *Ecce nunc tem-  
 pus acceptabile, nunc dies salutis!* Cur non hodie intonantem Evange-  
 listam promptè audis & impigrè sequeris monentem: *Vigilate, quia  
 nescitis diem neque horam.* Hæc hæc bella est conclusio ex prævio  
 antecedente prudentissimè illata: *Nescitis diem neque horam abi-  
 tus & obitus vestri, ergò diu noctuque vigilate, neque in crastinum  
 feria salutis negotia trajicite. Latet ultimus dies, ut observentur omnes  
 dies,* Augustin. (9) teste, *hunc ipsum diem, de quo loquimur, ad indu-  
 ctas conversionis accepimus,* Gregor. (10) teste; ergò hodie propter  
 cras in excubiis sta, ne imparatum repentina mors offendat. Verum  
 est, quacunque die, quacunque hora Deus indulgentiam promisit &  
 veniam, sed nullibi legitur crastinum promississe, vel longam vitam,  
 ergò spes veniæ in peccandi securitatem verbi non debet, nec proro-  
 gari debet in crastinum, ubi adhuc hodie contingere potest, ut per  
 quemcunq; assultum præceps agaris in tumultum. At verò sit ita, prout  
 tibi perperam spondes, fac vitam longam peccanti obvenire, ut tunc  
 Ss 2

Nemo cre-  
 dit se mori-  
 turum.

Probatue  
 & expro-  
 bratur hæc  
 increduli-  
 tas mundi-  
 colis.

(7) Eccl.

17. volu

(8) 1. Cor.

6.

(9) S. Aug.

de Discipl.

Christ.

(10) S. Gre-

gor. ho-

mil. 12. in

Evang.

G.

Fac etiam

longam ti-

bi vitam

obvenire,

non ideo

penitentia

proroge-

pri-

tur.

(11) S. Augustin. 1. hom. hom. mil. 41.

primùm feridò respicias, cùm altero jam pede Charontis cymbam atrectas, vel gravi morbò laboras, hæc tamen ipsa pœnitentia qualis sit, ritè considera; de ea fanè mirabiliter loqui solet Aug. (11) *agens pœnitentiam cùm sanus est ac vegetus, & postea bene vivens, securus binc exit; agens pœnitentiam ad ultimum, si securus binc exit, ego non sum securus; pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum.* Audi ulterius hac de re disputantem Augustinum: *exponam dicta mea planis, ne alius, quæ dixi, male intelligat: an ergò talis, qui pœnitentiam ad ultimum distulit, damnabitur? non dico, quod damnabitur, an ergò liberabitur? neq; hoc dico. Quid ergò dicis? nescio, non præsumo, non promitto. Nescio. Vis te omni dubio liberare? vis quod incertum est, evadere? age pœnitentiam dum sanus es; tene ergò id, quod incertum est, & di-*

(12) Idem mitte id, quod incertum est. Alibi (12) clariùs promittentiam suam atque distinctè: *Pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma est; pœnitentia, quæ à moriente petitur timeo, ne & ipsa moriatur; quis ergò credat ab illo credi se moriturum, si tam periculosa expectationi se totum committat, & quod incertum est, præ illo, quod certum est seligat & amplectatur.* In toto canone Scripturarum veteris latro legitur in ultimo vitæ puncto respuisse & alii credant, sibi pariter hanc gratiam, quæ est de rarissimò contingentibus, in articulo mortis obventuram? non credant hi homines, incertam esse mortis horam, cùm sibi annos fingant Mathusalæos nunquam cituros. Ita in spem peccant perpetim cum Chrysaorio, sed spes eos enormiter confundet.

H.

Pœnitentia in ultimū articulum extracta infirma, imo plerumque nulla est.

(13) S. Gregor. hom. mil. 72. in Evang. I.

Probatur ex Chrysaorio,

Hist.

Erat Chrysaorius vitiis plenus euclio, ut perhibet (13) Gregor. superbiâ tumidus, carnis voluptatibus collò tenus immerfus, facibus avaritiæ succensus; statuit quidem tot malis finem ponere, sed quod statuit, in dies & annos prorogavit & procrastinavit. Morbò itaque à Deo percussus, & ultimæ lineæ admotus, oculis apertis tetros Cæcilemures lectulo vidit magno numero affusos, animæ in barathrum raptandæ intentos. Cepit pallere, tremere, palpitare & sudare. magnis etiam vocibus *inducias* petere, & filium suum nomine *Maximum* pridem antè cœnobio insertum, turbatis clamoribus invocare: *curre fili mi, curre Maxime, & patrem tuum in fidem recipere ac tutelam! Curre Maxime, & patrem juva, fili mi! adfuit Maximus tota cum familia lugens, lacrimans: nemo vidit orcinos spiritus præter moribundum, qui jam ad dextram, jam ad sinistram se vertebat.*

bat, sed utrinque lemures instabant fumante rictu. Cum nullibi effugio esset locus, horridis vocibus id unum repetiit, *inducias usq. mane, inducias usq. mane*, at cum irritis vocibus inducias pereret, & nullas usquam obtineret, his vocibus immortalis animam tradidit orcinis licitoribus suo cum corpore decorticandam. Sic de pessimo Chrysaorii obitu conclamante loquitur Gregorius.

Æque tragicum & miserabilem obitum Religiosi Beda recenset (14) novi, inquit ille, nobilis Monasterii fratrem sed suos inter ignobiliter viventem. Sæpius monitus audire noluit hortamenta; toleratus tamen fuit, quod arte fabrilis excelleret, & opere manuum suarum cœnobio ferviret. Erat autem maxime in gulam & in ebrietatem effusus, remissioris vitæ illecebris addictus, preces & chorum exofus, Sacra penè omnia enormiter pertæsus, & quod caput est, reprobis amoribus illaqueatus; hic ad extrema deductus vocavit quidem fratres suos, sed coram illis palam fassus est, se Orcum patientem conspicari, se Caipham cum ceteris Christi occisoribus oculis intueri flammis ultricibus immerfos, in quorum vicinia heu misero mihi locum video preparatum. Hortabantur eum ad poenitentiam affusi fratres, sed furdo fabulam. Has inter iteratas voces sine Sacris diem obiit supremum at unâ pessimum. Nullus ait Beda pro eo tanquam pro damnato ullas preces fundere præsumpsit. Corpus in sylvestrem cloacam abjectum est; hoc factum longè lateque diffamatum, multos ad maturandam in vivis poenitentiam provocavit, prout ipse Beda testatur.

Binis hisce etiam tertium addo, quem exhibet (15) Lobbetius. Venit fortè in urbem senex Eremicola & cum sportis, quas venales deferebat, tantisper ad ædes hæsit prædivitis hominis sed moribundi at ecce (mirum visu dictuque) citato cursu duo equites advolant truci vultu, ardentibus oculis, armata manu, non ferro sed ignito titione. Ut primum ex equis descenderunt, mox ædes & ægrotantis cubiculum subeunt, & lectulo proprioque fati minas intentant. Vix jacentis oculos incurrerant, tetra Tartari monstra, cum ingens illi horror, gemitus, lamenta, & miserabiles ejulatus, inter quos audita etiam hæc voces: ô Deus! ô Deus adjuva me. Hic misellum hominem irridere, & explodere de Styge missi equites. Næ te, inquebant illi amentem & insanum, qui Dei tui memor & in extremo vitæ limine, in ultima pereuntis ævi metâ, cujus tot annis immemor fuisti;

(14) Beda.

Hist. Angl.

l. 5. c. 15.

K.

? Probatur

etiam ex

vicio laxi-

simo co-

nobita.

Hist.

(15) Lobb.

Dom. 2.

Quadrage-

L.

Et prædi-

vite mori-

bundo hinc

citatis e-

quis in Or-

cum pro-

perante.

Hist.

fuiſti; nã te perditum, qui ſub occaſum Solis hujus cœlum ſubi-  
cis & imploras, nec prius adhæſiſti, cùm tibi toties ſurgeret amica  
dies, dies ſana, dies ſalutis, de qua in præſentia conclamatum eſt;  
ibis enim infelix, ibis in domum æternitatis, in tenebras ibis, pro-  
fundamque Stygem, & nimium dilatæ pœnitentiæ dabis pœnas.  
Fuit olim fatemur, fuit illi locus, at modò præcluſi ſunt aditus,  
& adempta ſpes eſt omnis ſalutis & miſerationis. Vix hæc æger  
inaudit, cùm nequiequam reluētantem animam exhalavit, & ut  
loquar, citatis equis ad inferos deſcendit, qui nimium tardo pede ad  
Superos per pœnitentiam redire contempſit.

Timeant pares exitus, qui pari protervia in dies & horas, in  
menses & annos vitæ ſuæ ſeriam correctionem protelant, ſibi-  
que ultrò cœca calculatione nescio quam longævitate præſigi-  
unt, quibus adhuc hodie tritum illud & tragicum modulamen-  
occinitur: *Procul hinc migrate coloni.* Peccant hic loci aliqui-  
ties, qui certis precibus omnem fidem ac fiduciam deſerunt, eorū-  
que cum hac ſpe ſingulis diebus deplaterant, ut ne ſubita mors  
præoccupentur, interim tamen eſſe pergunt reprobi, & in omne ſu-  
gitium projecti. Mirum ſanè eſt ac prodigioſum, tot Bertas malè  
credulas hæc in horam reperiri, quæ vaniſſima hæc promiſſa evan-  
gelicis audeant oraculis præhabere, certò ſibi perſuadentes, ſe tri-  
dub ante monendas, antequam hinc migrent, ſi hæc & hæc recitaverint,  
cùm tamen ipſa Veritas hodie in terminis clamet: *Vigilate, quia ne-  
ſcitis diem neque horam;* Nil tamen plerisque mortalibus promptius  
eſt hodie, quàm ut pœnitentiam in incertum eras projiciant; ita cor-  
vinum eras crocitatur, donec vita mortalis eripiatur. Ah! nemo

M.  
Ergo ne ſol  
occidat ſu-  
pra pravi-  
tates no-  
ſtras, & per-  
ennis  
excubiis  
mors emi-  
nis explo-  
retur.

ſit ita temerarius ac propriæ ſalutis contemptor, ut in tanta hoſtium  
multitudine & inſecuritate vigilias tollat, & cum letali ſcelere uni-  
co fidem habeat diei, aut cum grandè flagitio cubitum eat. Quam  
frequens ſit & crebra mors repentina, quotidianis exemplis doce-  
mur. Quot ipſi novimus, qui ſani, vègeti, firmi & valentes cu-  
bitum irent, ſed hæc amplius reſurgerent, è plumis ad flammam  
translati. Vigilemus itaq; & nihil unquam hoc in ſupremo ſalutis  
aviteriæ negotio procrasti-nemus. Vigilemus cum prudenti Virgi-  
num choro, nec patiamur unquam, ut ſol occidat ſuper iracundiam  
noſtram, aut ſuper aſia quæcunq; carnis & corporis, gula aut bur-  
ſe patrata flagitia. Vigilemus, & excubemus, nè unquam ſcelerum  
noſtro-

norum testes abeant sol & luna. Vigilemus, & antè cum Deo ac  
 proximo nostro animos reconciliemus, quam Morptheo mortis fra-  
 tri festum corpus noctu immolemus. Dies quæ peccati fuit, etiam  
 sit poenitentia dies. Vestis, vultus, pileus levi face maculetur, o-  
 cius eluitur, & cur non pari celeritate animi navos abstergimus,  
 proscripta omni procrastinatione. Centies itum sit cubitum, & à  
 lecto reversa sit mortalis vita, quid tum? necdum extra omnem teli  
 jactum subsistimus. Quid si hæc ultima foret nox, quâ in æterni-  
 tatem migrandum & ultra? uno certè halitu à morte distamus. Uno  
 gradu à morte dividimur. Quot corpori nostro pili sunt & pori,  
 tot morti ad animam inde raptandam patent ostia. Ergò iterum  
 iterumque dico, *vigilate, quia nescitis diem neque horam.* Vigilate,  
 ne mors irruat improvisa, & nos in malo fidere, in pravo peccati  
 signo corripiat, atque Orco tradat mactandos &c. quod ter-  
 clemens Deus omnium à cervicibus misericor-  
 dissimè averruncet!

Amen.



CON.



## CONCIO XL.

## Festum Dedicationis Ecclesie.

*Si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.*  
Luc. 19.

## Divitum Idea.



Ereor sanè AA. ne illa ipsa crisis, quã olim cribratus fuit Deo dilectus Joannes, hac annua Templi hujus Deo consecrati festa luce in me quoque evibretur. Nil tam frequenter suis inculcabat Joannes, quàm Charitatem, *filii mei (1) diligite alterutrum*, non mundum, sed

(1) i. Joan.  
2. 3. 4. 5.  
&c.

(2) S. Hier.  
in c. ult.  
ad Gal.

A.  
Crisis in  
Joannem  
derorra,  
me quoq;  
petit hodie.

Deum, qui prior dilexit nos, & Christum, qui nostri amore mortuus est, & proximum, quem ipse Deus vult diligere. Omnes illius Epistolæ nonnisi Charitatis ardorem spirant & vehementiam. Refert ipse S. Hier. (2) S. Joannem senio gravem suis in collectis nil ferè aliud predicasse, quàm tritum illud, *filii diligite invicem* &c. cum verbis auditoribus ejus ex toties repetita Dilectionis crambe tædiò afficerentur, quod semper idem per idem obtruderet, causamque toties repetita dilectionis rogarent, dixisse fertur, *quia Præceptum Domini est, etsi solum fiat, sufficit.* Ita toties iterata dilectionis rationem dedit efficacissimam Joannes, cujus nullus porro ausus est reboare. Dixi ego hõc annò in tragicis hisce Concionibus meis, frequentatis verbis de necessitate Restitutionis; inculcavi sæpissimè tritam Augustini sententiam, non dimitti peccatum nisi restituatur ablatum. Dixi multoties, quàm irrita sint poenitentiae opera, si desit restitutio. Ostendi evidentibus exemplis, salvari nullatenus posse, nisi fiat ablatorum restitutio, si quidem fieri possit, ut supponitur; ad id enim quod impossibile est, juxta communem, nemo tenetur. Probavi practicè nullam esse absolutionem, unde unde profectam, si non verè efficacem propositum se ad hanc restitutionem extendat, non voce

aut promissio tenui, (quod hypocriticum est) sed opere ipso & palpabili facto, totis viribus serio in id connitendo, ut ad illum, cui ablata sunt, vel simul ac semel aut successivè devolvantur ablata. Si ergo hanc ipsam Restitutionem hodie iteratò urgeam Zachæi nostri exemplò, crisin acerbam difficulter effugiam. Dicent non pauci, ii maximè, qui æris acervos impiè corraserunt, & plus ultra flagrantibus desideriiis opibus inhiant & fortunis, dicent inquam hi & alii: ficcine bursis nostris iteratò diem dicet invisus bursomaltix? nihil aliud præconi nostro occurrit, quàm ut ex pulpito nostra divitum marsupia proscindat? ut hunc Momum Dii Deaque perduaxint, qui tot iterum tela in Mammonam nostrum ex alto statuit ejaculari! Ita me hodie denuò pessimus genius hoc in templum abstraxit, ut omnium in me oculi, omnium in me digiti colliment? At parcius non nihil, Viri optimi, si tamen feceritis, quæ suafero vobis. Nul- lum ego lædere constitui ex cathedra. Absit! omnium saluti calami- nus fudat & suada: *Omnia si perdas, animam servare memento; ani- mam divinæ particulam auræ, animam Dei summi vivacissimam imaginem, animam pretiosissimò sanguinis Dominici lytrò redem- ptam salvare, & ad immortalem gloriam sublimare, votum est meum, ne Orco cedat victima, cui decreta est gloria sempiterna.* Hanc animam quia pro terra gleba, pro modico auri frustillo, tetra Stygi cœci Eucliones divendunt, in horridam illorum & fordidam avaritiam expedio romphæam, salvo corpore, salvâ nominis famâ, quia in genere de vitiis & contra vitia ex officio clamatur. Se ita- que qui tactum dolet, ostendit ultrò se talem esse, qualem suis co- loribus depingo, non ut digitis notetur, sed ut alius à seipso do- mum regressus, efficax propositum resumat, furto vel fraudibus ablata integrè aliis restituendi, sine qua restitutione salus æviterna sperari quidem potest, obtineri nunquam potest. Si crambe sapius recocta dicatur, non meò, sed illius vitiò dicitur crambe, qui se & suas auri cupedias pridem corrigere debebat, at verò hanc in ho- ram necdum correxit, sed pia omnium monita explosit, conculca- vit. Ponatur hæc insolens & efranis habendi cupiditas, altum de hac materia silentium dabit cathedra. Curabo tamen, ut crambe hac festa luce auditoribus meis non apponatur, in id studiosè inten- tus, ut hoc in salutis negotio novi aliquid & horridi, coronidis locò

T t

pro-

B.

Is perpetim  
urgere vi-  
sus est cha-  
ritatem,  
ego hac lu-  
ce opulen-  
tis iterum  
iterumque  
æris iniqui  
Restituro-  
nem toties  
hoc annò  
inculcatam  
obtrudo.

C.

Desinant  
opulenti  
clepere, &  
nil ultra  
dicam de  
restituro-  
ne.

D.

Crambe  
non meo  
sed divi-  
tum vitiò  
dicatur.

proponam. Non terreor itaque brutis hisce minis & fulminibus pravorum divitum vel in me jam actu eructatis, vel adhuc hodie largi copiae cornu evomendis. Scio ego, quam necessaria, quam proficua sit Mammonae restitutio. Novi ego, quam noxius & summe damnosus sit restitutionis defectus. Accingo itaque manum & vocem huic operi, atque omnibus opulentis pro boni Divitis idea presentem Zachaeum exhibeo, inde ad pravos opum lucriones digressurus, favete!

E.

Dives erat  
Zachaeus  
sed probus  
ac beatus,  
quia male  
parta in  
quadruplo  
restituit;  
hunc om-  
nes sequan-  
tur, & con-  
silio spon-  
deo opu-  
lenti.

Erat Zachaeus, ut perhibet Scriptura, princeps publicanorum, qui sub se habuit plures publicanos seu vectigalium exactores. Huic hominum generi usque adeo infensi erant Judaei, ut quasi infames imò etiam veluti latrones traducerentur. Lingua hebraea *publicanus* sonat *parisim*, quod Latine *latronem* signat, hominem nempe praedis & spoliis asuetum, qui iniquis exactionibus peregrinos gravabat; haec causa fuit, cur Pharisei murmurarent, Christum ad hominem peccatorem divertisse. Erat oppido dives, sed fraudibus & dolis opes suas enormiter adauxit, peculium suum ex male partis maximopere ampliavit, quibus tamen ut plurimum *non gaudet ter-  
tius beres, nec parit eventus sordida praeda bonos*. Si proin certum Zachaei peccatum inquiras, unica infirmæ plebis deprædatio, seu iniqua facultatis alienæ diminutio allegatur; fecit tamen exactam suæ depeculationis poenitentiam, prout ex Evangelio constat hodierno, exhibita satisfactione non tantum sufficienti, sed etiam superabundanti. En nobilem ac splendidum perfectæ poenitentiae actum, *si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum*. Ait in terminis, *si quid aliquem &c.* quidquid nempe seu magnum seu modicum quacunque fraude alteri, seu diviti seu pauperi, seu amico seu inimico, seu domestico seu extraneo, seu presenti seu absenti subtractum fuerit, id totum non verbò sed factò tenus restituo; & verò ut securus sim, me nihil ex alienis vel mihi vel meis reservare, non simplum præcisè, quod jure debeo naturæ, sed quadruplum remitto, ut lucrum etiam cessans resarciatur; ea proin à me poenitentia captetur, quæ non tantum æquet, sed iterum iterumque commissam superet pravitatem. Sic Beda (3) teste, se non tantum ex peccatore conversum, sed etiam inter perfectos probat esse verisimile. Adeste nunc omnes pauperum tyranni, æris alieni perfidi corrafores, mille iniquitatum promicondi, mille fraudum architecti,

(3) Beda.  
hom. in  
Luc. c. 9.

mille furtorum rei peccatores, & à Zachæo veri nominis pœnitentiam addiscite. Cessandum est à peccato, ut ritè pœnitentia formetur; quamdiu loco fixum hæret vetus delictum, à peccato non desistitur, sed in peccato pergitur, ergò pœnitentia non agitur sed simulatur; hæc ut vera sit, arca ac cistæ, bursæ ac marsupia probè lustrentur; unde tot prædiis & fundis, tot censibus & prægnantibus facis auctus sit Eglon accuratè investigetur; hæc si alieni sint juris; hæc si ex pupillorum spoliis, ex viduarum pressuris, ex venditis in curia sententiis, ex mille fraudibus & imposturis, ex unguentis & in damnum tertii acceptatis muneribus, causæ impiæ patrocinantibus donis collecta & patrimonio conglutinata sint, pœnitentia non agitur, sed simulatur, nisi peculium malè partum legitimis possessoribus suis restituatur. Hoc usque adeò certum est & evidens, ut tritum illud Augustini (4) Canonis locum in scholis expleat: *Si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur; si autem veraciter agitur pœnitentia, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Sic omnes Catholici loquuntur, & qui hos inter aliter loqueretur, is latæ sententiæ excommunicationem incurreret, quia apertam hæresin doceret. Ita de necessitate salutis necessaria est restitutio, ut hæc sublatâ, cum poni posset, vitâ excidas æterna, Orci victima. Hac sine restitutione omnis pœnitendi labor irritus est, & ut verbò dicam omnia, omnis pœnitentia nulla est; omnis absolutio nulla est. In aliis dispensare potest Papa, in hoc autem puncto nulli dispensationi locus est. Ratio est evidens: quamdiu homo pœnitens & confitens delicta suo in animo ritè non conteritur, quamdiu firmò caret proposito se ocius emendandi, tamdiu absolutionis ecclesiasticæ incapax est; at verò qui alteri ablata non vult restituere, licet ea centies confiteatur, is caret sacramentali dolore ac proposito emendationis, ergò cruces millenæ super eum formatæ infirmæ sunt & inefficaces, & tam parum ad absolutionem servant reo peccatori, quàm meus iste sinister calceus ad crispandos capitis capillos conducit. Probo ulterius assertum: quamdiu peccator scienter ac deliberatè suis in flagitiis hæsit; quamdiu Dei præcepta protervo pede conculcat, & contra divinas laudes perperam operatur; quamdiu suo proximo grave damnum conciliare pergit, tamdiu dici non potest, eum suis de peccatis seriò dolere, aut pro-

F.

Quamdiu  
Mammona  
retinetur,  
pœnitentia  
non agitur,  
sed simula-  
tur.

(4) S. Aug.  
ep. 54. ad  
Maced.

G.

Aliter qui  
loquitur,  
hæreticè  
loquitur.

H.

Sine resti-  
tutione  
nulla est  
dispensa-  
tio, nulla  
absolutio.

Probatur  
ad oculum  
præsens as-  
sertum.

positum habere firmum à peccatis abstinendi, imò toties sacrilegè confitetur &c. Hæc autem omnia de impio alieni peculii possessore non tantum præsumas, sed palàm prædices; qui enim alteri ablatum non vult restituere, vult id quod alienum est, per vim retinere; ergò studio furta sua & rapinas, fraudes suas & imposturas tueri vult, & hoc ipso in malo gestit perseverare; boni scilicet alieni possessio & retentio deliberata aliud non est quàm furtum continuatum, quod cum à te remove non sit, fur manebit, & septimum Decalogi præceptum explodet; quomodo ergò dici potest ritè confiteri, cum confessio ut valida sit, ex vero dolore, & firmo emendationis proposito confari debeat. Verum est, durus est hic sermo divitibus sanguivugis, quos ad restitutionem rarò videas induci; pecunia enim avaris Euclionibus usque ad eò agglutinatur, ut citiùs partem aliquam ab eorum corporibus divellas, quàm iniquitatis Mammonam extorqueas. Fateor; durum est, opes tot annis mala fide possessas refundere, tot annos census alteri resignare, familiam contrahere, mensæ lautitias amputare, vestium luxum rescindere, liberos oporosis laboribus sustentare, quadra vivere aliena &c. Interim manet indispensabilis sententia hoc in hominum genus detorta: *Nondimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Nihil hic ratio stertus extenuat; nihil mensæ tenuis inedia excusat. Sint laxi fratres, qui in his & in aliis vel ex imperitia vel ex vano hominum respectu, vel merendo lucro cum fucato pœnitente dispensent, habent quod timeant, ne pari vindicta cœlitus cum avaris plectantur, cuius rei Exempla jam dedimus complura, hodie coronidis locò novum daturi. Alia longè judicia iustus Deus iudicat, nullius hominis fautor, nullius personæ acceptator, quæ post fata sentient nimis subinde in proprium carnis commodum & gulæ fustoris incrementum profusi, pœnitentium animorum non patres sed laniones, quæ his laxitatibus se ac suos in tartarum præcipitant. Nactus es tantæ laxitatis avernalem patronum? rogo, suadeo, aliam ocus quercum excute, ubi saniora simul & sanctiora bono animæ sempiterno oracula fundantur. In mentem hic loci veniat, quod ferratus Vates inculcat: *Popule, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Tu ne ventis ita dubiis, ita luridis animam committe, & pro certo tene, non dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum. Ne ergò spirituum corporis inquilinum ad fumantis Erebi rogos audias damnatum, ocus

(5) lla. 3.

cuis legitimis possessoribus, vel avito sanguine junctis restituere ablatum. Ipse à te remove in vivis, dum vivus es & vegetus, quod alienum est; quod furto & fraudibus corrasum est, neque tuis hæredibus negotium salutis committe. Promittent aureos montes & nascentur ridiculus mus. Qui sibi nequam, cui bonus est. *Eic modo, quæ moriens facta fuisse voces*, & animam serva tantò pretiò redemptam, ne pessimò fato tot aliis signato in æternitatis barathrum precipitetur.

Horridum est, quod Carolus Scribonius, Vir longa rerum tractatione & difficillimis in mercatura quæstionibus exagitandis verfatissimus Doctor pronuntiavit. Dixit ille tria maximè flagitia homines in perniciem deturbare, superbiam, luxuriam & avaritiam, sic tamen, ut per Sacramentum pœnitentiæ ex centum superbis facile ad quinquaginta, ex centum luxuriosis ad octoginta, ex centum verò avaris vix tres salventur, idque tantummodò propter annexam restitutionem, quæ cum difficillima sit, etiam de rarò contingentibus esse solet. Interim suo stat robore firmum Augustini oraculum: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*. Ad fidem certiore hæcenus dictis adstruendam, unum aut alterum Exemplum inculco, ad cuius sonum ambæ aures tinniant pecuniosis Euclionibus. Fuit, ut historia perhibet de Viris Illustribus Cisterc. (6) dives Euclio, àre alièno supra numerum gravatus, cuius nec obolum rapacissimis unguibus dimisit. Quò fatò tandem hujus farinae homunciones hinc abeant è vivis, mox patebit. Deducitur hic Mammonista ad ultimam vitæ lineam, mox ergò Notarium vocat publicum, juratum, & requisitos testes, quasi ultimam voluntatem suam ordine legitimo dictaturus. Ea quæ fuerit, animis & auribus haurite opulenti! Scribe inquit ille, quæ scribenda suggero. Corpus meum terræ unde ortum traxit, transcribo; animam verò meam dæmoni obsigno. Horrent omnes ad stygias voces, instant, urgent, ut dicta revocet; at verò is iterum iterumque vetus firmat assertum, animam meam dæmoni obsigno, addita etiam ratione, quia tot opes impiè corrasit, & nec obolum restitui. Perrexit porrò inceptis & plures alias animas Orco transcripsit, hoc ordine: eidem dæmoni animam mancipo uxoris meæ, ac liberorum meorum, qui me ad hæc furta, fraudes & rapinas provocârunt, ut semper in promptu haberent, quæ gulæ ac vestium luxui dedicarent; pari ex capite dæ-

Tt 3

moni

I.  
Defectu re-  
stitutionis  
plurimi  
dammantur.

(6) Hist. de  
Vir. illustr.  
Cisterc.

K.  
Horribile  
testamen-  
tum, quò  
animæ plu-  
res Orco  
sunt trans-  
scriptæ.

Hist.

moni committo Confessarii mei animam, qui sua mecum agendil-  
 xitate ac mollitie, sua conniventia & diabolico respectu, jam lucra  
 causa, jam gula gratia mihi perpetim exhibito, me meis in  
 flagitiis & iniquitatibus detinuit, qui potius ex officio suo  
 me a tantis pravitatibus absterrere debuisset. Hac dixit & vixit,  
 eodem recto tramite profectus, ubi vel hodie cum evangelico Eucione  
 crepantes inter flammam sudat, ejulat. Eant nunc proximo sangui-  
 ne juncti, cum matribus liberi, & per fas & nefas sua litent pro-  
 cacitati, genas dilanient, comas dilacerent, si Mammonam suos  
 velit ad heros dirigere moribundus. Vident modò, quid lucri ex  
 Mammona reportent. Huic affine fuerit exemplum, quod Zacha-  
 rias Boverius (7) subministrat. Fuit sub finem lapsi seculi Genova  
 vir opibus dives & potens fortunis, qui multas ex obliquo divitiarum  
 fraudibus & dolis coacervabat; has ne restituere cogere, cum ap-  
 primè sciret necessitatem, a Sacramentorum usu, maxime verò po-  
 nitentia pluribus annis abstinuit, timens identidem, ne in S. Tri-  
 bunalis ad restitutionem urgeretur. At sive urgeretur, sive à tacito  
 turno conscientia arbitro absolveretur, mansisset nihilominus, ipsius  
 natura legibus fixa & cunctis inculcata restitutio, toties intimata;  
 ut tamen quotannis suscepti Sacramenti fidem Ecclesiastico Curatori  
 suo probaret, magno are sibi schedam comparabat paschalem. Ni-  
 mis sæpè improvidi sunt hic loci, etiam virtutem nescio quam pro-  
 fessi, incautè schedas prostituunt, & sic ad multiplex damnum pro-  
 ximo accelerandum impiè irreligiosè concurrunt. Abusus est hic  
 Sodes plurium annorum curriculo sacris Aris, ad Eucharisticam  
 mensam alios inter digressus, licet nulla unquam exhomologesi pur-  
 gatus. Non tulit Deus plus ultra immane sacrilegium. Morbo le-  
 thali afflixit impium & cum nulla scelerum poenitentia duceretur  
 tandem etiam è vivis sustulit inexpiatum. Sic miserè moriuntur,  
 qui toties in vita Sacris abutuntur. Erat uxor ejus Patribus Capu-  
 cinis devotissima; ut ergò extincti conjugis animæ simplex femina  
 suffragaretur, habitum à P. Guardiano summis precibus obtinuit,  
 quò defuncti corpus indui curavit. Defertur cadaver in domesti-  
 cum Cœnobii sacellum, & circa id nocte concubia perennes excu-  
 biæ aguntur. At vix medium noctis abiit excessit, funus in feretro  
 movere membra, & grandem strepitum, quasi presentes in fratres  
 transilire vellet, edere cepit; sic territi celeriter fugam capessere, &

(7) Zach.  
 Bover. De-  
 monstr. 4.  
 de vera ha-  
 bitus for-  
 ma, & cu-  
 cullo.

L.  
 Male partis  
 opibus suis  
 immortalis  
 dives Orco  
 cedit Victi-  
 ma cum a-  
 nima &  
 corpore.

Hist.

rem totam Guardiano aperire, qui cum alios binos funeri destinasset, pari timore proscripti fugam captabant. Re ergo probè discussa totam, familiam suam convocat Guardianus, is verò stolâ indutus, & suis à Patribus stipatus in nomine Augustiss. Trinitatis funus conjurat, eique imperat, ut palàm coram tot testibus aperiat, cur tantos excitet tumultus, & quid in specie à suis requirat. Paret mortuus & mox horrida voce intonat; quid me de strepitu interpellas? quare potiùs cur non majores excitem tumultus. En habitus iste me longè acriori flamma exurit quàm fumans Avernus. Me scito Dei judicio damnatum esse, dæmones etiam dudum ad Tartara corpus raptassent, nisi hunc truncum præsens habitus defenderet; hæc proin veste me ocius exuite, tum veteri pace vestra gaudete. Vix corpus Sacro habitu spoliatum est, dæmones ocius magnò numerò arreptum corpus per patentés fenestras in Barathrum abstrahebant, fatore immani totum per claustrum relicto. Erant multi, qui his auditis, ut Boverius memorat, toti mundo calces illiderent, & fortunis omnibus in pauperes distributis, sibi ac soli Deo in austera solitudine vacarent.

M.  
Capucino-  
rum togam  
dæmones  
reverentur.

Vident ex his abundè iniqui opum possessores, quo in periculo versentur tam ipsi quàm hæredes ipsorum, quibus malè parta transcribunt, nisi restitutionem in vivis capeffant. Sequantur adeò charismata hodie à Zachæo exhibita, & adhuc ante Solis occasum verbò & factò ostendant, se pluris immortalem animam æstimare, quàm pecuniam reprobè corrasam. Facient cum Zachæo vivacem pœnitentiam restituendo, pariter audient, *salus hujus domui facta est.*

Sin minus, certa erit obstinacibus gehenna, quam nostris à capitibus clemens Deus avertat!

Amen.

F I N I S.





BENEVOLO LECTORI

Salutem!

*Prostant etiam apud eundem Bibliopolam*

Pauli Aresii Discursus super omnia Festa totius Anni, præp-  
mis B. Mariæ Virginis, sub tit. *Marianische Lob-  
Trompete.*

R. P. Sebastiani Penzingeri Bonus Ordo triplicis formatæ Con-  
cionis Moralis in omnes Dominicas & Festa Sanctorum.

R. P. Andreae Strobelii Sciathericum (Horologium solare)  
Sacrum, id est Liber Oeconomico- Festivali- Historicus;  
addito Indice concionali absolutissimo.

Melchior Kiefels Icones Biblicæ Veteris & Novi Testamenti,  
nec non notissimus Liber, idiomate Germanico vocatus:  
*Historischer Bilder-Saal* / in quo tam sacræ quàm  
profanæ Historiæ à condito mundo ad nostra usque tem-  
pora nervosè & succinctè continentur; quatuor con-  
stans Partibus cum Appendice Generali.

Item, Heraldica Curiosa, Historicè, Politicè & Juridicè tractata.

MUR (†) MUR

---

INDEX RERUM

IN FESTA TUBÆ TRAGICÆ.

Nota Amice Lector : Numerus non paginam signat sed Concionem. Litera numero adjecta, literam denotat marginalem. Numerus solitariè positus, signum esto, Materiam fusiùs per plures literas marginales explicari.

A.

**A**foribus nostris malè cum Josepho repellitur Maria. Conc. 5. Lit. C.

**A**b uno animarum lurido Curione non debet argumentum duci ad plures. 1. C.

Acceptus non est propheta in patria sua. 12. D.

Æsopus in aère turrim extruit, si eomq. materia sublimetur. 8. C.

S. Abertus proximò post Deum locò collocat Deiparam. 25. D.

Albertus Vifecrot crudus & crassus Parochus jure punitur. 5. C.

Aleatio, Clericùs & vel maximè Parochis interdicta, alios pariter lusus involvit. 12. F.

Aliter de coloribus disputant Physiologi, aliter Theologi. 26. A.

Alsata vitrò ter fractò de imminente fato pramonetur. 2. F.

Amicitia vera se etiam in mortem, & ultra mortem extendit. 6. B.

Amicus in adversis charus & rarus. 6. A.

Amor humanus à Divino est enormiter distinctus. 22. F.

Amor probat, an Spiritus S. nostris sit præcordiis illapsus. 22. H.

S. Anna Gloria, Filia erat Deipara. 28.

Antigoni Regis prudens dictum de regalibus Coronis. 19. C.

Apologò in Paschate rectè Auditores ex pulpito lætantur. 16. A.

U u

Apostoli

# INDEX RERUM.

*Apostoli primitias suas Jerosolimis Festo Pentecostes celebrant.* 21. A.  
*Archidiaconi Lugdun. tragica visio.* 1. B. C.  
*Ars sagittandi ab Innoc. III. Sum. Pont. damnatur. Cur?* 10. B.  
*Avarus Euclio justo Dei judicio fit Orci prada.* 1. F.  
*Aurei talenti pretium.* 25. G.

## B.

**B***lasphe mia sunt plumbea tela in blasphemum recidiva.* 10. B.  
*Paena in blasphemos detorta.* 10. E. F.  
 12. F.  
*Benedictio Vini Joannae prodigia parit.* 7. C.  
*Illam hodie rectius dicitur maledictio, ob grandem abusu.*  
*sum.* 7. D.  
*Bethleemtica cruditas adhuc hodie grassatur.* 5. C.  
*Bibere & vivere Germanis sunt synonyma.* 1. I.  
*Budam expugnat Mendicabuli contemptus.* 2. F.

## C.

**C***ecitas summum malum est.* 37.  
*Ejus causa physica & morales sunt senium, hirundo, luxuria, fetus, abortus, & lux.* 1. c.  
*Calix Joannae denotat Martyrium Joannis.* 7. A. B. E.  
*Et mensuram scelerum inculcat.* 7. F.  
*Campana totum per Aragonia regnum audita.* 19. H.  
*Carolus Burgund. Dux pravum Judicem bellissime castigat.* 19. I.  
*Castella saepenumero Orcini lemures infestant. Cur?* 30. H.  
*Christus etiam hostes suos amat, & maximos peccatores.* 22. B.  
*Cingarorum fax describitur.* 23. A.  
*nullibi toleretur.* 23. B.  
*Color albus est color caelicus & ecclesiasticus.* 26. B.  
*Niger index humilitatis est.* 26. D.  
*Rubrum gloriae ferax est.* 26. C.

Serfu

# INDEX RERUM.

- Sensu reali & mystico color optimus est rubro-candidus.* 26.  
*Confessarii munus quid exigit.* 24. F.  
*Confessio nulla est, quae efficaci proposito destituta est.* 15. E.  
*Vel quae sua caret integritate.* 4. F.  
*Connubium etiam sanctissimum, quale fuit Josephinum, arumnis sca-*  
*ter.* 13. A.  
*Credulum Thomam colimus incredulū.* 4. C.  
*Cruces ubiq; dantur in copia.* 19. A.  
*Habent suas etiam Magnates & Viri opulenti.* 19. B. C.  
*Cultus Marianus signum est Praedestinationis.* 3. D. E. F.  
*Cupido aurea & plumbea tela ejaculatur, DEVS aurea, spinea, &*  
*plumbea.* 10.  
*Cura prolis acetum est conjugio affusum.* 13. D.  
*Hoc acetum saepe ipsi parentes multiplicant.* l. c.  
*Cur tam pauci divites salvantur, ut propè sit prodigium, si caelos pe-*  
*netrent opulenti?* 33.  
*hujus raritatis quatuor cause producantur.* l. c.  
*Cyrellus luridus civis & prolis sua negligens curator punitur.* 13. F.

## D.

- D***ari librum vita probatur.* 3. A.  
*Definitio mala mulieris.* 12. F.  
*Deipara calumniatores graviter puniuntur.* 14. G.  
38. R. S.  
*Deipara, Gabrielis & Elisabetha exemplo summis laudibus pradi-*  
*tur.* 25.  
*Suos cultores & cultrices etiam in ruralibus castis visitat.* 11. H.  
25. F.  
*Templum est, cujus Dedicatio duodecim Cereis per Apostolos*  
*culta est.* 38.  
*Tutum est asilum, Castello comparatum.* 30. I.  
*Deliciae humani generis Christus est.* 22. A.  
*Deo Beatitudinem proclamanti non creditur.* 4. C.

Uu 2

Descen-

## INDEX RERUM

- Descensus parit ascensum, ascensus descensum. Probat.* 20.  
*Deus ac Superi volunt à nobis contra mundi potètiã primo manè se-  
 lulari* 14. A.  
*Neglecta hæc salutatio vitæ stetit neglectori.* 14. B.  
*Deus cum mundi Summatibus quasi pilâ ludit.* 12. D.  
*Agnovit hunc lusum Zeno Imp. I. c.*  
*Deus dedit sanctus Sutor.* 18. D.  
*Deus est anonymus.* 8. A.  
*Semper verus est amicus in mortem usque & ultra.* 6. B.  
*Nullum deserit, nisi antè deseratur.* 6. C.  
*Aliter loquens de Deo, graviter punitur.* 6. G.  
*Sudat, & nobiscum in carceres descendit.* 6. D.  
*Tanquam Nicolaus varia variis imponit, maximè virgam.* 2. A.  
*Iustitiam suam stipat misericordiã.* 2. B.  
*Penas nuntiat culpæ decretas, ut pœnitentiam maturet.* 2. E.  
*Probat hęc thesis ex Script. & recentioribus exemplis.* 2. F.  
*Vult omnes salvos fieri, ut tamen in Gratia Dei perseverent.* 3. E.  
*Tribus digitis nostra pulsat præcordia.* 5. A.  
*Diaboli titulò rectè sordescunt impudentes femella.* 16. B.  
*Diabolus audit diabolum inclamantes nostram in perniciem.* Probat. 8. H.  
*Diabolus suis ficta erigit palatia.* 18. E.  
*lactat vanis promissis suos.* I. c.  
*Id expertus est Radbodus &c.* 18. F.  
*Dei egit simium.* 1. A.  
*Disputatur utrò citròq; an vel amor amici, vel amor inimici plu-  
 meriti conferat amanti? Resolvitur pro inimico.* 35.  
*Domum in aura exstruere, soli Deo proprium est.* 18. D.

### E.

- E***brietas numerò decima, fatalis est biboni.* 7. I.  
**E***brietas proscinditur & mactatur.* 27.

INDEX RERUM.

Ebrietas pœna plectitur aeternâ. 27. D.

Omnium flagitiorum mater est. 27. E.

Populi Rectores hoc scelus exemplariter plectant & totis viri-  
bus extirpent. 27. E.

at vero unde reos plectant, ipsi hac lue si sordescant?  
27. G.

Hoc scelus passim vilipenditur quatuor ex causis. 27. H.

Latrocinans ebrietas triplicem tollit vitam. 27. H. I.

Equus Sijanus quid? Aptatur S. Georgio. 17.

Excoriati sunt multi; neque tamen MM. sunt Christi sed diaboli: ta-  
les erant Cambysanus Judex, Insula Rhodi proditor, Orentius,  
& pravus Confessarius. 31.

F.

Felix regimen duas exigit condiciones. 19. D. E.

Fidem mutat Germania nostra, inflammante invidia. 1. H.

Filiationis Divinae Signum est Crux & Crucis appendices. 36. D.

Filii degeneres. 23. F.

Forma in homine millies fallit. 18. A.

Turpem sapè ingenium nobile resarcit, ut in Æsopo. 1. c.

Franciscus Cruz. Theologia Doct. & Professor per suam precatricem  
Bertam enormiter seducitur. 11. D.

Fridericus Palatinus, vulgò Hiemalis Rex dictus, corona regia vix  
par fuit ferenda omine pravo secutura exauetoratiõis.

19. C.

Fructus Sacrificii Eucharistici, seu facti, seu auditi. 21. C.

G.

Gaudium ex partu hodie matribus millies turbatur. 28. E.

Germani plures vitis hauriuntur quàm mari. 1. I.

Gula quadruplex homicidium parit. 1. c.

Uu 3

H. Hare-

# INDEX RERUM

## H.

**H**ereses omnes ex Scriptura male intellecta exorta sunt. 12. A.  
Herodes primus erat falsa politica magister. 9. B.  
Politica illius ubiq; grassatur. 9. C.  
Ejus infelix obitus. 9. D.  
Humili Francisco splendicans Aula in caelo extruitur. 18. D.

## I.

**J**ESVS praevalet omnibus nominibus. 8.  
Cultus ejus prodigijs firmatur. 8. F. 20. D.  
Lias malorum ex liberu prognascitur. 13. C.  
Imprecationes suum effectum multoties sortiuntur. Probat. 28.  
M, N, O.  
Inepti ad regimen & Senatum sunt juvenastri. 36. B.  
Infinita sunt certò modò tria: Vnio hypost. Visio Beatif. & Deip. Ma-  
ternitatis. 25. C.  
In malè pactis rescindi debet fides. 11. D.  
Joannes Hurtadus Nob. Hispanus Deum contra blasphemum strenue  
defendit. 10. F.  
Joanni Alexandrino palatium in caelo paratur. 18. D.  
Ira est omnium maxima, que tumulum transcendit. 22. G.  
Judaos Wormatienses per Messiam ridicule ludit studiosus. 11. B.  
Jumentum corpus est & caro nostra. 17. D.  
Justitia cultus boni regiminis stabilimentum est. 19. F.

## L.

**L**abores diurni primo mane Superis inicientur. 5. C.  
Lenonem equus raptat & mactat. 16. D.  
Leontius, Machiavelli discipulus à Demone vivus muro alliditur. 9. H.  
Libelli falsa revelationis bajuli proscribantur. 11. F.  
Liberi cruce crucibus suis parentibus addensant. 28. K.  
Libido

# INDEX RERUM.

- Libido, altera est gehenna.* 16. C. D.  
*Prodigale vitium est.* G.  
*Totum per orbem grassatur.* I. C.  
*Lovaniensis Academia laus & grandia privilegia.* 3. G.  
*Lupi Bethleemita.* 5. A.  
*Lusoria & potatoria taberna blasphemis scatent.* 10. C.  
*Lusor professionatus mentiri praesumitur.* 12. E.  
*Lusorum fraudes & blasphemia divinitus castigantur.* 12. E. F.  
*Lusus verè dici potest Orcinus.* 12.  
*S. Lutgardis cor mutat cum Christo & alii.* 12. D.  
*Lux lucem extinguit duplici sensu. Probatum.* 37. E. F. G.  
H. I. K.

## M.

- M***Achiavellus Herodi simillimus.* 9. E.  
*Ejus stygia dogmata.* 9. F.  
*Ejus, & discipuli ejus miser obitus.* 9. H.  
*Magistratus blasphemias plectat, ne cum reus plectatur.* 10. F.  
*Magni Domini magni servi.* 19. B. C. D.  
*Mali publici tota culpa in discolos Superiores conjicitur.* 19. G.  
*Mansiones in caelo Sanctis paratae.* 18. D.  
*Matrimonia pessimè divinantur.* II. E.  
*Mendicus nobilis Theologus.* 6. D.  
*Mensuram dari scelerum nostrorum, probatur ex Script.* 7. G.  
*Expletur subinde uno crimine. Probatum exemplo?* 7. H. I.  
*Ideo peccata singula vitentur.* 7. K.  
*Mirabilis Thomas.* 4.  
*Miser ac miserabilis Senatus.* 5. C.  
*Miseria major non datur, quàm sit caecitas.* 37. A.  
*Misericordia Sol multos excæcat. Probatum.* 37. H.  
*Morbi commoda.* 5. E.  
*Mors ubiq; insidias struit homini.* 39. B.  
*In silvis venatores pradatur.* 39. C.

*Mors*



# INDEX RERVM.

- Mors in horro ubiue toxicum.* D.  
*In undis hamat piscatores.* E.  
*Mortis pia ac impia representatio.* 11. H.  
*Mortui se à vivis ludi non patiuntur.* 9. H.  
*Multi nuptias prensant modis illicitis. Per liberos puniuntur.* 28. L.  
*Mundi presentis status undiq; peccaminosus.* 1. D.  
*Musici S. Scripturâ turpiter abutuntur.* 27. A.  
*Mussardus stygius phœnix.* 29. I.

## N.

- N***emo credit, quàm districtè Deus judicet.* 4. B. C.  
*Nemo hodie se cogitat moriturum.* 39. A. B. F.  
*Nili Ostia numerò septem cum septem mortalibus Peccatis comparantur.* 1.  
*Nomen Dei para est undiq; vivificum.* 32.  
*Nomine tenus Religiosus Cruciger.* 12. F.  
*Nominis Mariani blasphematores Orco victimantur.* 32. I.  
*Nota in laxos fratres.* 4. G.  
*in crassos Bethleemitas.* 5. A. D.  
*in eos, qui perpetim diabolum inclamant.* 8. G.  
*in avi nostri Pseudopoliticos.* 9.  
*in blasphemos lurcones.* 10. D.  
*in precatricum Bertarum fautores Confessarios.* 11. D.  
*in oratrices Bertas.* 11. D. E. F.  
*in lusores.* 12. E.  
*in discole viventes Canonicos.* 12. F.  
*in Potores musicos & assclas eorum.* 27. A. B. C.

## O.

- O***dii & rancoris lethifer effectus.* 35. I.  
*Orci pœnas prædicæ explicant Damnati.* 36. G.

# INDEX RERUM.

## P.

- P**arentes suas manus inspiciant, ut resciant, quid suis sit liberis futurum. 23. C.
- Parentes suis prolibus sapè mortem accelerant. 28. I.
- Patentia nostra Laurentiana opponitur. 29. E.
- Patientiam nostram Orci pena inflamment. 36. F.
- Patria proditores & urbium traditores nullam gratiam merentur, pænâ omnium gravissimâ mactandi. 31. C. D.
- Pauci salvantur. 1. B. C.
- Peccator suâ perit culpâ 6. F.
- Pe'agius Asceta defectu integra Confessionis damnatur. 4. G.
- Petri argentea & aurea clavis elucidatur. 24. A.
- Petrus Aragonia Rex pravos Officiales belle correxit. 19. H.
- Phaëton currui soli regendo ineptissimè admotus. 36. A.
- Philippi gloria filius erat Alexander Magnus. 28. A.
- Phoenix pro & contra disputatur; concluditur nullum dari naturaliter, mysticè verò quamplurimos, quos inter primas habet D. M. Laur. 29.
- Plures ex Catholicis ob falsa politia studium damnantur. 9.  
Et ob relapsum. 15. A.
- Pane duodena in Maria-Mastiges detorta. 25. H.
- Penitentia non debet prorogari. 39. G.
- Penitentia ut plurimum infirma, imo pænè nulla est, in ultimum articulum protrahita. 39. H.  
probat ex Chrysaorio, Cænobita & Euclione. I. c.  
undiq; nulla est, quamdiu Mammona retinetur. 40. F.
- Potatorie & lusoria taberna blasphemis scatent. 10. E.
- Prætextata ob Virginem malè educatam fatò perit inopinatò. 13. G.
- Pretioso vestium luxu Orcus emitur. 34. F.
- Prodigium est, si à parentibus proles abluat. 23. E.
- Promoveantur hodie ad sacra & profana munia tricubitales idiotæ. 12. D.  
Prophe-

## INDEX RERUM.

*Prophetizantibus feminis non faciliè haberi debet fides.* 11. D.  
*Provincialis judaicus.* 3. B.

Q.

**Q**uestionem mirabilem de Jeroboam format Tostatus. 34. A.

R.

**R**ancori cælum occludi, nemo credit. 4. D.  
*Rari in paschate & in articulo mortis hostibus suis ex animo igno-*  
*scunt.* 15. C.

*Rari venerem inolitam penitus animò proscribunt.* 15. D.

*Regnare servire est.* 19. C.

*Relapsus in antiquas pravitates tempore paschali necdum exacto ar-*  
*guitur.* 15. D.

*Restitutio artis iniquè iterum iterumq; inculcatur.* 40.

*Illius necessitas non creditur.* 4. E.

*Illius defectu nulla est penitentia, nulla dispensatio, nulla est*  
*absolutio, nullum jubilæum.* 40. F. G. H.

*Illius defectu plurimi damnantur.* 40. I. K. L.

*Revelationes fictitia dantur quamplurima.* 11. A.

*Veri nominis revelatio tria exigit.* 11. C.

*revelationum falsarum bajuli libelli proscribantur.* 11. F.

*revelatio S. Simeoni facta sancta fuit & vera.* 11. G.

*Ripaldi academici.* 3. G.

S.

**S**acri neglectores malis patent innumeris. 21. D.

*Salutatio Angelica Deo placet & Deipara.* 14. C.

*Ejus multiplex fructus.* 14. C. D.

*Luem proscribit & Stygem.* 14. E.

*fieri debet puro corde.* 14. F.

Sancti

## INDEX RERUM

- Sancti sancto quodam odio carnem suam prosequuntur.* 17. F.  
*Scandalum, quod parentes suis dant liberis, aeternum va importat.* 34.  
*Scriptura lectio recte laicis prohibetur.* 12. B.  
*Ea gravissime lusores abutuntur.* 12. C.  
*Simoniam totum per orbem grassatur.* 20. A. B.  
*Sobna pravus Pontifex exauctoratur.* 12. D.  
*Cur gallo gallinaceo assimilatur?* 1. C.  
*Spiritu sublimi aguntur omnes, etiam illi, qui omnem gloriam visi sunt conculcasse.* 20. A. B.  
*Superstitio, qua infantibus nomen quaritur vite ampliativum.* 32. A. B.

### T.

- T** *Alenti aurei pretium.* 25. G.  
*Tamerlanes quotannis nomen suum coli voluit Calendis Januarii.* 8. C.  
*Ternio mirabilis.* 23. F.  
*Testamentum horribile.* 40. K.  
*Thama urbs India graviter a Deo punitur.* 2. G.  
*Togam Capucinatorum Demones reverentur.* 40. M.  
*Toga non facit Monachum, sed Vita.* 3. B.

### V.

- V** *Æ Confessarius, nisi munus suum ad amissim expleant.* 24. G.  
*Ubi deest auxilium humanum, adest Divinum.* 6. I.  
*Venatio duplex, licita & illicita.* 12. F.  
*Verecundia duplex est, bona & mala.* 26. G.  
*mala in gehennam precipitat male verecundos.* 26. H. I.  
*id experta est Antistita.* 26. I.  
*& Pelagius Asceta.* 4. G.  
*Verecundia mala vitrix fuit M. Magdalena.* 26. K.  
*Virginis Spoletana superbiam tumida tragica mors.* 1. E.  
*Via & Virtus Rosarii Mariani.* 3. G.

W. Wul-

INDEX RERUM.

W.

**W**ilstanus lupam quasi Dæmonem Crucis signò profligat. 16. E.

Z.

**Z**acharia domus per Deiparam omnibus bonis ac donis oppletur. 25. E.

Zelus fidei in S. Thoma. 4. B.

Zelus Principum pro Sacri reverentia. 21. E. F.



ERRORUM TABULA  
IN  
FESTA TUBÆ TRAGICÆ.

*Amico Lectori.*

**N**emo miretur, plures nævos in præsentem *Tubam*, Stylô latinô redanimatam irrepsisse. Quidquid librorum typicô prelô educitur, secum trahit ex natura rei fuliginem. Nullum hóc ævô librum ostendes, qui ab omni errorum labe sit immunis, si quidem volupe fuerit, literarum entia scrutari. Habent nævos suos Schedæ Curiales; quid levius? errant in Substantialibus Tabulæ Canonicae; quid brevius? Sordent typographicis erroribus etiam Sacra Biblia & Missalia; quid sanctius? Nos saltem *majoris notæ* nævos, qui sensum turbant, ob oculos locamus, reliquos *minoris entitatis* nævulos, Lectoris Benevolentiaë limandos committimus.

*Menda itaq; primi generis sic emenda.*

Primô locô ponitur folium, alterô error, cui immediatè annectitur Correctura.

2. ei palpito.	ex pulpito.
4. sponte.	sponse.
5. profuerant.	proficerent.
5. nauta.	nautas.
9. probatas.	probitas.
9. virgâ qui oculis.	virgâ oculis.
11. perditio tuag.	perditio tua.
12. Viro satrapâ.	Viſô ſatrapâ.
25. videbis.	videtis.
33. quoq; pugnatum.	quô expugnatum.
37. locatus.	locatur.
39. veneramus.	veneramur.
44. qui.	quia.
44. S.	ad.

53. completerem.	completerer.
74. tectiore.	tectiore.
76. virus.	virus.
76. aut commodi spes.	aut commodi aut lucri spes.
77. Errabi.	erebi.
79. sybariticè.	sybariticè.
93. salvaret.	salva res.
97. doncitio.	conditio.
112. Andrea.	Crucis inventa.
114. ad.	&
120. terris.	ternis.
139. in equò.	is equò.
139. violatam.	violentam.
139. annotus.	annosus.
143. morficiatio.	morficatio.
148. specimen.	speciem.
164. signati & dices.	signari & dicer.
165. graphibus.	gradibus.
188. coquuntur.	loquuntur.
194. quem spiritus.	quem spiritus.
199. quã.	quã.
201. vocatria.	voratria.
202. aditum.	abditum.
203. propotum.	propositum.
204. dilapidari.	dilapidavi.
205. ardentes.	ardenter.
206. si.	fic.
219. fundant.	confundant.
221. à mediis.	à medicis.
230. pepones.	pépones. <i>Secundâ brevi.</i>
235. jam peperit, cum.	cum peperit, jam.
239. flantem.	flentem.
240. Calendas.	Calendâs.
241. panes.	pares.
245. adverteret.	adverteret.
245. humidus.	humiles.
291. adiit.	odia.
304. apparebant.	apparebunt.
304. transportemur.	transportemus.

✠(o):✠

*Collegii doctis Esso Paderborn 1699*